

ex Libri claudii Chacert-Doctoris medic

Geoffranchetti impressor

METHODVS ME-

DENDI CERTA, CLARA ET BREVIS, PLE-
raque ad medicinz partes omnes, præcipue qua ad chirurgiam requir-
runtur, Libris III exponens. Cum instrumentis, ad omnes fere morbos, ut
tiliter, & *ἡγεμονικῶς* depictis. Autore ALBVCASE præstanti, ob excellen-
tia artis opera, medico. Ex peruetustis exemplaribus emendata, & iam
primum typis impressa. Nam quæ sub huius autoris nomine sunt
ædita ab alijs, non dicimus qualia sint, sed si ad hæc
paulo exercitator lector contulerit,
quanti sint æstimanda
intelliget.

Rolandi omnibus boni medici dotibus insignis Lib. III. in qui-
bus ordine & iudicio singulari fideliter tradit rationem medicæ
morbis interiorum & exteriorum partium humani corporis.
Rogerij liber breuiter perstringens quicquid de omnium uena-
rum phlebotomia scire bonum medicum oportet.
Constantini Africani de humana natura Lib. I.
Item eiusdem de elephanta Lib. I.
Et de remedijs ex animalibus materia Lib. I.
Antoniij Gazij quo medicamento rum genere purgationes fieri
debeant Lib. I. *Geoffranchetti impressor*



BASILEÆ PER HENRI-
CVM PETRYM.

1541

42-41984

Handwritten notes in the left margin, including a signature and some illegible text.

REVERENDO IN
CHRISTO PATRI AC DOMINO D. GEOR-
gio ab Andelou, Heroi Theutonicorum ordinis equestris cla-
riſſimo, Friburgi Briſgoæ commendatori. Domini
no ac patrono ſuo, Hieronymus Gemur
ſæus. S. D.



Voties ego maiorum noſtrorum morem inſtitutaq; quibus illi in conſtituendis bonis artibus ac diſciplinis uſi fuerunt, cogitatione mecum reſpeto Pater Reuerende, uidentur mihi diuino quodam potius quam humano conſilio, pleraq; aſſecuti fuiſſe. Et haud facile reperi ri poteſt, utro plus poſteritatem adiuuarint, num in inueniendo, ſagacitate ſolertiaq; an inſtabiliendo ſua inuenta, mirifica quadam & ſingulari prudentia. Neq; enim inueniſſe aliquid, tam magnum ac plauſibile futurum erat, niſi poſteris traditum eſſet, neq; uero reliquis id tuto mādari poterat, quod non firmatum probe ac ſtabilitum prius eſſet. At quibus rebus ad id eſt opus: Nobis ſane non paulo facilius eſt intelligere, ſine quibus rebus ea nobis ſeruari non potuiſſent, quam illis eſſet hoc ipſum proſpicere & cauere. Sic enim conſilia habent in rebus humanis, facile ſuppetunt poſterum euenta, ante ipſa, non niſi prudentiſſimo cuipiā in mentem uenire queunt. Quando igitur conſtat, & exemplis oſtendi poteſt, neq; obſcuris neq; uulgaribus, quam uia ingreſſi illi ſucceſſum rerum non infelicem minimeq; aſpernandum conſequuti ſunt, proſecto par non fuerit, nos ullam aliam potius quam eandem rationem imitari. Et dum altera ipſorum ratio, que in inuentione uidelicet eſt conſtituta, ab ipſiſtota præſita ſit, quæ uero in conſeruandis eorum inuentis eſt locata, in nobis quoq; partim ſit ſita, ut ad poſteros bona fide ita hæc tranſmittamus, quæ admodū nobis credita fuere: diligēter hanc tueamur atq; in hoc ipſo illo ſū prudentiā ſedulo imitemur neceſſe eſt. Id fiet ſi neq; temere nec abſque præſidio omni promulgentur, ſed quibus auxilijs ipſi incolumes iam olim permanſerunt, iſdem nos ſalutem ſiſ aduerſus temporum ac hominum aduerſariorum iniuriam comparemus. Huius rei pars non exigua in inuencatum & uirorum potentum præſidio ſita ſemper fuit. Iſtudenim

Large block of faint, mostly illegible handwritten text on the right page, possibly bleed-through or a separate document.

in rebus tum, exiguis tum etiam maximis insigni momentum nunquam non habuit. Sic Mantuanus uates, Cæsar's patrocínio, sic Horatius, Mæcenatis, floruerunt. Et Aristoteles, Alexandri & Philippi gratia auctoritatem adauxit suam. Et Homeromastigas quoq; quamuis multo post, illorum regum auctoritas coërcuit. Sed & Galenus, Antoninorum gratia maior habitus est. Fuerunt qui monumentis quoq; in id forte compositis, inscriptione facta ad principem aliquem uirum auctoritatem obtinere, ueluti Rasis libros ad Almanforem decem scripsit: Et in uniuersum, qui in disciplinis clauerunt olim, serè aut ipsi principes fuerunt ac magni, aut talem uirorum ope ac tutela euecti sunt. Vix credat is qui non peculiariter animū adhibuerit, quā sit abiecta sæpenumero haud cōtēnenda eruditio, quoties suo præsidio destituitur ac sola relinquatur. Et hoc nostro seculo, peculiaris quædam difficultas in hisce rebus est omnibus, dum magno studio quisq; contendit ut uulgo uideatur talis esse, qualem se proficitur, & si inde longissime absint sæpenumero. Adeo existimationi nunc solum & opinionibus rerū studetur. Et sunt, qui talibus artibus apud uulgus hominum aliquatenus progressi & adiuti, ultra prodire audent, & quod solum inter ignaros licebat olim, nunc coram peritis quoq; cum magna impudentia iactant, & autorem se artium exercendarum sibi ipsi quisq; facit, neglectis & nonnunquam etiā contemptis ueterum sanctionibus. Unde fit ut hominum opiniones tam uarię atq; ineptæ de rebus habeantur exorianturq; indies permultæ. Id autem sicut in artibus cæteris ita in hac quoq; facultate medica nimium ac prope dixerim plusquam in cæteris omnibus fit, & ausæ sunt falsissime opiniones de hac arte ipsas quoq; doctorum hominum scholas tentare. Sunt enim qui dicere audent, quæ ab Hippocrate & ueteribus de arte scripta fuerunt, illorum temporum hominibus solis conuenire: rationem corporum atq; artis totius longe diuersam hodie consisti oportere. hæc opinio in speciem, quidem & apud imperitum uulgus, probabilis esse uideri forte queat, reuera tamen non falsa tantum sed pestilentissima deprehenditur, uel pauib; diligentius animum aduertentibus. Et ostendunt homines illi dum istud hincere audent, se totius artis imperitissimos esse, & ne ea quidem intelligere quæ in uestibulo eius scripta habentur. Sic enim præcipit Galenus, *ἢ τῶν πρὸς ἰπποκράτους πρὸς σαττομέλιον μὴ σὲ πρὸς ἰπποκράτη, πρὸς τὴν δὲ καλῶς καὶ ἀμετῆτος ἔχῃ, τὸν κατὰ τὴν αἰσθητικὴν γέγραμμενὸν ὁδοῦ ἐπισημασσοῦν*. Sunt qui sententiam longe diuersam

diuersam sequantur, nihil recipientes quod non è Græcorum monumentis sit de promptum, superstitiosum genus hominum quoddam, quod tamen non aperta improbitate sed nimia potius religione à recto abducitur. Verius arbitrari & artis amplitudinem melius nosse constat, eos qui nihil asperrantur, quod illam aliqua ex parte inuare possit & locupletiorum reddere. Siquidem ipsum hi faciunt, quod & Hippocrates, & Galenus olim factitabant. Quamuis enim uniuersalis totius ratio ab Hippocrate ita dudum constituta, à Galeno autem sic absoluta semel fuerit, ut ad ipsius perfectionem desiderari nihil queat: potuit tamen posterorum diligentia, è rerum particularium usu, noua quædam inuenta indies illi adijcere, isdem insistentis præceptis quæ ab primis eis autoribus relicta nobis fuerunt. Nam uniuersalium quidem licet circūscripta natura sit, singularium tamen rerum cognitio & experientia infinitæ sunt. Quin & firmamentum quoque præceptis uniuersalibus ita comparatur, dum non solum animaduertimus illorum obseruationes ueras esse, sed & quæ hodie in rebus singularis experiri licet ijs respondere, quæ uniuersaliter ab ipsis tradita fuerunt. Quam fidem tamen non à quibusuis sed ab hominibus peritis & sagaci industria præditis recipere oportet, quales sane permultos habuerunt Arabum scholæ. Nam post Græcos homines nullam gentem inuenire liceat, quæ in omni philosophia tanta diligentia sese exercuerit, quàm fecerint Arabum scholæ. Quam sententiam id quoque confirmat, quod monumenta cæterarum nationum omnia, quæcunque scilicet in aliquo genere excellerent, singulari diligentia in suam linguam translulerunt. Et neque facile fieri potest, ut ubi sunt autores boni quos sequantur, si accedat par diligentia atque ingenium, non insignis aliquis fructus ædatur. Sic igitur in medicina quoque plerumque ab ipsis & salubriter inuenta, & fideliter confirmata fuerunt. Quapropter iniquum sane fuerit tantam diligentiam illorum uirorum explodere, ac locum illis inter bonos autores artis inuidere. Porro autem quod ad hanc partem medicinæ attinet quæ in hoc uolumine continetur, cum totius artis multæ sint partes aliæ: inter eas omnes chirurgica, locum sibi uendicat non infimum, sicut hodie perperam creditur, sed omnium præstantissimum. Argumenta nobis ad hanc rem ostendendam infinita suppetant, si locus hic, huic materię tam amplæ conueniret. Siue enim anti-

quiritatem eius spectemus, siue certitudinem, siue autores à quibus est profecta, siue infinita alia quibus nominibus artes se nobis commendare possunt, iure summo cæterarum omnium hæc censebitur esse præstantissima. Antiquitatem eius ostendit, quod prius quam de illis ne cogitatio quidem ulla inter homines extitisset, hanc inuentam & cultam fuisse apparet. siquidem Esculapij duo filij, Podalyrius & Machaon, qui ducem ad Troianum bellum Agamemnonem sequuti fuere, uulneribus duntaxat ferro & medicamentis mederi solitos esse tradidit Homerus: ex quo sane necesse est, hanc esse medicinæ partem uetustissimam. Certitudinem uero ipsius, inde deprehendere liceat, quod sensui maxime patent huic subiectæ partes, qui certissimus est in rebus cognoscendis magister & arbiter, præcipue uero in ea philosophiæ parte quæ circa naturam uersatur, in qua demonstrationes omnes ab effectis & ab ijs omnino quæ natura postrema sunt initium habent. Quin rectissime istud affirmare licet. Si chirurgice à reliqua arte subducatur, tum medicinam uix ullam certitudinem retinere possit, quod cætera ipsius in coniecturis tantum posita, uniuersalibus præceptis exiguum sane firmamentum adferre queant. Nā sensilium rerū inductione & experimentis adiuta mens, uniuersalia problemata tum cognoscere facilius, tum affirmare certius potest. Siquidem sensus non solum certitudinem asserti maiorem ijs quæ uniuersaliter demonstrata sunt, sed & ad ipsorum contemplationem miris quibuidam modis mentem adiuuare solet. Sic ea quæ apud mathematicos uarijs demonstrationibus constituta semel & confirmata fuerunt de solis & lunæ ac cæterorum magnitudine, ubi per ea quæ particulariter eueniunt in stellarum affectibus, confirmata fuerint, pleniorē fidem apud nos habere solent. atque adeo qui demonstrationibus fidem prius adhibere non poterant, quod earum dignitatem potestatem quæ non agnoscerent, cuiusmodi uulgus hominū est, hi cedere tandem coguntur & rationi parere, ubi singularum rerum euentis conuicti fuerint. Sic quoque Mathematici ad ea quæ uniuersaliter proponuntur, singularium triangulorum ac diagrammatum lineamenta asserere solent, quibus scilicet mens instructa promptius uersari possit in illorum consideratione. Num igitur in cæteris tantum habet momentum quæ per sensum fit cognitio: in naturali philosophiæ parte non habet, cuius tamen ratio quoque ac definitio è sensu ducitur. Atqui in hac parte medicinæ

expeditior is habetur ac certior, siquidem, quos illa administrat atque obicit affectus, sub aspectum cadunt & manibus palpantur. Quare si recte Aristoteles summus ille rerum omnium artifex, disciplinarum præstantiam ex ipsarum certitudine æstimare solebat, fuerit sane hæc quoque sententia tutissima, quæ chirurgicæ cæteris medicinæ partibus præferat: præsertim cum cætera quoque theorematum pulcherrima habeat & maxima, ut ea quoque in partem reliquæ arti cedere nesciat. Quapropter mirum non est summos illos autores Hippocratem et Galenū tum ipsam tanta diligentia coluisse exercuisse quæ, tum magnam quoque partem laborum quos illi in tota facultate constituenda suslinuere, in huiusce Theorematum & præcepta collocasse. Hæc itaque de toto genere recte dici possunt. Quod autem ad Albucaasim attinet, peculiarem ille commendationem secū habet, quod & unus è ueterum autorum familia, instrumentorum rationem ac formas, quibus hæc pars uarie utitur, diligentissime tradiderit, & iam diu sepultus ac ueluti sibi oblitus (latuit enim certe & similis erat ijs quæ luce multum desiderata carebant.) tandem aliquando prodeat. Potest itaque ille uarijs nominibus peculiariter sese commendare, ut par sit apud eos quoque, quibus solæ græcorum scholæ arridere possunt, locum tamen suum obtinere queat, quando aut hac parte artis carebunt certe illi, aut ex hoc ipso autore petere susinebunt. ut pluribus uerbis hanc uiri industriam diligentiam quæ commendari non sit opus, quam uel ipsa rerum necessitas abunde nobis commendare debeat. Instrumentorum notæ ac formulæ, quas cuique capiti insertas uidet lector, non arbitrio nostrorum conscripserat, sed ex antiquissimo codice, per quam diligenter scripto, & formulis hisce pulcherrime ornato, desumptæ & huc appositæ fuerunt. Codicis illius copia fecerat, D. Sebastianus Sinckeler, tum artis usu, tum alijs dotibus uir insignis, Academiae Basileensis ordinarius. Hæc inquam ad hunc modū sunt facta. Ceterū ad finem huius lib. appolita sunt unius è recetioribus, Rolandi chirurgica, quatuor libris absoluta, ea carebant prius suis formis, quæ nunc primū accesserunt. Inde sequitur libellus de sanguinis missione, Rogerij chirurgi, qui & ipse nunc primum prodire cepit. Deinceps Constantini Africani Medici, de natura humana lib. unus, et de Elephatia alter, item de Anima libus unus eiusdem autoris. Quibus postremo accessit Antonij Gazij de medicamentis

I N D E X.

aqua ex auribus quomodo extrahenda 51. & 52
 aque congregatio in capitibus puero-
 rum quomodo cauterizanda 44. & 45
 aque calide combustio quomodo cu-
 retur 302. & 303
 arteriarum sanguinem sistere est per-
 difficile 42
 arteriarum sanguinem quomodo siste-
 re oportet 42
 arteriarum exiccatio que sunt in tem-
 poribus 46
 arterie que sunt post aures quomodo
 incidende 45. & 46
 asine sanguis feb. quotidianas tollit
 pagina 331
 asine lac multus commodum 331
 aphodeti pulueris descriptio 249
 ataxmir cum cannis & sine cannis pa-
 gina 58
 ataxmir oculi sic secundum quatuor mo-
 dos 56
 aures frigis non ferunt 53
 aurium oppulatio quibus curanda pa-
 gina 53. & 54
 aures non perforate quomodo aperi-
 ende 53
 aurium dolorum cauterizatio 11
 auris uulnus quomodo sui oportet
 pagina 70
 aurium cura 50
 auribus quomodo sunt extrahenda si
 quid in aurem cadit 50. & 51
 aurium dolorem tollentia 331
 aurium doloris quacunque ex causa cu-
 ra 262. & 263
 axirnach quid 55
 axirnach que accidit in palpebra oculi
 quomodo curanda 55

B

Brachij fractura quomodo curan-
 da 285. & 286
 brachij cura telo per fossium 283

I N D E X.

capitis superfluitatum curatio 248
 capitis tumor sine uulnere 240. & 241
 capitis uulnere cura telo uel aliquo
 simili inflicto 244
 capitis cauterium 6. & 8
 capitis uulnus cum incisa cute & cra-
 neo 241
 capitis uulnere embrocha apponen-
 da 239
 caput quot modis uulnretur 235
 carnis superflue nascentis supra duram
 matrem & craneum cura 236
 carnem generantia 255. & 280. &
 281
 carnem corrodentia 355. & 281
 carnis generantium 50
 castie fistule uires 339. & 340
 castratio sic duobus modis 118
 carbunculus superueniens uulnere quo-
 modo curandus 281. & 282
 catarrhi fluxus ad oculos aut pectus
 quomodo curandus 45. & 46
 catarrhi acuti propter acres humidita-
 tes curatio 46. & 47
 catarrhorum cura ad oculos ex interio-
 ribus capitibus 49
 cauterij lunaris forma 15
 cauterium fectoris nasi 15
 cauterium quod nominatur punctum
 pagina 11
 cauterium habens tria uerua 23
 cauterium quod assimilatur radio pa-
 gina 26
 cauterijs uti non omnibus concessum
 pagina 26
 cauterium est postremum medicinę pa-
 gina 6. & 8
 cauterium capitibus 6
 cauterium oliuare 6
 cauterium quibus complexionibus
 conueniat 3
 cauterijs non omnibus licet uti 4
 cauterium superat omnem medicinam
 comburentem 4

C

Aducum morbum pellentia pa-
 gina 330. & 331. & 333
 cancer non curandus ferro 2
 cancerosa uulnere sanantia 331
 cancri, fistule & apostematum cura pa-
 gina 290
 cancri in labio, palato, naribus & gin-
 giuu cura 256. & 257
 cancri in uirili membro cura 295. & 296
 cancri ex melancholia cura 268. & 269
 cancri cura nascentis in posteriore par-
 te corporis 295. & 296
 cancri & fistule cura 301. & 287
 cancri cura 98. & 99
 calcanei dislocationis cura 230. & 232
 calculos peliens remedium 329
 canis catulus cuius utilitatis sit 332
 canis morsus quid curat 333
 canitie in prohibentia 332
 canicie retardantia 333
 cannallium interiorum in corpore hu-
 mano diuifio 315. & 316
 cannarum duarum forma 58
 cannule forma 21
 cannule forma habens duas extremita-
 tes apertas 22
 canon obseruandus in medicinis exhi-
 bendis 342
 capilli quibus nigri reddantur 333
 capillorum fluxus curantia 332
 capillos euulsos crescere quid impedi-
 at 332
 capitis 332

I N D E X.

cauterij adhibendi tempus 4
 cauterium superat medicinam 4. & 5
 cauterium cultellare paruuum 19
 cauterij oliuaris forma 36
 cauterij triangulati forma 37
 cauterium quod nominatur clauus pa-
 gina 9
 cauterij clauuli mediali forma 35
 cauterium simile circulo 35
 cauterium habens tres ramos 22
 cauterium habens duo uerua 23
 cauterium subtile 13
 cauterizatio doloris dentis 20
 cauterizatio gibbositatis incipientis
 pagina 35
 cauterizatio titillici 23
 cauterizatio epatis frigidi 34. & 25
 cauterizatio hemigraneę non antiquę
 pagina 9
 cauterizatio hemigraneę antiquę pa-
 gina 10
 cauterizatio scrophularum 21
 cauterizatio paralytis & mollificatio-
 nis totius corporis 13
 cauterizatio pulmonis & tussis pa-
 gina 22
 cauterizatio fistule que est in lachry-
 mali oculi 18
 cauterizatio renum 29
 cauterizatio uesicę 30
 cauterizatio matricis 30
 cauterizatio dislocationis ancheę pa-
 gina 30
 cauterizatio uenę sciaticę 30. &
 31. & 32
 cauterizatio doloris dorsi 34
 cauterizatio fistule que sit in ano &
 partibus eius 29
 cauterizatio splenis 26
 cauterizatio hydropisis 27
 cauterizatio pedum & crurum 27
 cauterizatio melancholie 13
 cauterizatio cum butyro quomodo
 b 2 fiat

I N D E X.

fiat 20
 cauterizatio torsionis 38
 cauterizatio lepre 38. & 39
 cauterizatio stuporis 39
 cauterizatio albas 39
 cauterizatio cancri 40
 cauterizatio dubelati 40
 cauterizatio corrodentis 40
 cauterizatio clauorum conuerforum & alium 40. & 41
 cauterizatio tremoris 41
 cauterizatio albatir accidentium in corpore 41
 cauterizatio fluxus sanguinis accidentis ab incisione arterie 42
 cauterizatio obliuionis que fit ex phlegmate 12
 cauterizatio epilepsie 13
 cauterizatio torrens 11
 cauterizatio cum igne qualis sit 21
 cauterizatio podagre aut dolorum iuncturarum 35
 cauterizatio stomachi 24
 cauterizatio dolorum aurium 11
 cauterizatio apoplexie antiquae pagina 12
 cauterizatio solutionis uentris 28
 cauterizatio hemorrhoidarum 28
 cauterizatio althelii 29
 cauterizatio pleurefis 26
 cauterizatio fissurarum labij 19
 cauterizatio raucedinis uocis & contractionis anhelitus 22
 cauterizatio rupturarum 36
 cephalice uene utilitas 175
 cerebri temperamentum 313
 cerebri sunt diuisiones tres 313
 cerebrum mundificantia 13
 cerebri operationes que 315
 cerebri cornu uirtutes 329
 cereuicis uulnerum cura 365. & 266
 chimos malos eradicando que medici ne sumende 341
 cholericis humores quibus euacuandi pagina 340
 choleram & phlegma sine nocum. to educuntia 340
 cholere rubeę catharticum 324
 cibum non continentibus remedium pagina 334
 clystere ad secundinam 331
 clysterizandi cum medicinis cura modus & qualitas 156. & 157
 clysterizandi qualitas 138
 coitum uetans medicamen 333
 coitum mouentia 332. & 333
 coli dolorem sedans medicamen pagina 324
 coli distictura a capite quomodo subueniendum 276
 coli uulnera quomodo suenda & curanda 265
 coli uulnerum curatio & 141
 columbe uirtus 334
 complexio hominis dijudicanda in purgationibus 342
 conscientie consulendum 2
 consolidatum emplastrum 286
 cor nouem uoluptatibus perfruitur pagina 318
 cordis qualitas & quid 316
 cordis uulnus quibus cognoscitur pagina 288
 corpora a superfluitatibus mundificantibus que medicinę accipiende pagina 338
 corporis superfluitates benedictis medicinis euacuande & 340
 corpora quando euacuanda 337
 corpora quibus medicinis euacuanda pagina 337
 corpus totum mundificans a putredine unguentum 325
 corporis uulnera ad inguina usque quomodo curanda 288
 corporis

I N D E X.

corporis repletio quibus euacuanda pagina 340
 costa flexa quomodo reducenda 288
 costarum fracturę restauratio 203.
 & 204
 coxę rupturę a superioribus cura pagina 300
 coxę uulneris cura 299
 coxę fractura quomodo restauranda pagina 210. & 211
 cranei fractura cum stricto uulnere cura 237
 cranei fracturę in modum timule fissum 238
 cranei fractura in alteram partem depressam 239
 cranei fractura occulta quibus signis cognoscitur 240
 cranei fractura cum magno uulnere quomodo curanda 235
 cranei infertus plicarum quomodo curandum 246
 cruris disuncturę a coxa cura 300
 cruris rupturę cum uulnere carnis cura pagina 300
 cruris fracturę restauratio 212
 crurum uulneribus que cura exhibenda 209
 crurum & pedum cauterizatio 27.
 & 28
 cubiti disuncturę a proprio loco quibus subuenitur 285
 cubiti dislocatio quomodo reducenda pagina 223
 curandi apostemata multi sunt modi pagina 83. & 84. & 85
 curandi modus carens ratione ac experientia, negligendus 193
 curatio nulla suscipienda morbi causa incognita 43
 dentium motorum forma 76
 dentium eminentia quomodo curanda 75
 dentium eradicatio magna diligentia tractanda 71
 dentes quomodo extrahendi 72
 dencum forpces 73
 dentium & gingiuarum cauterizatio pagina 20
 dentis doloris cauterizatio 20
 dentium dolorem tollentia 333
 dentium & gingiuarum dolorem sedanda 331
 dentium rationes cum ferro 71
 dentium rasorum forme 71
 dentium apostema quomodo cauterizanda 20
 dialtheę confectio 279. & 280
 dialtheę usus 280
 digta que obseruanda minuentibus sanguinem 308
 digitorum & unguium cura 159.
 & 160
 digitorum pedis dislocationis cura pagina 231. & 232
 digitorum dislocationis cura 225
 digitorum contractioni conueniens unguentum 325
 disentericorum cura 331
 dolor qui permutatur de membro ad membrum quomodo curandus pagina 164
 dolis doloris cauterizatio 34
 dosis in purgationibus consideranda pagina 342
 durities omnes quid soluat & 333. & 334
 Elephantie cura 323. & 324
 & 325. & 326. & 327. & c.
 elephantiacis quid conferat 332
 elephantię origo b 3 embriouis 322

D

Entes moti quomodo retrahendi pagina 76

E

Elephantie cura 323. & 324
 & 325. & 326. & 327. & c.
 elephantiacis quid conferat 332
 elephantię origo b 3 embriouis 322

embriionis disputatio in utero manentis 319. & 320
embrij compositionem adiuuant non nihil septem planetę 320
embriionis uita 321
embriionis perfectio 321
embriionis generatio impedita uel obliuata natura quid fiat 321
embriionibus uitis quibus subueniendum ab obstetricibus 123
embriionis exitus super pedes pagina 123
embriionis exitus super genua sua & manus suas 123
embriionis exitus latitudinaliter pendente una ex manibus eius pagina 124
embriionis exitus super collum expansis manibus suis 124
embriionis exitus super latus 124
embriionum multorum aut geminorum pagina 124. & 125
embrocha in uulnere capitis 239
epatis abscessus quomodo curandus pagina 25
epatis frigidi cauterizatio 24. & 25
epatis apostema in carne aut tunica quomodo cognoscatur 25
epylottidis sectio uitanda laborantium angina 88
epylottidis sectio quando tentanda pagina 88
epilepsia ex phlegmate est cauterizanda 13
epilepsię cauterizatio 13
epilepsię subsidium 250
errores imperitorum medicorum 1
erysipilę cura superueniente uulneris pagina 281
euacuatio omnis naturam duobus modis comprimit 336
exempla notare medico prodest pagina 156
extremum incisio 155

F Actei maculas delens medicamentum pagina 331
faciem limpida quid reddat 332
faucium dolorem tollens remedium pagina 330
febres quartanas curans amuletum pagina 329
febris tertianę medicamentum 332
febrientibus conueniens medicamentum pagina 329
fetus mortui extractio 125. & 126. & 127
foetoris nasi cauterium 15
foetum mortuum eijcientia & 332
fissurarum cura 136
fistula quid 147
fistula accidit in omnibus membris corporis 148
fistulę & sinus differentia & 157
fistulę in lachrymali oculi cauterizatio 18
fistularum cura 147. & 148. & 50. & 51
fistulę cauterizatio quę sit in ano & paribus eius 29
fistula fit duobus modis 271
fistulę circa collum cura & 272
fistulę cura nascentis in posteriore parte corporis 295. & 296
fistulę canceri & apostematum cura pagina 290
fistularum curatio quę accidunt in inferiore sedis parte 132. & 133. & 134
fistulę cura 301
fodisicis paruę forma 57
forma incidit qua inciditur cutis pagina 161
forma uncinę cœci 162
forma

forma inferiorum in fractura ossium capituli administranda 195
forma ascelle in fractura ossium admistranda 190
forma incisorię lenticularis pagina 196
formę rasoriorum 153.
& 154
forma cannulę 21
formę ferrarum 152
forma cauterij habens tres ramos pagina 22
forma clauili 15
forma incisoriorum 154
forma cauterij lunaris 15
forma cannulę habens duas extremitates apertas 22
formę forcipum quibus extrahuntur sagitte 169
forma impellentis concaui 169
forma impellentis surdi 170
forma phlebotomi cultellaris 173
forma phlebotomi myrtini 173
forma phlebotomi oliuaris 174
forma cauterij quod assimilatur radio pagina 26
forma cauterij habens duo uerua pagina 23
forma cannulę 137
forma instrumentorum quibus clysteria infunduntur 137
forma circuli utris & foraminis pagina 138
forma spatumilis subtilis 53
forma instrumenti quod nominatur syringa 106
forma forficis ad mundificationem uirgam infantium 105
forma spatumilis tenuis ac subtilis pagina 51
forma instrumenti gesti subtilis pagina 50
forma instrumenti quo premitur lingua

gua 73
forma instrumenti quod assimilatur forficibus 78
forma spatumilis acuti & non acuti pagina 79
forma instrumenti concaui pagina 81
forma cauterij clauili medialis pagina 35
forma spatumilis spinosi 100
forma spatumilis duarum acutatum extremitatum 48
forma cultellaris acuti 49
forma instrumenti quo extrahitur sanguisuga 83
forma arali paruę 74
forma triangulare extremitatis in qua est quedam crassitudo paginana 75
forma instrumenti quo suffumigatur mulier in retentione menstruum & secundinę 131
formę rasoriorum dentibus conuenientes 71
forma dentium motorum pagina 76
forma duarum cannarum pagina 58
forma cauterij triangulati pagina 37
forma cauterij oliuaris 36
forma trium uncinorum pagina 57
forma cauterij lunaris 103
forma folij myrti 17
forma cauterij habens tria uerua pagina 23
formę clysteris uesicę 107
forma cauterij simile circulo pagina 35
forma instrumenti quod nominatur fossorium 171
b 4 forma

I N D E X.

forma trium specierum terebrorum pagina 196
 formice cura 136
 forma torii & podij 227
 forma forficis parue 57
 forma instrumenti simile rostro paruo pagina 75
 forme instrumentorum que sunt necessaria in sectione & perforatione pagina 90. & 91
 forme instrumentorum sunt trium specierum 90
 forme experientium 91
 forme uncinorum 92
 forme calpelorum 92
 forme almachadea 93
 forme uentolatum 93
 forma uertiginis qua aperitur matrix pagina 127
 forma uertiginis aliterius 128
 forma impellentis quo impellitur fortus 129
 forma almidach quo conteritur caput magnum 129
 forma uncinis habentis spinam unam pagina 129
 forma uncinis habentis spinas duas pagina 129
 forma forficis cui sunt dentes ferre quo conteritur caput latus pagina 129
 forma spatulilis habentis duas extremitates 130
 forma duorum spatulilium pagina 130
 forma trianguli subtilis 74
 forma instrumenti habens duos ramos 74
 forma instrumenti quod assimilatur uncinio magno 74
 forma instrumenti quod uocatur gestu pagina 75
 furculę & extremitatis humeri dislocationis cura 226

hemibraneę non antiquę cauterizatio pagina 9
 hemibraneę antiquę curatio pagina 46. & 47
 hemaphrodista unde 118
 hemaphroditi cura 118. & 119
 hernia aquosa quid 111
 hernia quomodo secanda & curanda pagina 112. & 113
 hernię nascente ex humoribus cura pagina 293
 hernię nascente ex carnositate cura pagina 322
 hirundinum puluuis faucibus confert 334
 hominis urine uires 332
 hominis stercus combustum quid ualeat 332
 humores corrupti gignunt morbos pagina 293
 humeri disjuncturę à superioribus cura pagina 283. & 284
 humeri dislocationis ex uulnere cura pagina 279
 humeri luxatio fit tribus modis pagina 220. & 221
 humeri dislocatio quibus cognoscitur pagina 220
 humeri dislocationis cura 221. & 222
 humeri fracturę cura 285. & 286
 humoris peccantis qualitas inuestiganda 148
 hydropisis cauterizatio 27
 hydropisis cura 99. & 100. & 101
 hydropicorum refugium 330

I N D E X.

extremitate uirgę 103.
 infantium qui nascuntur pene non perforato cura 101. & 102
 infirmorum salus summa ratione perpendenda 7
 inguinum ruptura quomodo curanda pagina 117
 instrumenta omnia debent esse in manibus eius qui hanc artem proficitur pagina 130
 intestina excutia quomodo reduenda 289
 intestina si propter uulnus aliquod excutunt quomodo curanda & 146
 intestinorum cura in osceum descendentes 292. & 293
 intestinum ieiunum non suscipit sanationem ex uulnere 146
 intestinorum dolorem curans medicamentum 331
 iocinoris uulnerati signum pagina 288
 iuncturę dislocationis inter brachium & manum cura 224
 iuncturarum dolorum aut podagryę cauterizatio 34

L

Abij fissurarum cauterizatio pagina 19
 labiorum scissura quomodo curanda pagina 257
 labiorum puncturę cura 258
 labij uulnus quomodo suendum 70
 labiorum interiorum apostemata quibus curanda 70
 laboriose medicinę sunt uitandę 341
 lacerti uel musculi uulnus letale 282
 lac asine ad multa prodest 331
 lactis equi uirtus 332
 lac

humeri fracturę cura 285. & 286
 humoris peccantis qualitas inuestiganda 148
 hydropisis cauterizatio 27
 hydropisis cura 99. & 100. & 101
 hydropicorum refugium 330

I

Gnis combustio quibus curanda pagina 302. & 303
 impetiginis cura 260. & 261
 infantium mundificatio & curatio in

H

Hæmorrhoidarum futura & cura 135
 hæmorrhoides quid 120
 hæmorrhoidarum cura que accidit in uuluis mulierum 120
 hæmorrhoidarum cauterizatio 28
 hæmorrhoides fiunt quatuor modis pagina 296
 hæmorrhoidum cura 296. & 297
 hemibraneę antiquę cauterizatio pagina 10
 hemicra

I N D E X

lac in mammis quid attrahat pag. 332
na 330
lactris capre utilitas 330
lachrymarum acutarum assiduorum 48
curfus ab oculis cura 14
lachryme antiquae oculorum quomodo cauterizande 40
lachrymarum cura ad oculos ex interioribus capitibus 40
lapis a uescice collo remouendus pag. 294
lapis uescice frangens medicamentum Galeni 294
lapis uescice quibus modis cognoscitur pagina 293
lapis renium & uescice curatio 107. & 108. & 109. & 110
lapides aut simile aliquid quibus extrahendi ex auribus 50
lapis in mulieribus raro generatur, & ob multas causas incurabilis pagina 110. & 111
lapidis species sunt multae 111
lepra unde proueniat 303
lepre species quatuor 303
lepre cura 323. & 324. & 325. & 326. & 327. & 328.
lepre cauterizatio 38. & 39
leporis usus 329
libri diuisio 3
libidinem stimulantia 329
licentis cauterizatio 26
linguae ligamentum quomodo soluedum 77
linguae apostema quod assimilatur ratione parue quomodo curandum pagina 77
lumbricos perimit cornu cerui 329

M

Mandibule inferioris dislocatio nis cura 219
mandibule inferioris restauratio quam

I N D E X

do frangitur & 200
mandibule disiuncture cura pagina 258
mandibule fracture cura 258
mandibule fistule cura 259
mandibule cancer quomodo curandus 259. & 260
mali mortui cura 304
mammillarum cura que assimilantur mammille mulierum 94
manie uel melancholie auxilium pagina 250
manus operatio diuiditur in duas diuisiones 2
manus disiunctura a proprio loco curata 285
manus operatio abolita 1
manuum & digitorum restauratio si frangitur 209. & 210
manuum uulnera quomodo curanda pagina 283
materie qualitas & quantitas perpendenda dando medicinas euacuatiuas 342
matris dure lesionis signa 235
matricis cauterizatio 30
matricis os quibus herbis aperiatur pagina 130
matrici mulierum multa apostematum species accidunt 121
matricis suffocatae auxilium 330
matricis dolores sedat medicum bonum quid scire oportet pagina 148
medico prodest notare exempla medicinæ exiccandi facultate predictæ pagina 197
medicinis soluentibus que admiscenda pagina 341
medicinæ fortes quando sumende 341
medico in curandis morbis quid inuestigandum 32
medicinam superat cauterium 4. & 5 medicinæ

I N D E X

medicinæ postremum est cauterium medico anatome necessaria 1
medicinarum communis malitia que pagina 341
medicinæ laboriose fugiende 341
medici consilium non negligendum pagina 342
medico que percutanda dando medicinas laxatiuas 342
medicus a pecunie studio sit alienissimus 43
medicamenta predicta facultate molli scandi 59
medicinæ que dicantur benedicte 340
medicinæ que dicantur laboriose eodem 341
medico prudenti quid cauendum pagina 332
medicinis solutius semper admiscenda que confortant stomachum 342
medicinam ingredientia considerare pagina 342
medicinæ fortes noxiæ 335. & 336
medicinam exhibentibus que perpendenda 341
medicina debet sumi tempore temporato 338. & 339
medicinæ odoriferæ quare admiscende laxatiuis 342
medicorum imperitorum errores medicorum consilio uti in purgationibus 335
melancholie cauterizatio 13
membra principalia quibus medicinis debilitentur 340
membri corrodentis cauterizatio pagina 40
membrorum dislocationis cura 218
membra sanitati restituta denuo non frangenda 218
membrorum doloris cura 164
membra incidendi & ferrandi modus pagina 155
membrorum repletio quibus euacuan

N

Nabis qualis ægritudo 164
narium positio & qualitas pagina 314
nati foetoris cauterium 15
nati restauratio quando frangitur pagina 198
nati & aliorum membrorum sutura pagina 243
nati passiones uel accidentia quomodo curanda 64. & 68. & 69
nati uulnus quomodo suendum pagina 70
nati superflua caro quomodo curanda 254. & 255
naturam

natam affectuum partium in edico 148
 necessarium scire 279
 neruorum duritiei, inflationi & tumoru-
 ri quomodo subueniendum 280
 nodationis cura quae accidit in uesti-
 glo quorundam fracturarum 217
 nodorum & exituræ differentie et cu-
 ra 89 & 90
O
 Oblitionis cauterizatio que fit ex
 phlegmate 12
 oblitrices in promptu habeant quid
 facto opus sit 122
 obstetricibus quid necessarium scitu-
 rum 122 & 125
 ocephagi qualitas 316
 oculi palpebræ mollificatio quomodo
 cauterizanda 15
 oculorum lachrymantium & rubescen-
 tium cura 250 & 251
 oculorum lachrymæ quomodo con-
 stringendæ 251
 oculorum mordicationis & arsuræ cu-
 ra 251
 oculorum panniculus quomodo cor-
 rodendus 251 & 252
 oculorum rubor & inflatio quomodo
 curandus 252 & 253
 oculis sanguinolentis quomodo sub-
 ueniendum 253
 oculorum fistula quomodo curanda
 253 & 254
 oculorum dolores & accidentia 61
 62 & 63 & 65 & 66
 oculi eminentia quomodo reducenda
 pag. 65
 oculorum sunt tres tunicæ 313 & 314
 oculis oui albumen prodest 314
 oculis tenebrosus ualet lac asinæ 331
 oculorum cicatrices extenuantia 331
 oculorum uicia quid emendat 331
 oculorum antiquæ lachrymæ quomo-
 do cauterizandæ 14
 oculorum caliginem sanantia 333
 oppilatio est mater morborum 339
 oris apostemata quomodo cauterizân-
 da 20
 os fractum restaurari incipiens, infir-
 mus cibis uiscosis cibetur 188
 ossa fracta in decrepitis & qui sunt in
 prima senectute raro consolidentur
 pag. 188
 ossium fracturæ sunt diuersæ 188
 ossis fractura quibus cognoscitur 189
 os unum quodq; in naturalem locum
 collocandum 189
 ossium cura non temere sed prudenter
 tractanda 189
 ossium fracturas restaurans emplastrum
 191 & 192
 ossium ferratura 155
 ossium fractura cum uulnere 214-215
 & 216
 ossia non bene curata quomodo curan-
 da 205
 ossis brachij uel nerui incisæ cura 279
 ossis fracturæ cum uulnere cura 289
 ossium fractura in capite quomodo cu-
 randa 194 & 195
 ossium dolorem sedans emplastrum
 192 & 193
 ossium fractura restaurata quare mem-
 bra debilia nonnunquam remane-
 ant 217
 ossium dislocationem & torsionem re-
 staurans emplastrum 191 & 192
 ossa fracta quomodo inuoluerenda &
 stringenda 190 & 192
 ossium fracturarum curationem præce-
 dat euacuatio cum conuenienti ui-
 ctus ratione 189
 oui albumen oculis utile 334
P
 Panaricij cura 159 & 160
 panarictum quid 159
 palpebris oculorum si quid accidit que
 bus subueniendum 54 & 55
 & 59 & 60
 palpebrarum pili quando conuertuntur
 curad

tur ad interiora & pungunt oculum
 quomodo cauterizandi 16 & 17
 palpebræ oculi mollificatio quomodo
 cauterizanda 15
 palpebræ oculi adhaerentia cõiunctiua
 aut cornea quomodo curanda 60
 paralytis cauterizatio 13
 partus naturalis signa 122
 pectinis fracturæ restauratio 214
 pectoris fracturæ restauratio 203
 pedis uulnere cum lisione uel sine le-
 sione neruorum cura 299 & 300
 Pedis ossa & digitorum quomodo re-
 stauranda 213
 pedum disfunctione quibus reducenda
 pag. 301
 pedum & crurum cauterizatio 27
 & 28
 pedum ægritudo quomodo cauteri-
 zanda 40 & 41
 pharmaca que sint corpori humano si-
 nimica 335
 phlebotomia quando utendum 175
 phlebotomiz sectio sit transuersa 178
 phlebotomiz sincopi superueniente
 quomodo subueniendum 178
 phlebotomiz quid necessarium 176
 phlebotomiz quando faciendâ 176
 phlebotomiz uenarum qualitas 170
 phlebotomia quo tempore faciendâ
 pag. 307
 phlebotomia cū cautela faciendâ 307
 phlebotomia quid 305
 phlebotomia quo tempore congrua
 pag. 339
 phlebotomiz utilitas 309
 phlebotomiam faciedo que prius sint
 consideranda 308
 phlegma & choletam euacuantia sine
 nocumento 340
 phlegmatis falsi cura 248 & 260
 phlegmonis cura 267
 piæ matris lisionis signa 235
 pili palpebrarum quando conuertuntur
 tur ad interiora & pungunt oculum
 quomodo cauterizandi 16 & 17
 pili nascentes præter naturam in palpe-
 bris oculi quomodo curandi 56
 pilorum pungentium in oculo eleuatio
 pagina 58
 planæ septem in embrionis composi-
 tione quid forment 320 & 321
 pleureis cauterizatio 20
 plumbi proprietates 217
 podagra quibus fugatur 330
 podagræ aut dolorum iuncturaru cau-
 terizatio 35
 podagram quid sanet 331
 populeon ungenti confectio 282
 populeon ungenti usus 282
 polyphi signa & cura 255 & 256
 pruriginem sanat lac caprinum 330
 pruriginis de cholera nigra & phlegma-
 te nascenti ungentum conueniens
 pagina 327
 psylotri composio 247
 pueris quibus aqua in capibus ipso-
 rum congregatur quomodo subue-
 niendum 44 & 45
 puerperæ salus respicienda 123 & 125
 pulmonis uulnerati signa 288
 pulueris rubei descriptio & usus 242
 purgatio non faciendâ cum fortibus
 medicinis 335
 pustularum foedarum in corpore acci-
 dentium cauterizatio 41
 pustulis de cholera nigra & phlegma-
 te exortis conferens ungentum 327
 pustulæ fluidæ in corpore quibus me-
 dicandæ 325
 putredinum causa unde 322
 putredines chimorum in curatione
 morbi inuestigandi 322
R
 Ramicis aquosæ cura 114
 ramicis carnosæ cura 114
 ramicis cura quæ est cum uitz 115
 ramicis intestinalis cura 115 & 116
 & 117
 ramicis uentosæ cura 117
 ratio c

I N D E X.

ratio summa habenda in salute infirmorum 7
 raucedinis uocis & coſtrictionis anhelitus cauterizatio 22
 regium morbum curans liquor 332.
 & 333
 renem cauterizatio 29
 renem lapis quibus curetur 107.
 & 108. & 109. 110
 renem calefactioni que conferant 340
 rheubarbarum quando & quibus dandum 339
 rupturę siphac cura 291
 ruptura in inguinibus quomodo curanda 36. & 37
 rupturę incifio & curatio 292
 rupturarum cauterizatio 36. & 37

S

Sagitta barbata quomodo extrahenda 244
 ſagittę & membrorum quomodo extrahenda 164. & 165
 ſagittarum infixarum in corpus cura pagina 165. & 166. & 167
 ſagittarum infixarum in corpus exim pla 166. & 167
 ſagittas extrahendi modus & uaria ratio excogitanda 168
 ſalus infirmorum ſumma ratione perpendenda 7
 ſaluatellę incifio quid conducat 179
 ſanguis quando uentroſis detrahendus 181
 ſanguinis abundantis in corpore ſignata 181
 ſanguinis fluxus ab arteria quomodo cauterizandus 42
 ſanguinis calorem extinguens catharticum 324
 ſanguinis quantum ſit detrahendum pagina 177
 ſanguinis fluxum que ſiſtant 120
 ſanguinem minuendum que dicta obſeruanda 308
 ſanguis unde exurgat & unde mutetur ſpatumile 43

I N D E X.

ſpatumile incidens 108
 ſpatumile ſubtile 53
 ſplenis uulnere cura 288
 ſplenis cauterizatio 26
 ſpleneticorum auxilium 330
 ſpondilorum dorſi diſlocatio caret curatione 225
 ſpondilorum dorſi & colli reſtauratio pagina 204. & 205
 ſquinantię tres ſunt ſpecies 273
 ſquinantię cura 274
 ſurdorum auxilium 330
 ſuſpirioſos fanans 330
 ſuſpirioſis quid conducat 331
 ſuſturę ſpecies ſunt dię 144. & 145
 ſtiprica 335
 ſtomachus confortandus dando medicinas laxatiuas 342
 ſtomachi cauterizatio 24
 ſtomachus quibus conſtat 317
 ſtomachi uulnera mortalia iudicantur pagina 288
 ſtrangurę iuuamenta 297
 ſtrangurę auxilium 332
 ſtupeoris cauterizatio 39

T

Tactus qualitas 315
 tauis uirtus 331
 taxionis uirtus & efficacitas 329
 tela quomodo extrahenda 243
 teticulorum tumoris cura 291
 teticulorum cuti mollicata quomodo ſubueniendum 118
 tetiginis & carnis eminentis ex uuluis mulierum cura 119
 thoracis uel pectoris uulneris cura pagina 287. & 288
 tinearum ſine euulſione capillorum cura 248
 tinearum capillos euellentia quibus ſignis cognoscuntur 246
 tinearum cura 246. & 247
 tullei cauterizatio 23

V

Venarum lachrymalium phlebotomię iuuamentum 172
 uenarum naſi ad quid phlebotomada pagina 172
 uenę in utroque labio quare phlebotomandę 173
 uenarum duarum ſub lingua phlebotomię auxilium 173
 uenarum diuſio que phlebotomatur pagina 170
 uenę poſt aures quare phlebotomandę 170. & 171
 uenarum in temporibus phlebotomiz iuuamentum 171
 uenę frontis phlebotomiz iuuamentum 171
 uenę quomodo incidendę 176
 uenę cruris quomodo extrahendę & curandę 162. & 163
 uena baſilica quare phlebotomanda pagina 174
 uenę ſulcę caute ſunt incidendę 175
 uenę cephalicę utilitas 175
 uenę ſciaticę cauterizatio 30. & 31. & 32
 uenarum diuſio 305. & 306
 uenę ne intumeſcant poſt phlebotomiam quibus ſubueniendum 307
 uenarum biſbitum quid extinguat 330
 uenarum excitantia 332. & 333
 uentofarum qualitas & uſus 180
 uentofatio ex quibus uenis trahat ſanguinem 181
 uentofatio non adminiſtranda ante euulſionem c. 2

euacuationem corporis 181
uentrosatio quando administranda 181
uentrosationis commoditas 181. & 182
uentrosationes loco phlebotomix ad- ministrandæ 181. & 182
uentrosas apponendi ratio & modus pagina 182
uentrosæ administrandæ secundum dis- positionem corporum & temperi- em 183
uentrosarum scarificatio 183
uentrosarum loca quibus oleis & quan- do sunt ungenta 183
uentrosarum loca qua aqua abluenda pagina 183
uentrosandus uictus ratione regendus pagina 183. & 184
uentrosæ sine scarificatione quibus in- locis & quare administrandæ 184
uentrosarum forme 185
uentrosa quæ administranda sicut pleu- ritide 185
uentris uulnerum cura 142. & 144
uentris fluxum stringentia 3. 9
uentris solutionis cauterizatio 28
uermes in auribus quomodo extra- hende 52
uentrum generatorum sub cute cura pagina 163
uertucarum cura 291
uestica quomodo clysterizanda stulcus aut sanguis in ea congeletur pagina 106. & 107
uesticæ lapidis curatio 107. & 108 & 109
uesticæ lapis quomodo cognoscitur pagina 293
uesticæ cauterizatio 30
uirga uiri si frangitur quomodo restau- randa 214
uirgæ & præputij accidentia quibus curanda 102. & 103

CAPITULA QVAE IN

TRIBVS LIBRIS ALBVCASES
HABENTVR, LIB. I.

De cauterio cap. 1
de cauterio capitis, cauterio uno cap. 2
de cauterio capitis cap. 3
de cauterizatione hemicranæ non an- tiq̃ue cap. 4
de cauterizatione hemicranæ antiq̃ue cap. 5
de cauterizatione dolorũ auriũ cap. 6
de cauterizatione torturæ cap. 7
de cauterizatione apoplexiæ antiq̃ue cap. 8
de cauterizatione obliuionis quæ fit ex phlegmate 9
de cauterizatione paralysis & mollifi- cationis totius corporis cap. 10
de cauterizatione epilepsie cap. 11
de cauterizatione melancholie cap. 12
de cauterio aque descendens in oculum cap. 13
de cauterio lachrymarum antiquarum cap. 14
de cauterio fectoris nasi cap. 15
de cauterio mollificationis palpebræ oculi cap. 16
de cauterio palpebræ oculi, quãdo con- uertuntur pili eius ad interiora & pungunt oculum cap. 17
de cauterizatione fistulæ quæ est in la- chrymalis oculi cap. 18
de cauterizatione fissuraru labij cap. 19
de cauterio fistulæ accidentis in ore ca- put 20
de cauterizatione dentium & gingiua- rum mollificante cap. 21
de cauterizatione doloris dentis ca- put 22
de cauterizatione scrophularũ ca- put 23
de cauterizatione raucedinis uocis & constrictiõnis anhelitus cap. 24
de cauterizatione pulmonis & tussis cap. 25
de cauterizatione trillici cap. 26
de cauterizatione stomachi cap. 27
de cauterizatione epatis frigidi cap. 28
de perforatione apostematis epatis est cauterio cap. 29
de cauterizatione pleuresis cap. 30
de cauterizatione splenis cap. 31
de cauterizatione hydropisis cap. 32
de cauterizatione pedum & crurum cap. 33
de cauterizatione solutionis uentris cap. 34
de cauterizatione hemorrhoidarum cap. 35
de cauterizatione althelil post abscessi- onem eorum cap. 36
de cauterizatione fistulæ quæ fit in ano & partibus eius cap. 37
de cauterizatione renum cap. 38
de cauterio uesticæ cap. 39
de cauterizatione matricis cap. 40
de cauterizatione dislocationis anche- cap. 41
de cauterizatione uenæ sciaticæ cap. 42
de cauterizatione doloris dorsi cap. 43
de cauterizatione incipientis gibbosita- tis cap. 44
de cauterizatione podagræ aut dolo- rum iuncturarum cap. 45
de cauterizatione rupturarum ca- put 46
c 3 decauteri-

de cauterizatione tonsionis cap. 47
 de cauterizatione lepre cap. 48
 de cauterizatione stuporis cap. 49
 de cauterizatione albaras cap. 50
 de cauterizatione cancri cap. 51
 de cauterizatione dubelati cap. 52
 de cauterizatione corrodentis cap. 53
 de cauterizatione clauorum conuerso-
 rum & aliorum cap. 54
 de cauterizatione tremoris cap. 55
 de cauterizatione. albathir accidentiu
 in corpore cap. 56
 de cauterizatione fluxus sanguinis ac-
 cidentis ab incisione arterie cap. 57

De congregatione aque que co-
 gregantur in capitibus pue-
 rorum cap. 1
 de incisione arteriarum que sunt post
 aures nominatę bilhassisse cap. 2
 de excitatione arteriarum que sunt in
 temporibus cap. 3
 de cura curfus lachrymarum acutaru
 assiduam ab oculis cap. 4
 de cura lachrymarum & catarrhorum
 ad oculos ex interioribus capitis ca-
 put 5
 de cura eorum que cadunt in aurem
 caput 6
 de cura oppilationis accidentis auri
 caput 7
 de cura althelid qui accidit in palpe-
 bris cap. 8
 de cura grandinum que accidit in pal-
 pebris oculi cap. 9
 de cura axirnach que accidit in palpe-
 bra oculi superioris cap. 10
 de modis ataxmir oculi cap. 11
 de elevatione pilorum pungentium in
 oculo que acu sit, quum est tantum
 unus aut alter pilus uel certe non
 multo plures cap. 12
 de cura atarfat que accidit palpebre su-
 periori cap. 13

de extractione spinarum & si quid ali-
 ud adheret in gutture cap. 37
 de extractione sanguisugę annexa in
 gutture cap. 38
 summa sermonis in apertione aposte-
 matum & sectione eorum cap. 40
 de sectione apostematum que accidit
 in cure capitis cap. 41
 de sectione serophularum que acci-
 dunt in collo caput 42
 de sectione epyglottidis ab apostema-
 te accidente intra guttur cap. 43
 de sectione apostematum, quod acci-
 dit in gutture exterius & nominatur
 hernia gutturis cap. 44
 de sectione nodorum cap. 45
 de formis instrumentorum que sunt
 necessaria in sectione & perforati-
 one cap. 46
 de cura mammillarum que assimilantur
 mammillae mulierum caput
 47
 de perforatione apostematum que ac-
 cidunt sub titillico cap. 48
 de sectione apostematis quod accidit
 propter arteriam aut uenam cap. 49
 de apostemate quod accidit ex torsio-
 ne neruorum cap. 50
 de sectione apostematis quod acci-
 dit ex thelid, & quod accidit in uentre
 cap. 51
 de cura eminentię umbilici cap. 52
 de cura cancri cap. 53
 de cura hydrophis cap. 54
 de cura infantium qui nascuntur locis
 urinae eorum non perforatis, aut fo-
 ramen est strictum aut non in suo
 loco cap. 55
 de albather que accidit in preputio
 & in capite uirge & corruptione &
 nigredine & adhaerentia preputij cu
 capite uirge cap. 56
 de mundificatione infantium & cura

tionis cum prima curatione non suc-
 cedit cap. 57
 de curatione uirge retentę in uestica ca-
 put 58
 de qualitate dyfsterizationis uesice cu
 clapsedra & forma instrumentoru
 que conueniunt ad illud cap. 59
 de extractione lapidis caput 60
 de extractione lapidis mulieru cap. 61
 de sectione hernie aquose cap. 62
 de sectione super ramicem carnosam
 & curatione eius cap. 63
 de cura ramicis que est cu uitra cap. 64
 de cura ramicis intestinalis cap. 65
 de ramice uentosa cap. 66
 de ruptione qua fit in inguinibus ca-
 put 67
 de mollificatione cutis testicularum
 cap. 68
 de castratione cap. 69
 de cura hermaphroditi cap. 70
 de incisione tetiginis & carnis eminen-
 tis ex uuluis mulierum cap. 71
 de curatione altratica cap. 72
 de cura hemorrhoidarum & thelid, &
 bothor rubear que accidit in uul-
 uis mulierum cap. 73
 de perforatione exiturae que accidit in
 matrice cap. 74
 Ad docendum obstetrices qualiter me-
 dicentur embitionibus uiuis, quan-
 do egrediuntur secundum formam
 non naturalem cap. 75
 de extractione fetus mortui caput
 76
 de formis instrumentorum que neces-
 saria sunt in extractione fetus ca-
 put 77
 de extractione secundine cap. 78
 de curatione ani non perforati cap. 79
 de curatione fistularum qua accidunt
 in inferiore sedis parte cap. 80
 de futura hemorrhoidarum ex quibus
 fluit sanguis & incisione earum &
 curatione c 4

I N D E X.

curacione futurarum cap. 81
 de curacione almirar inueterum & no inueterum, & althelil siccarum & formice cap. 82
 de formis instrumentorum que admistrantur ad clysteria in aegritudinibus ani & solutione uentris & colice cap. 83
 de curacione uulneris cap. 84
 de uulneribus uentris & exitu intestini & exitura eorum cap. 85
 de cura kurkem & sustularum caput 86
 de incisione extremitatum & ferratura ossium cap. 87
 de cura, modo & qualitate clysterizandi cum medicinis cap. 88
 de cura panarici & unguis atrix, & incisione digiti additi, & sectione consolidationis digitorum cap. 89
 de extractione uentris cruris cap. 90
 de sectione uerium generatorum sub cute, & nominatur haec aegritudo botina cap. 92
 de sectione super aegritudine quae dicitur nakir cap. 93
 de extractione sagittarum cap. 94
 de qualitate phlebotomia uenarum cap. 95
 de uentrosis, qualitate usque eorum cap. 96
 de suspensione sanguifugarum caput 97

Liber tertius.

DE restauracione fracturarum & luxationis
 Summa & collectiones fracturarum ossium, quarum praemissio necessaria est antequam incipiamus dicere membrorum fracturam curas & diuersitatis capi de fractura

I N D E X.

restaurantur tortuose & prohibet tortuositas operationem naturalem cap. 22
 de dislocatione seu luxatione cap. 23
 de curacione dislocationis mandibular inferioris cap. 24
 de reductione dislocationis furculae & extremitatis humeri cap. 25
 de reductione dislocationis humeri cap. 26
 de curacione dislocationis cubiti cap. 27
 de curacione dislocationis almahasse, id est, iuncturae quae est inter brachium & manum cap. 28
 de curacione dislocationis digitorum cap. 29
 de curacione dislocationis spondilorum dorsi cap. 30
 de curacione ancha dislocata cap. 31
 de cura dislocationis genui cap. 32
 de curacione dislocationis calcanei cap. 33
 de curacione dislocationis digitorum pedis cap. 34
 de speciebus dislocationis quae fit cum uulnere aut cum fractura aut cum utrisque simul cap. 35

CAPITULA QVAE IN IIII. LIB. *bris Rolandi habentur, Lib. I.*

DE signis laesionis pancreaticorum & quot modis caput uulneretur
 de fractura cranei cum magno uulnere cap. 1
 de superflua carne nascentis supra duram matrem cap. 3
 de superflua carne nascentis supra craneum cap. 4
 de apostolicon chirurgico quomodo componatur & ad quid ualeat cap. 5
 de fractura cranei magna cum stricio

uulnere cap. 6
 de fractura cranei cap. 7
 de fractura cranei in modum rimulae cap. 8
 de fractura cranei in alteram partem depressam cap. 9
 de uulnere capitis sine fractura cranei cap. 10
 de embrochis in uulnere capitis cap. 11
 de ungento fusco cao. 12
 de tumore capitis absque uulnere cap. 13
 de fractura cranei occulta & quibus signis cognoscitur cap. 14
 de tumore capitis sine uulnere & sine fractura cranei cap. 15
 de uulnere capitis cum incisa cute & craneo cap. 16
 de puluere rubeo cap. 17
 de cute incisa cum parte aliqua cranei cap. 18
 de cute incisa sine cranei uulnere cap. 19
 de uulnere capitis procedens usque ad substantiam cerebri cap. 20
 de sutura nasi & aliorum membrorum cap. 21
 de modo extrahendi telum cap. 22
 de sagitta barbulata quomodo fit extrahenda cap. 23
 de uulnere capitis telo uel alio simili uulnerato cap. 24
 de craneo inferius plicato cap. 25
 de tinctis cum euulsione capillorum curabulum & incurabulum cap. 26
 de tinctis sine euulsione capillorum cap. 27
 de alijs superfluitatibus quae fiunt in capite cap. 28
 de superfluitatibus nascentibus in capite similes scrophulis cap. 29
 de puluere

I N D E X.

de pulvere asphodeli et quomodo pre-
paratur cap. 30
de scrophula immobilis cap. 31
de mania & melancholia cap. 32
de epilepsia cap. 33
de oculorum lachrymis & pills cap. 34
de oculorum panniculo corrodendo cap. 35
de oculorum rubore & inflatione cap. 36
de oculis sanguinolentis & inuersione cap. 37
de interioris palpebre cap. 38
de fistula oculorum cap. 39
de superflua carne que nascitur in naso cap. 39
de polypto & signis eius cap. 40
de cancro in labijs, naribus, palato, & gingiuis cap. 41
de sciffura labiorum & cura eiusdem cap. 42
de punctura labiorum cap. 43
de mandibule disfunctione cap. 44
de fractura mandibule cap. 45
de fistula mandibule cap. 46
de cancro mandibule cap. 47
de impetigine cap. 48
de serpigine cap. 49
de morpheea alba cap. 50
de morpheea nigra cap. 51
de dolore aurium cap. 52

Liber secundus.

De uulneribus que sunt in collo
ente uel aliquo simili cap. 1
de uulneribus que sunt in collo sagitta
to cap. 2
de uulneribus ceruicis & organicis uel
nis incisus cap. 3
de uulnere ceruicis cum infixio telo
cap. 4
de uulnere gutturis facto ente cap. 5
de apostematibus nascentibus cap. 6
de cura phlegmones cap. 7
de antraxe & carbunculo cap. 8

I N D E X.

de disfunctione humeri a superioribus
cap. 17
de disfunctione ossis cubiti a proprio
loco cap. 18
de disfunctione manus cap. 19
de fractura brachij uel humeri cap. 20
de fractura cum uulnere cap. 21
de emplastro consolidatio cap. 22
de ossibus non bene curatis cap. 23
de cancri, fistulis & alijs in his locis
nascentibus cap. 24
de uulneribus thoracis & pectoris en-
te uel alio simili percussio cap. 25
de costa fixa & ad interiora reducta
cap. 26
de uulneribus in parte aliqua corporis
usq; ad inguen cap. 27
de uulneribus cordis, pulmonis, iocul-
noris, stomachi cap. 28
de uulneribus splenis cap. 29
de inreftinis si propter uulnus exeunt
quomodo ad proprium locum re-
ducantur cap. 30
de fistulis, cancri & apostematibus
cap. 31
de cancro in uirili membro cap. 32
de ueructis cap. 33
de ruptura siphæ magna & parua
cap. 34
de incisione & curatione rupturæ
cap. 35
de cura intestinorū in osceum descen-
dentes cap. 36
de hernia nascente ex humoribus
cap. 37
de hernia nascente ex carnositate
cap. 38
de lapide uesicæ cap. 39
de lapide t collo uesicæ remouendo
cap. 40
de uulneribus que sunt in posteriore
parte corporis cap. 41
de uulneribus ente uel telo incisus
cap. 42
de uulneribus renum cap. 43

*Rogertij chirurgi phlebotomæ
di modis.*

De modis mittendi sanguinē &
de cuiusque utilitate Lib. 1

*Consilij medici
Constantini Africani medici.*

De humana natura uel de mem-
bris principalibus Lib. 1
De elephanta Lib. 1
De animalibus Lib. 1
Antonius

de fistulis, cancri & apostematibus
in posteriore parte corporis nascenti-
bus cap. 44
de hemorrhoidibus cap. 45
de stranguria cap. 46

Liber quartus.

De uulneribus que sunt in scia
cap. 1
de uulneribus in coxa, ense, telo, uel a-
liquo simili factus cap. 2
de uulneribus genuum cap. 3
de uulneribus cruris cap. 4
de uulneribus pedis cum lacione uel
sine lacione neruorum cap. 5
de ruptura coxæ a superioribus ca-
put cap. 6
de disfunctione cruris a coxa cap. 7
de cruris ruptura & cum uulnere ca-
p. 8
de disfunctione pedum cap. 9
de cancri & fistulis in his locis nascenti-
bus cap. 10
de fistulis & rupturis in cruribus ca-
put cap. 11
de sciatica passione cap. 12
de combultione ignis uel aquæ calidæ
cap. 13
de lepra & ipsius speciebus cap. 14
de spasmo superueniens uulneri ca-
put cap. 15
de malo mortuo cap. 16

I N D E X.

P Virgationem non esse cum fortibus medicinis faciendam. propter grandia & plurima eorum nomina cumenta
Quibus & qualibus medicinis sint cor

pora in Vere permaxime euacuanda.
Medicinæ euacuativæ sanis utiles, & corpus absq; nocumēto purgātes.
Quando, quomodo & quæ laboriosa sint medicinz accipiendæ

F I N I S.

OMNIVM HVMA-

NICORPORIS, INTERIORVM ET EXTERIORVM, morbis medēdi ratio methodica. Et in omnem curandi usum idoneorum instrumentorum graphicè depictæ effigies, autore Albucase, Lib. III.



Bostquam complevi vobis, ô filij, librum hunc qui est postremus scientiæ in Medicina cum omnibus quæ iudicavimus necessaria ad præsentem rem: & cōsecutus sum finem non infeliciter, ut opinor ipsius & expositio nibus & declarationibus, visum est mihi ut etiam adijciam vobis hunc tractatum qui est pars operationis cum manu. Quoniam operatio cum manu abolita serè est in nostra regione & tēpore nostro neglecta omnino, profususq; perijt scientia eius, ut vix extet uestigium eius, nec enim remanserunt ex ea nisi descriptiones parvæ in libris antiquorum, quas depravarunt multe librariorū manus. Nihilq; reliquum est, quod non dubium & erroribus refertum sit, quam ob rem nemo amplius attingit pulcherrimam & utilissimam artem. Et ut in vitâ reuocem ipsam per ordinationem huius tractatus, in ea secundum viam expositionis & declarationis & abbreviationis, & cum formis ferramentorum, cauterij & reliquorum instrumentorum operis, cum additione declarationis & quomodo sit preparandum, quod est necesse. Causa autem propter quam non inuenitur aliquis bonus artifex chirurgus in hoc opere, est, quia ars Medicinæ est longa, & oportet studiosum eius exercitari ante illud in scientia anatomiz quam descripsit Galenus, donec sciat functio nes membrorum & ipsorum formas & eorum cōiunctionem & separationem, & hanc cognitionem ossium, nervorum, lacertorum, numerū quæ ipsorum, & eorum egressionem, & uenarum pullatium & quietarū ortum & exitū. Et propter illud nemo debet in re tam difficili quicquam conari, nisi sit anatomes, & medicamentorum sciens. Quod nos uero iam diximus in exordio huius libri, quoniam qui non est sciēs, sicut diximus, in anatomia, impossibile est ut non cadat in errorem quo interficiuntur homines. Sicut ego uidi multos ex illis qui profitentur hanc scientiam, & iactant se de ea abiq; scientia & sine experimento. Vidi enim Medicum

Imperitiorum me dicorum errores.

A stolidum

2 stolidum secuisse apostema scrofulosum in collo mulieris, & incidit quasi
dam arterias colli, quare fluxit sanguis mulieris, donec cecidit mortua in
ter manus eius. Item alium medicum uidi, qui præsumpsit ut extraheret
lapidem uiri qui processerat in ætate, & lapis erat magnus, peruenit ergo
ad eum & extraxit eum cum frusto uesicæ, quare mortuus est uir tertio
die. Et ego quidem ante sueram uocatus ad extrahendum eum & uidi ex
magnitudine lapidis & dispositione infirmi nullo modo tentandum, nec
posse fieri sine certo periculo. Et uidi Medicum alium qui accipiebat su-
per apud quendam ducem terræ nostræ propter medicinam, & accidit
cuidam ex familiaribus ducis, fractura in crure prope calcaneum, & pro-
perauit cum ignorantia sua medicus, & strinxit fracturam super uulnus
cum puluaribus & a cellis strictura forti & non permisit uulnere expira-
tionem, deinde absoluit eum secundum desideria sua, postea dimisit alis
quorundam diebus eum, & præcepit ei ne solueret ligamentum, & stetit sic dos
nec apostematum est crus eius, & ipsius pes, & peruenit ad perditionem.
Vocatus sum ergo ad eum & properavi ad soluendum ligamentum, &
sedatus est dolor, & euasit à doloribus suis. Veruntamen corruptio iam
erat confirmata in membro, & non potui refrenare ipsam. Non ergo
cessauit corruptio serpere in membro donec perijt. Et uidi medicum ali-
um qui perforauit apostema cancerosum, & ulceratum est indies magis
donec auctior reddita est malitia eius. Quod hinc fit, quoniam cancer quan-
do est purus ex humore melancholico, tunc omnino non oportet ut peri-
ueniatur ad eum cum ferro, nisi sit in membro quod totum abscindi &
tolli possit. Et propter illud, o filij, necesse est uobis ut sciatis quod opera-
tio cum manu diuiditur in duas diuisiones, id est, in operationem cui asso-
ciatur salus, & in operationem cui est coniunctum periculum in pluribus
dispositionibus. Ego iam notavi in omni loco huius libri in quo incidit
operatio in qua est terror & timor. Quare necesse est ut illud caueatis &
cauti sitis ut non infametis artem & detis calumniatori locum male ad lo-
quendum & dehonestandū. Consulate ergo conscientiæ uestræ cum solli-
citudine & pio studio, & infirmos uestros qui se uestris manibus committunt,
suscipite ut uita meliori perducantur gratia dei, ad salutem & suc-
cessionem laudabilem. Et dimittite ægritudines desperatas difficilisque
sanationis, & ne aliquid faciatis contra animas uestras, & conscientiam
mentis, ut non habeatis coram deo nostro pacem. Hoc magis conduce-
ad gloriam

ad gloriam uestram, & ad uitam æternam, & postremum ad fortunas &
uitam hanc. Galenus enim, inquit, in quibusdam suis admonitionibus,
non medicetis ægritudinem malam, & non uocemini medici mali. Iam
autem diuisi hoc opus in tres libros. Primus liber de cauterio cum igne, lam
cauterio cum medicina acuta, ordinatum à capite usque ad pedes, & for-
mis instrumentorum, & ferramentis cauterij, & omni quod necessarium
est in operatione. Liber secundus, de sectione & perforatione, uentri-
fis, uulneribus, extractione sagittarum, & similibus, & totus liber ordina-
tus est formis instrumentorum. Liber tertius, de restauratione & dislo-
catione, & curatione torsionis, & similibus, ordinatum à capite usque ad
pedes & formis instrumentorum.

ET ante quidem quam memorem operationem cum eo, oportet ut
dicam qualitatem iuuamentorum & nocumentorum ipsius, & in
qua complexione exhibeatur. Dico ergo quod sermo de qualita-
te iuuamenti & nocumenti cauterij est sermo prolixus & subtilis scientia
& secretum occultum, & de his rebus multitudine sapientum medicorum
multa uariè dixit. Et mihi quidem sufficit dicere parum ex sermonibus eo-
rum timens prolongationem. Dico ergo quod cauterium confert uni-
uersaliter omni complexioni quæ est cum materia & absque materia, ex-
ceptis duabus complexionibus, quæ sunt complexio calida absque mate-
ria, & complexio sicca absque materia. In complexione autem calida
& sicca cum materia dissenserunt. Quidam enim dixerunt quod cauteri-
um iuuamentum sit in ea, & dixerunt alij contrarium, quod cauterium
non est conueniens in ægritudine quæ est ex caliditate & siccitate, quoni-
am natura ignis est caliditas & inconueniens ut sanetur ex ægritudine ca-
lida & sicca cum calido & sicco, & dixit ille qui dicit contrarium illi quod
per cauterium fit iuuamentum in omni ægritudine calida & sicca quæ
accidit in corporibus hominum. Quoniam quando comparatur corpus
hominis & humiditates eius ad complexionem ignis, inuenitur corpus
hominis frigidum. Et ego quidem dico secundum sermonem eius, quia
experimentum iam detexit mihi illud aliquotiens. Veruntamen non
oportet

oportet, ut conetur his uti quisquam nisi qui iam bene probatus est, & exercitatus in hac medicina parte, & saepe tractavit hanc rem, cognouit quae diuersitatem complexionum hominum, & dispositionem aegritudinum in seipsis, & causas, accidentiumque ipsarum, & spacium temporis earum. Quod ad reliquas autem complexionones attinet, non est error & praecipue in aegritudinibus frigidis humidis. Iam enim conuenerunt omnes Medici in his & non dissenserunt de iuuamento cum cauterio in eis. Et scitote filij, quod curatio per cauterium cum igne & bonitate eius superat medicinam omnem burentem: quoniam ignis est simplex, cuius actio non peruenit nisi ad membrum quod cauterizatur, & non nocet membro coniuncto cum eo, nisi nocimento admodum paruo. Medicinæ uero comburentis actio, peruenit ad illud quod elongatur ex membris, & fortasse facit accidere in membro aegritudinem difficilis sanationis, & saepe interficit. Ignis autem propter sublimitatem suam & bonitatem substantiæ suæ non facit illud nisi excedat modum. Iam uero innotuit nobis illud propter experimentum, propter longitudinem seruitutis & studij in operibus artis, & stationem super ueritates rerum, & propter illud excusatur longitudo sermonis praesentis, cupio enim uobis plurimum commodare declarando secretum occultum in igne & qualitate operationis eius in corporibus & expulsionis suæ qua expellit aegritudines, idque sermone philosophico demonstratio. Et scitote filij, quia uobis praesentibus. *Cauterij adhibendi tempus.* Psi dissenserunt in tempore in quo conuenit sicibus cauterium, & ponunt melius tempus, tempus Veris. Et ego dico quod cauterium conuenit in omni tempore, propter quod nocumētum accidens propter tempus uincitur iuuamento quod attrahitur cum cauterio, & praecipue si cauterium est ex doloribus necessarijs, fortibus festiuis, qui non tolerant tarditatem propterea quod timeat ex eis quod accidat malicia quæ est maior, quam paruum nocumētum intrans propter tempus. Et non cogitetis in mentibus uestris, o filij, illud quod extimat uulgius & solidi medici, quod illi aegritudini quæ sanatur per cauterium, non est unquam reditio reciditua. Et ponunt illud consequens, & res non est, sicut putant, propterea quod cauterium non est nisi loco medicinae, quæ alterat complexionem, & exiccat humiditates, quæ sunt causa quare accidunt dolores. Verum tamen cauterium superat medicinam per uelocitatem uirium eius, & uirtutem

tutem suæ operationis & uehementiam dominij sui. Et possibile est ut redeat aegritudo aliquando secundum complexionem infirmi, & pro ratione situs, & temperiei affectarum partium, & uirtutem eius ex aggregatio ne superfluitatum in eo, & quod peruenit ad ipsum ex cibis, & similibus causis. Nisi sit aegritudo in qua administratur cauterium aegritudo subtilis in membro paucarum superfluitatum, & humiditatum, sicut cauterium dentis propter dolorem, & similia illis, possibile est enim ut non redeat in eo ille dolor, sed illud sit in paucis. At uero sermo uulgi, scilicet quod cauterium est postremum medicinae, est sermo rectus. Hoc autem cum dicunt nesciunt quid loquantur, quoniam ipsi credunt quod non est curatio quæ conferat cum medicina, neque cum alio post occasum cauterij. Res autem contra habet, quoniam cauterium postremum medicinae, non est nisi quod quando nos administramus modos curationis in aliqua aegritudine & non conferunt illæ medicinae, deinde administramus in fine rei cauterium & confert, tunc inde cadit quod cauterium est postremum medicinae, non secundum intentionem sicut uulgi intelligit, & multi solidorum medicorum. Antiqui autem dixerunt quod cauterium cum auro est melius, quam cauterium cum ferro. Dixerunt illud, propter æqualitatem auri, & sublimitatem substantiæ eius. Et dixerunt quod non facit pus locus cauterij. Verum non est illud absolute, quoniam ego iam probaui illud & inueni quod ipsum non facit illud nisi in quibusdam corporibus absque alijs. Et cauterium cum ipso est bonum, & melius quam cum ferro. Veruntamen cauterium in igne ex auro declarandum est diligentius. Difficile est enim calefaciendi modum in auro seruare, quoniam properat ad ipsum frigus, & si addis super ipsum in ignitione, liquefit in igne, & uertitur in laminas. Quare cadit artifex ex illo in operationem, & propter illud fit cauterium cum ferro apud nos magis in usu & est propinquius ex rectitudine ad operationem. Et ego quidem iam dixi sibi capiculum de cauterio secundum partes corporis ordi


ne à capite usque ad pedes, ut facilius sit quærenti illud quod uult ex eo.

Morbi ex intē
perie capitis.

Confert hæc cauterizatio ad exundantiam humiditatis & frigiditatis super cerebrum, quæ duæ sunt causa sordæ, & multitudinis fluxuum humorumque ex capite ad partes subiectas oculorum, & aurium, & multitudinis somni, & doloris dentium, & dolorum gutturis, & uniuersaliter omnis ægritudinis quæ accidit ex frigiditate, sicut paralyfis & sorda, apoplexia, & similia illis ex ægritudinibus.

Ratio huius cauterizationis.


Est, ut præcipias infirmo in primis, ut euacuetur medicina solutiuamundificante caput tribus noctibus, aut quatuor, secundum quod exigit uirtus infirmi, & eius ætas, ac consuetudo, deinde præcipe ei ut radat caput suum cum nouacula, deinde fac eum sedere inter manus tuas quadratum, ita ut habeat manus suas super pectus suum, deinde pone radicem palmæ tuæ super radicem nasi sui inter oculos suos. Vbiunque ergo peruenerit digitus tuus medius, signa locum illum cum encausto, deinde igni cauterium oliuare, cuius forma est hæc,



Deinde ipsius


7
Deinde ipsum deponere super locum signatum cum encausto desensionem qua constringatur manus tua paulatim, & tu reuolues ipsum, deinde leua manum tuam uelociter & aspice locum, quod si uides quod iam detegatur ex osse quantitas capitis ad modum acris, aut quantitas sabæ, tunc eleua manum tuam, & si non, itera manum tuam cum ferro ipso, aut cum alio, cum ipsum in frigidatur donec uideatur ex osse quod dixi tibi, deinde sume aliquid ex sale & solue illud in aqua, inibe ipsum cotum, & pone super locum, & dimitte ipsum tribus diebus, deinde pone super ipsum cotum in butyro, & dimitte super ipsum donec destruaturscara ignis, deinde cura illum cum ungento tetrapharmaco, donec sanetur. Et iam dixerunt quod uulnus quanto plus remanet apertum, tanto magis emittit pus, quare est melius & magis iuuatuum. Et dixerunt quidam aduratur usque quiddam spissitudinis ossis, deinde radatur post illud quod adustum est ex osse & curetur. Et dicunt alij oportet ut cauterio perueniatur ad ultimum donec imprimat in os impressionem, donec cadat os quod sit sicut forma kirate, aut asfalcati parui, quod est infirmum quod mulieres ponunt in fuso. Et existimant quod expirant ex hoc loco uapores capitis, & dimitatur in uulnus apertum tempore longo, deinde curetur donec consolidetur. Mihi autem non uidentur hæc duæ species cauterij adhibendæ omnino nisi in quibusdam hominibus, ubi est certum periculū. Et dimittere ipsum ego iudico melius esse quam tam periculose curare, debilitatur enim caput ex solutione continuatis ipsius naturalis, sicut testificati sumus in reliquis membris, & præcipue quando caput infirmi est debile natura. Et species quidem prima cauterij est magis probata, & melior apud me, & ea utor. Operare ergo cum ea ita ut semper habeas summam rationem salutis infirmorum.

Vando in toto corpore dolor accidit chronicus, & prolongatur malum in infirmo, & utitur hieris & cochis, caput purgij, oleis, emplastris, & præcipue si iam cauterizatus est cauterio uno quod narrauimus, & non confert ei aliquid ex illis, tunc considera, si caput infirmi est robustum temperamento & natura, & non est debile, neque inlit frigus uehemens, tunc cauteriza ipsum cum cauterio alio sub illo parum, deinde cauteriza ipsum super utrunque cornu capitis sui cauterio donec pertranseat cutis & discooperiatur ex osse tantum quantum narrauimus, & cauteriza ipsum cauterio uno in occipito capitis sui in loco qui nominatur uas, & est locus in quo ponitur uentosa, & alleuia manum tuam in hoc & non discooperias os. Infirmus enim afficitur propter illud uehementi dolore diuersoque à dolore reliquorum cauteriorum capitis omnium. Et ego dicam de hoc cauterio in loco suo. Et oportet ut sit cauterium quo cauterizantur cornua capitis & occiput eius, subtile cauterio quo cauterizatur medullium capitis, & hæc est forma eius,



De cauterizatione

Vando accidit in parte capitis dolor ex soda, aut extenditur dolor usque ad oculum & euacuatur cum medicinis mundificantibus caput & administratur reliqua curatio quam dixi in diuisionibus ægritudinum, & non confert illud totum, tunc cauterizatio est in eo secundum duos modos. Aut cauterizatio cum medicina acuta comburente, aut cum ferro. Cauterium autem cum medicina comburente, est ut accipias dentem unum allij & excortices ipsum & abscindas extremitates eius à duobus lateribus, deinde scinde locum doloris in tempore cum lato phlebotomo, donec fiat in eo locus sub cute in quo dens capiatur. Intra mitte ergo eum in ipso sub cute donec occultetur, deinde stringe super ipsum cum puluillo constrictione decenti, & dimitte ipsum spacio quindecim horarum, deinde solue eum & extrahe allium & dimitte uulnus duobus aut tribus diebus, postea pone super ipsum cotum imbutum butyro, donec locus efficiat pus, deinde cura ipsum cum ungento quouisque sanetur, & fac illud cum quibusdam medicinis comburentibus, quas in tractatu duodecimo de medicinis adurentibus scripsi. Cauterizatio uero eius cum ferro est secundum hunc modum. Igitur cauterium cuius forma est hæc, & nominatur clauus, quoniam forma eius est sicut fori ma clauus in quo est quiddam curuitatis & in eius medio est eminencia parua,



Deinde pone ipsum super locum doloris & retine manum tuam, & reuolue ferrum paulatim, & sit quantitas quæ aduritur ex ipsitudine cutis medietas eius, & eleua manum tuam ut non aduratur arteria, quæ est inferius et accidat fluxus sanguinis, deinde imbue cotum in aqua salis et pone ipsum super locum & dimitte ipsum tribus diebus, deinde pone cotum cum butyro, postea

possea cura eum cum ungento usquequo sanetur. Et si uis cauteriza hanc hemibraneam cum extremitate cultellari secunda cauterij, & caue ab incissione arteriæ in hac hemibraneam non antiqua præcipue.

De cauterizatione hemibraneæ antiquæ.

Capitulum V.

Vando curas hemibraneam rebus quibus diximus ex curatione præcedente & quod diximus in diuisionibus ægritudinum, & non confert curatio, & uides ex ægritudine quod non sufficit ei quod diximus ex cauterio primo cum medicina, aut cum cauterio cum igne, tunc oportet ut ignias cauterium cultellare donec albificetur, postquam signas super locum doloris cum linea cuius longitudo sit medietas digiti plus, minus, & deponere manum tuam uice una, & stringe eam donec incidas arteriam & peruenias usque ad os. Veruntamen necesse est tibi ut caueas à continuatione mandibulæ quæ mouetur per masticationem, & aduratur lacertus, aut nervus qui mouet ipsam & accidat spasmus. Et etiam atque etiam stude & caue à fluxu sanguinis arteriæ quæ abscisa est. Est enim periculum ne absindatur, & præcipue ei qui ignorat anatomicum locorumque situm, & non est studiosus, expertusque in operibus artis. Et ego dicam in sequentibus de regimine fluxus sanguinis accidens ex arteria, secundum modum suum & in loco suo huius libri. Quod si uides ex ægritudine quod non sufficit ei hoc cauterium, & uides corpus infirmi tollerans, cauteriza ipsum in medio capitis sicut narrauimus, & cura uulnus donec sanetur. Et si uis ad sinistra


cauterium quod diximus in capitulo extracto
one arteriæ cum cauterio habente
duos cultellos. Est enim cauterizatio melior hac &

magis confertens.

De cauterizatione

De cauterizatione dolorum aurium, Cap. VI.

QVando accidit in aure dolor à frigore, & curatur cum solutiuis & reliqua curatione quam diximus in diuisione & non tollitur dolor, tunc igni cauterium & est illud quod nominatur punctum, cuius hæc est forma.




Deinde puncta cum eo post eius ignitionem in circuitu auris totius sita reuoluitur, aut in circuitu utriusque simul, si dolor est in utroque. Et remoue cauterium à radice auris parumper postquam signauimus loca cum encausio, & sit cauterij quantitas decem punctorum in utraque aure deinde de cura loca donec sanentur.

De cauterizatione torturæ, Cap. VII.

Tortura quæ curatur cum cauterizatione non est nisi ex speciebus quæ accidunt ex phlegmate, secundum quod diximus in diuisionibus ægritudinum & de ista cauterizatione, quæ conuenit torturæ quæ accidit exiccatione & spasmo nerui. Quando curas hanc speciem torturæ cum hieris & caputpurgijs, gargarismis, & non confert tua curatio, tunc oportet ut cauterizes infirmum tribus cauterijs uno apud radicem auris & secundo parum inferius non simul uno tempore & tertio apud coniunctionem duorum labiorum. Et pone cauterium tuum ex contrario partis infirmæ, quoniam mollificatio non est nisi in parte quæ apparet sana, & forma cauterizationis est, ut cauterizas ipsum cauterio in directo extremitatis auris superioris sub cornu capitis parum & alio in tempore, cuius longitudo sit secundum longitudinem pollicis, & deponere manum tuam cum cauterio donec comburatur quantitas medietatis & spissitudinis cutis, & hæc est forma cauterij & est species ex cultellari cuius forma præmissa est. Verum tamen est subtilior ea parum, sicut uides.

Et oportet



Et oportet ut sit cultellus in eo paulo crassior, deinde cura locum cum eo quod præcessit donec sanetur.

De Cauterizatione apoplexiæ antiquæ.

Cap. VIII.

Quando antiquatur apoplexia & nullam curationem recipit & non confert medicatio tua, & infirmus non habet febrem, tunc cauteriza ipsum quatuor cauterijs super omne cornu capitis sui & cauterio in medio capitis, sicut diximus & cauterio in occipitio capitis, secundum quod præcessit, & modus cauterij sit secundum quod præcessit, & iam cauterizatur etiã cauterio super os stomachi, quoniam ex stomachi frigidityte accedunt fumositates ad cerebrum, quod si totum occupant cerebrum moritur infirmus, & si in parte tantum prævalent vapores, talis confert curatio, & ex prædictis humiditatibus talis generatur ægritudo, & est ueniendum ad ultimum remedium & curetur cum eo quod præcessit.

De Cauterizatione obliuionis quæ fit ex phlegmate.

Cap. IX.

Portet ut in potu dentur infirmo hieræ magnæ & pilulæ mundificantes cerebrũ, deinde rade caput infirmi totum & pone super occipitium eius emplastrum de sinapi, descriptum tractatu emplastrorũ, & pone ipsum aliquotiens, ipsum namq̃ potest loco esse cauterij, & fac illud secundum ordinem eundem quem dixi illic. Si ergo sanatur per illud bonum est, & si non, fac ei cauteria tria in posteriori parte capitis sui, quæ sint descendentiã à superiori parte capitis usq̃ ad inferiorem partem colli, & pone inter quodq̃ cauterium spacium digiti, deinde cura cauterium cum eo quod præcessit. Si autem uis additionem & infirmus tolerat illud, tunc fac ei cauterium in medio. Quod si uis additionem tunc cauteriza ipsum super duo cornua, deinde cura ipsum donec sanetur, sitq̃ue cauterium oliuare secundum formam quæ præmissa est.

De Cauterizatione

De cauterizatione paralyse & mollificationis totius corporis.

Cap. X.

Portet ut præcedas in mundificatione capitis cum hieris, & cum eo quod diximus, deinde rade caput infirmi, postea cauteriza ipsum cauterio in medio capitis, & cauterio super omne cornu capitis, & cauterio super posteriorem eius partem, & tribus super spondiles colli. Si autem indiges in ægritudine mollificationibus corporis pluribus illis, & infirmus tolerat, & ægritudo est fortis, tunc cauteriza ipsum quatuor cauterijs super spondiles dorsĩ, & ultima cum cauterio donec corroboratur ex cute plurimum eius & eleua manum tuam, deinde cura ipsum donec sanetur, & sit cauterium oliuare.

De cauterizatione epilepsie.

Cap. XI.

Non cauterizatur epilepticus, nisi ille cuius epilepsia est propter phlegma, oportet ergo ut mundifices cerebrum eius imprimis cum hieris & cum reliqua curatione quam diximus in diuisione, quando infirmus est magnus aut tollens medicinarum. Si autem sit puer qui non tolerat medicinas tunc administra gargarismata, & masticationes mundificantes cerebrum, ante illud diebus multis cum bonitate ciborum, deinde rade caput eius, postea cauteriza ipsum cauterio uno in medio capitis secundum quod præcessit in modo, & cauterio alio in occipitio eius, & super omne cornu capitis sui cauterio. Quod si infirmus fuerit fortis & tolerauerit, tunc cauteriza ipsum cauterijs quæ dixi in habete paralysem & mollificationem corporis, super spondiles colli & spondiles dorsĩ, & sit cauterium oliuare secundum modum qui præcessit, si autem infirmus fuerit puer tunc pone cauterium subtile secundum hunc modum.



De cauterizatione melancholicæ.

Cap. XII.

Vando causa melancholicæ sunt humiditates corrupte & phlegma grossum, tunc cauteriza ipsum cauterijs quæ diximus in habente paralysem, & si causa melancholicæ est superfluitas atræ bilis, tunc da ei in potu quod mundificet cerebrum eius, quæ alio loco tradidimus, deinde rade caput infirmi, deinde tortellam decenter factam ex

B

lino sicut

si no sicut circulum, deinde deponere ipsam in medio capitis, & infirmus se-
dens quadratus teneatur ab omni parte, deinde adhibere limimentum & est
melius ex butyro ouium antiquo, & calefac ipsum igne calefactione ten-
perata, mensura quam unguis continet digitus quando intro mittitur in in-
psum, deinde euacua ipsum in medio capitis sui in circulo, & dimitte in
psum, donec infrigidetur. Fac illud infirmo omni hebdomada semel, cum
reliquo regimine eius bono, donec sanetur. Aut si uis cauteriza ipsum fa-
ciendo puncta parua in omnibus partibus præter quod teneas manum
cum cauterio, & ita ut penè infirmus non sensat se uri. Hæc enim species
cauterij humefat cerebrum cum æqualitate, deinde pone super ipsum
coram imbutum butyro aut adipe gallinæ.

De cauterio aquæ descendens in oculum, Cap. XIII.

Quando declaratur tibi principium aquæ in oculo per signa
quæ dixi suo loco, tunc incipe & pota infirmum eo quod mun-
dificet caput eius, & custodi ipsum ab omnibus humiditatibus,
& fac eum sedere in balneo ieiunium diebus aliquot, dein
de præcipe ei ut radat caput suum & cauteriza ipsum cauterio in medio
capitis, deinde cauteriza ipsum duobus cauterijs super duo tempora, si
est inceptio descendens aquæ in duobus oculis simul, aut ex latere uno, si est
inceptio aquæ in oculo uno. Et absconde cum cauterio omnes uenas & ar-
terias quæ sunt sub cute, & sint cauteria longa in latitudine temporum,
& caue à fluxu sanguinis. Quod si uides aliquid ex eo tunc absconde eum sta-
tim cum quacunque medicina sisti potest sanguis. Dicam autem aliquan-
do, cum oportunitas afferetur, de fluxu sanguinis, & quandoque cauteriz-
atur in ceruice sub duobus ossibus duobus cauterijs ultimè productis.


De cauterio lachrymarum antiquarum, Cap. XIII.

Quando lachrymæ oculorum sunt antiquæ, assidue, & sunt pro-
pter uenas & arterias quæ sunt in manifesto capitis exterioris, tunc
dubium non est, esse ex superfluitatibus frigidis phlegmaticis,
cauteriza igitur ipsum cauterio quod narraui in inceptione aquæ descen-
dentis cauterio in medio capitis, & duobus cauterijs super duo tempora
& duobus cauterijs in ceruice sub duobus ossibus. Et si indiges additione,
tunc

tunc cauteriza ipsum in omni oculi latere caute, fiat autè cauterio paruo.


De cauterio sectoris nassi, Cap. XV.

Quando tu medicaris illum eo modo quod diximus in diuisione,
& non confert medicatio, tunc propera, & da in potu infirmo
cochias tribus noctibus, deinde rade caput eius, & cauteriza in
psum cauterio medio cū cauterio oliuari, deinde cauteriza ipsum caute-
rio clauili duobus cauterijs supra duo supercilia sub capillis parum, & cur-
sto di ne arteriam incidas, & hæc est forma clauili.



De cauterio mollificationis palpebræ oculi, Cap. XVI.


Quando mollificatur palpebra oculi ab ægitudine aliqua aut
humiditate, tunc cauteriza palpebram cauterio uno cum hoc
cauterio lunari, & hæc est forma eius. Et si uis cauteriza in-
psum supra duo supercilia parum duobus cauterijs in omni
parte, sed recedendum est à duobus temporibus, & sit longitudo omnis
cauterij secundum longitudinem supercilij, & non ultimes manum tuam
cum cauterio imò secundum quantitatem quæ aduritur palpebras, & est
forma cauterij secundum hunc modum.



B a De cauterio

De cauterio palpebre oculi, quando conuertuntur pili eius ad interiora & pungunt oculum, Caput XVII.

CAuterium in ea est secundum duos modos, aut cauterium cum igne, aut cauterium cum medicina comburente. In cauterio autem eius cum igne, præcipe infirmo ante illud ut crescere permittat pilos suos, si est ex illis qui radunt eos, donec prolongentur & æquentur. Si autem pungunt eum quum primum crescunt, tunc stringe oculos eius cum uitta, ut non moueantur donec nascantur. Cum ergo nascantur & æquantur, tunc pone caput infirmi in sinu tuo, deinde signa super palpebram oculorum eius cum encaulso. Signum sit secundum figuram folij myrti, & sit signi principium prope pilos, deinde pone cotum imbutum albumine oui, aut in mucilagine psyllij super oculum, deinde igni cauteriu, cuius forma est hæc.



Deinde cauteriza iuxta rationem & modum de quo sæpius iam est dictum, donec comburatur superficies cutis, quæ est sicut figura folij myrti tota apparet prope. Et signum sanitatis operis tui est, ut uideas palpebram oculi iam contrahi, & pilos eleuari apud puncturam oculi. Eleua ergo manum tuam tunc & dimitte ipsum tribus diebus, deinde pone super ipsum cotum cum butyro, donec eradicetur escara, deinde cura ipsum cum unguento donec sanetur. Quod si redeat aliquid ex pilis post horam,

mollificetur palpebra, tunc itera cauterium super illum locum,

sicut fecisti primo. Si autem pili sunt in inferiori, tunc

cauteriza ipsam donec elenetur ad locum suum naturale, & æquetur & non

pungant pili oculum.

Cauterium

Cauterium cum medicina comburente.

Est ut præcipias infirmo ut dimittat pilos donec prolongentur & æquentur, deinde fac de carta ex panno formam folij myrti, deinde accipe ex sapone cognito & ex calce non imbibita, ex uno quoque pondus drach. i. aut circiter illud, deinde tere ea simul contritione bona, & fac illud cum festinatione ut non infrigidetur, deinde expande ex eo super cartam quam fecisti sicut formam folij myrti, & pone ipsum super palpebram oculi unius, aut duorum, & pone sub oculo imbutum cotum in albumine oui, & caput infirmi sit in sinu tuo, & pone digitum tuum indicem super medicinam, & preme ipsam parumper. Et tu moueas ipsum, quotiens sentit infirmus inordinationem medicinæ, quoniam inuenitur ei inordinatio sicut ignis, dum ergo perseverat mordicatio, tunc dimitte medicinam & moue ipsam cum digito tuo, cum uero quiescit mordicatio, tunc remoue medicinam & abluere oculum cum aqua, & considera tunc si uides palpebram eleuari sicut eleuatur per contractionem cum igne, aut cum incisione, est bene, si autem non, tunc itera super ipsam ex medicina super locum in quo non imprimit medicina, & non demergat donec æquetur operatio tua & contrahatur oculus, deinde pone super ipsum cotum cum butyro donec eradicetur cutis adustionis, deinde cura ipsum cum unguento diaphœnicon, aut alio, donec sanetur, & necesse est tibi in hoc opere ut summo studio caueas ne in oculum cadat aliquid ex medicina. Quod si mollificetur palpebra & post dies pungatur aliquid in oculo, tunc itera medicinam super illum locum, præcipue qui mollificatur ex palpebra sicut fecisti in primis, deinde cura ipsum, donec sanetur. Et hæc est forma folij myrti.




Et scias quod oculi hominum diuersificantur in magnitudine & paruitate, ergo secundum illud fiat contractio, Diligenter lector aduerte animum,

B 5 inum,

num, nam ego nihil diffimulabo per inuidiam, quæ cognouero esse con-
ducibilia.

De cauterizatione fistulæ quæ est in lachrymabili oculi,
Capitulum XV III.

Quando curas fistulam ijs rebus quæ a nobis tractatæ sunt alio
opere, nempe in diuisionibus ægritudinum, & non confert
curatio tua, tunc oportet ut cauterizes ipsam secundum hunc
modum: præcipe infirmo ut ponat suum caput in sinu tuo, &
teneat caput eius minister inter manus tuas ita, ut non moueatur neque
agitetur cum capite suo, deinde pone cotum infusum in albumine oui,
aut in mucilage psyllij super oculum eius, deinde igni cauterium, cuius
est hæc forma.



Sit concauum sicut est forma cannæ pennæ uulturis ab extremitate
una cum qua sit cauterium, & si uis sit penetrans usque ad extremitatem
aliam, & si aliam consimilem poteris confingere formam, aptam propo-
sito, nihil prohibeo. Veruntamen hoc cōcauum est melius ad opus tuum.
Deinde exprime fistulam si est aperta & extrahere ea sanie & exicca
ipsam, & si non est aperta, aperire eam & extrahere pus eius, deinde pone su-
per eam cauterium quod sit ignitum ualde, & tene cum cauterio manum
tuam parumper ab oculo a parte nasi, ut non erret manus tua, aut inquitur
retur infirmus, & ponas cauterium in adipe oculi & corrumpas ipsum. Si
ergo peruenis in principio cauterij tui usque ad os erit bene, & si non, tunc
itera cauterium semel & secundo, si indiges illo, & dimitte illud tribus die-
bus. Deinde pone super ipsum cotum cum butyro & cura ipsum cum un-
guento exiccatio donec sanetur. Quod si præterierint quadraginta die-
es & non sanatur, tunc pone super ipsum medicinam acutam corrosiuam
donec detegatur os & rade ipsum modo & ratione sicut suo dicitur loco.
Est modus


Et est modus alius cauterij fistulæ quem quidam primi dixerunt: Intende
ad locum fistulæ & scinde ipsum, deinde pone in ipsam fixuram camahan
subtile, cuius forma est hæc.



Et funde in ipsum quantitatem drachmæ ex plumbo liquefacto, & te-
ne manum tuam ne tremore moueatur, & non moueatur infirmus omni-
no, ut non perueniat plumbum ad oculum eius. Et oportet ut ponas super
oculum infirmi cotum infusum in albumine oui, aut in aqua, plumbum ei-
nim comburit locum fistulæ & sanat ipsum sanatione mirabili. Quod si sa-
natur fistula eo quod diximus ex cauterio & curatione, bonū est. Et si non,
tunc necesse est administrare formam nasi, & reducere fistulam ad cursum
nasi. Sicut dicitur suo loco.

De cauterizatione fissurarum labij, Cap. XIX.

Multoties accidit in labio fissuræ quæ nominatur pili, & præ-
cipue in labijs puerorum. Cum ergo tu curas has fissuras eo
quod diximus in diuisione, & non confert, tunc igni cauterium
paruum cultellare secundum hanc formam, & sit concauitas eius secun-
dum subtilitatem cultelli, deinde pone ipsum ignitum festinanter in ipsis
fissuris donec perueniat cauterium ad profundum fissurarum, deinde cu-
ra ipsum cum ceroto, donec sanetur. Forma cauterij.



B 4 De cauterio

Quando accidit in radice uulvae, aut in palato, aut in radicibus dētium apostema, deinde facit pus & rumpitur, postea antiquatur & erosione puris fit fistula, si non confert in ea curatio, oportet ut ignias cauterium secundum quantitatem fistulae, deinde intronitte ipsum ignitum in foramine fistulae, & tene manum tuam donec perueniat ferrum ignitum ad profundum eius. Fac illud semel aut duabus uicibus, deinde cura ipsum post illud eo quod diximus de curatione donec curetur. Si ergo abscinditur sanies, & sanatur, erit bonum, si non, tunc necesse est detegere locum, & auferre os corruptum, quem ad modum dicemus suo loco.


De cauterizatione dentium & gingiuis mollificatis.
Capitulum XXI.

Gingiuua quando mollificatur & mouentur dentes & curas eam in dicitinis, & non confert, tunc pone caput infirmi in sinu tuo, deinde igni cauteriu, cuius forma ueniet post hoc, ita ut ponas canulam super dentem, & intronitte in eam cauterium ignitum festinanter, & tene manum tuam parumper, donec sentiat infirmus caliditatem ignis iam peruenisse ad radicem dentis, deinde eleua manum tuam, deinde itera cauterium quoties uolueris, deinde impleat infirmus os suum aqua salis, & teneat ipsam hora una & expuat ipsam, dens enim motus firmatur, & gingiuua mollificata stringitur & exiccatur humiditas corrupta.


De cauterizatione doloris dentis. Cap. XXI.

Dolor dentis quando est propter frigiditatem, aut in ipso est frigus, aut uermis & non confert curatio cum medicinis, tunc cauterium in ipso est secundum duos modos, aut cauterium cum butyro, aut cauterium cum igne. Cauterium autem cum butyro est, ut accipias butyru uacuum & bullias ipsum in cochleari ferreo, aut in aeneo, deinde accipe cotum & inuolue in ipsum super extremitatem, deinde submerge ipsum in bubulo butyro & pone super dentem dolentem festinanter, & tene ipsum donec in frigidetur, deinde itera super ipsum aliquoties donec perueniat uirtus ignis ad radicem dentis. Et si uis submerge laenam, aut cotum in butyro frigido, & pone ipsum super dentem dolentem, & pone

& pone super ipsum ferrum ignitum donec perueniat ignis ad profundum concavitatis dentis. Cauterizatio autem eius cum igne est, ut intendas ad cannulam aëris aut ferri, & sit in corpore eius quiddam grossitudinis ut non perueniat acuitas ignis ad os infirmi, deinde igni cauterium, cuius formam hic cōspicis, & pone ipsam super ipsum dentem, & tene manum tuam donec in frigidetur cauteriu, fac illud aliquoties nam dolor remouebitur, aut eodē die aut sequēte. Et oportet in impressione illius cauterij, ut impleat infirmus os suum bono butyro & teneat ipsum hora una, deinde expuat ipsum. Et haec est forma cauterij.



Cauteriza cum quacunque extremitate, & secundum quod est possibile. Et haec est forma cannulae.



De cauterizatione scrophularum. Cap. XXIII.

Vando scrophulae sunt a phlegmate & humiditatibus frigidis & non sunt obediētes digestionibus per medicinas, & uis digestionem earum uelociter, tunc igni cauterium concuum, cuius haec est forma habens duas extremitates apertas, ut egrediatur fumus a cauterio ab altera extremitate, & pone ipsum ignitum super ipsum apostema semel & secundo, si indiges illo, donec perueniat ad profundum apostematis. Quod si apostema est paruum, tunc pone cauterium secundum quantitatem apostematis, deinde dimitte ipsum tribus diebus, & pone super ipsum cotum infusum in butyro donec remoueat quod ignis combussit, deinde cura ipsum unguento, & caeteris, donec sanetur. Forma cannulae.

De cauterizatione



De cauterizatione rance dimis nocis & conscriptionis anhelitus,
Caput XXIII.

Humiditates quando uincunt super cannalem pulmonis, & præcipue quando illud est cum frigiditate complexionis, tunc oportet ut euacuetur infirmus primitus medicinis solutiuis, deinde cauteriza ipsum iuxta radicem gutturis in loco depresso, & ne perueniat cauteriū ad guttur, caue, neq; comburas ex cute nisi admodū parum, deinde cauteriza ipsum cauterio alio iuxta iuncturam colli in ultimo spondili eius. Et sit cauterium eius clauile secundū modum qui præcessit, deinde cura ipsum eo quod præcessit donec sanetur.

De cauterizatione pulmonis & tussis, Cap. XXV.

Tussis & ægritudo pulmonis quando sunt ab humiditatibus frigidis, & infirmus non habet febrē neq; phthiū, & est ægritudo antiqua, tunc cauteriza ipsum duobus cauterijs, super furculam in locis depressis, lenibus, uacuis, & cauterio alio in medio pectoris inter duas mamillas, & sit cauterium clauile secundum formam quæ præcessit, & si uis sit cauterizatio tua cum cauterio quod nominatur punctum, cuius forma præcessit in punctatione doloris aurium, & sint circiter triginta puncta, deinde cura ipsum eo quod præcessit, donec sanetur. Et est cauterium habens tres ramos, secundum hanc formam.




De cauterizatione

Quando dissoluitur caput causa humiditatum lubricarum, & cum reponitur rite non manet ob lubricitatem, sed iterum resoluitur & luxatur quouis paruo motu, qui accidit sicut nosiā diximus, tunc oportet ut reducās dislocationem in primis, deinde resupinetur infirmus super dorsum suum aut super latus sanum, deinde eleua cutem que est in interiori titilici ad superiora digitis manus tuæ sinistra, & si iunctura dislocatur ad interiora, igni cauterium habens duo uerrua, Cuius forma est hæc.



Deinde cauteriza cutem donec eam penetret usq; ad latus aliud & uerrua figura cauterizationis cum quatuor cauterijs, & quandoq; sit cauterizatio cum cauterijs habentibus tria uerrua. Quare sit figura cauterizationis tunc sex cauteriorum & sunt uerrua acuta & subtilia, & hæc est forma cauterij habentis tria uerrua.




Et quandoque additur huic numero adhuc unum, quare sunt cauteria octo, deinde pone super cauterium porros contritas sale. Deinde, his scilicet rite administratis, curato ut infirmus sit tranquillo animo, & corpore immobili, quantum potest fieri, & non moueatur membrum tempore aliquo, donec confortetur. Et si dislocatio est ad superiora, & raro fit illud, tunc cauteriza supra humerum cauterio clauili, aut cauterijs multis punctando. Nam iunctura firmatur & reuocatur humiditas et sanatur infirmus.


De cauterizatione



Vado accidit in stomacho frigus & multæ humiditates quæ corruptunt uentriculum, faciuntque frigidiorē & humidiorē, & multa remedium auxilia frustra tentantur, tunc oportet ut resupinetur infirmus super dorsum suum & extendat crura sua & manus suas, deinde cauteriza tribus cauterijs, cauterio sub cochleari pectoris quantitate digiti unius cum cauterio clauili, & duobus cauterijs inferius à duobus lateribus cauterij unius, donec ueniat signa cauteriorū triangulata & relinquito interuallum inter utraq; ut non coniungantur, quando faciet pus. Et sit profunditas cauterij quātitas duarum tertiarum crassitudinis cutis, & sit figura cauteriorum secundū hanc formam sine additione.



Et si uis cauteriza cauterio magno in medio stomachi secundum hanc formam, & sit cauterium unum secundum figuram circuli iuxta hanc formam.



Et si quis abhorret ab hoc cauterio, aliter licet eum cauterizare, signa igitur super stomachū punctum secundum quantitatē quamuis cum encausto, deinde cauteriza ipsum cum cauterio puncti, deinde cauteriza ipsum cum cauterizatione quæ precessit, donec sanetur.

De cauterizatione epatis frigidi, Cap. XXVIII.

Vado accidit in epate dolor ex frigiditate & humiditate, aut ex uentositate grossa, ita ut egrediatur à complexione sua naturali, curaturque infirmus eo quod diximus, & non proficit in illo, tunc oportet ut resupinetur infirmus super cervicem suam & signes cum encausto tria cauteria secundum hanc figuram.

Et hanc



Et hanc quantitatem eandem super epas inferius ab hypochondrijs, ubi peruenit cubitus hominis, & sit spaciū quod est inter omne cauterium secundum crassitudinē digiti, & sit cauterium secundū longitudinem corporis rectum, & non cōprimas manum tuam cum cauterio multum, & sit quantitas eius quod aduritur ex spissitudine cutis dimidium, & sit infirmus stans super pedes suos, si autem non est stans, tūc sit iacens, extendat & eleuet crura sua, & brachia sua, & hæc est forma cauterij.



Est quidem possibile quoque ut cauterizes ista cauteria cum cauterio cuitellari, si ea scientia & subtilitate polles quam exigit hæc res, & custodite ut non nimium procedas in cauterizatione, & aduratur spissitudo totius cutis, ne aduratur corpus totum & perueniat ad intestina, quoniam cutis illic est subtilis, scias ergo illud, ut omnia scienter & caute administres.

De perforatione apostematis epatis cum cauterio, Cap. XXIX.

Exitura seu abcessus quando accidit, & uis scire si illud apostema est in carne epatis, aut in tunica eius, si est in carne epatis, sentit infirmus grauitatem & dolorem absque acuitate, & si est in tunica epatis cum dolore est acuitas uehemens. Et si in hoc morbo animaduertis quod iam fatigauit medicos curatio, oportet ut resupinetur infirmus super cervicem suam, deinde signa locum apostematis cum encausto, deinde igni cauterium

cauterium quod assimilatur radio, & hæc est forma eius.



Et cauteriza cum eo cauterium unum donec comburatur cutis tota & perueniat ad siphac, donec egrediatur sanies tota, deinde cura ipsum curatione exiturari, donec sanet, & non oportet ut hac cauterij specie utatur qui non diu est uersatus in arte medicinae, & qui suis manibus curauit saepe ægritudines istas cum experimēto & successu, tunc enim accedat ad huiusmodi operationem. Omnino autem tam periculosa non attingere, meo iudicio præstat.

De cauterizatione pleuresis, Cap. xxx.

Dixerunt antiqui cauterium cum radicibus aristolochiæ ad pleuresim frigidam, secundum hunc modum, ut accipias ex radicibus aristolochiæ siccae longæ radicem unam longiorem quæ ex ea inuenitur, & sit sicut crassitudo digiti, deinde submerge eam oleo & accende ipsam in igne, deinde cauteriza cauterio uno in eo quod est inter conuentionem furculæ cum collo, & duobus cauterijs paruis subtilibusq; parum decliuis ad partē quæ est sub barba & duobus cauterijs in eo quod est inter costam & sextam decliuis ad posteriora parumper, & cauterio alio in medio pectoris, & alio supra stomachū, & tribus cauterijs à posterioribus, uno in eo quod est inter spatulas duas, & duobus cauterijs à duobus lateribus pectoris inferius cauterio quod est inter duas spatulas, & non oportet ut comprimas manum tuam cum cauterio. Et dixerunt quidam antiqui quod sunt qui utuntur cauterio ex ferro simili radio, & igniunt ipsum, & intromitunt ipsum in eo quod est inter costam, donec perueniant cum eo ad ipsum apostema & egrediatur sanies, sicut diximus in apostemate epatis. Sed hæc perforatio cum cauterio habet certū & præsens periculum cōiunctum, aut enim moritur infirmus statim, aut accidit in loco fistula quæ non sanari potest.

De cauterizatione splenis, Cap. xxxi.

Splenis ægritudinem quando tu curas eo quod diximus ex curatione ne in diuisione & non confert curatio tua, tunc cauterium in ea est, secundum

secundum tres modos, qui omnes sunt recti. Quorū unus est ut facias tria cauteria, aut quatuor lineando secundum longitudinem splenis, secundum figuram cauteriorum epatis, quorum præcessit figura, & sit inter omnē cauterium quantitas crassitudinis digiti, aut plus parum, & sit modus cauterij modo quem diximus in cauterio epatis æqualis. Et non comprimās manum tuam cum cauterio, & sit infirmus resupinus super dorsum suum. Et modus alius de cauterizatione est ut ignias cauterium quod habet duo uerrua, sicut diximus in capitulo dislocationis humeri, & eleua cutē quæ est in regioe splenis ubi peruenit cubitus infirmi sinister, & sit eleuatio tua qua eleuas cutem secundum latitudinem corporis, ut cadant cauteria secundum longitudinem corporis, deinde intromite duo uerrua ignita ualde, donec cum eis penetres cutem à parte altera, deinde extrahe cauteriū, sicut ergo cauteria quatuor. Et si uis cauteriza cum cauterio alio habente tria uerrua, deinde cura cauteriū, postquā dimittis ipsum emittere pus diebus multis, est enim magis conferens quam reliqua quæ præcesserunt ex curatione.

De cauterizatione hydrophis, Caput xxxii.

CAuterium non habet usum in hydrophi nisi asclini. Quādo tu curas hydropticum modis curationis quos diximus in diuisione, & non confert curatio tua, oportet ut cauterizes eum quatuor cauterijs. In circuitu umbilici cauterio uno super stomachū, & cauterio alio super epar, & cauterio super splenē, & cauterijs duobus post dorsum inter spōdilos, & uno in directo pectoris, & alio in directo stomachi. Et sit quantitas profunditatis cauterij ferè similis spissitudini cutis. Deinde permittē cauteriū apertum ut emittat pus tempore longo. Et non euacues infirmum à curatione post cauterium, neq; molaris plures curationes simul, cauterij enim remedio sanabitur auxilio dei. Fortna uero cauterij cū quo cauterizatur uenter sit clauilis secundū formam quæ præcessit. Cum quo cauterizatur dorsum sit oliuaris secundum prædictam eius formam.

De cauterizatione pedum & crurum, Cap. xxxiii.

Aqua citrina quando apostemat in hydroptico & repletur, oportet ut cauterizes super dorsum pedis inocrati quæ est inter auriculare & anulare, & eleua manum tuam cum cauterio ut non torqueas ipsum, deinde eleua manum tuam & non iteres ipsum omnino, resudat enim aqua citrina. Et sit cauterium secundum hanc formam, deinde

C 2 fac super

fac super utrunque crus duo cauteria. Et fiat cauterium cum extremitate cultellari cauterij, & sit cauterium secundum longitudinem cruris unum sub genu, & alterum inferius eo circiter medium cruris, & super utranque coxam cauteria duo, & permittite cauterium apertum absque curatione tempore longo, ut resudet ex eo aliquid aquæ, deinde cura ipsum cum reliquis, quæ diximus.

De cauterizatione solutionis uentris, Cap. XXXIII.

Ventris solutio quando est tâta ex frigore & humiditatibus, ut debilitet uirtutes, retentionem & digestiuam, quæ sunt in stomacho & intestinis, & malum alia ratione curari non potest, multique tentatis, & nihil respõdet, & tamẽ uides infirmum tollerantem cauterium exuberantis uirtutis, tunc cauteriza ipsum cauterio magno super stomachum eo modo quo diximus in cauterizatione stomachi cum cauterio circuli, & quatuor cauterijs in circuitu umbilici subtilibus, cum cauterio clauili subtili, & cauterio super alcatin super alfosos, sic enim loquitur hoc die uulgius medicorum, magno aut duobus cauterijs. Et si uides humiditates exuberantes & infirmum tollerantem illud, tunc cauteriza ipsum super pectinem cauterio, & cauterio super utrunque ileum. Et fortasse ad des duo cauteria parua super stomachum, prope magnum. Est enim curatione proficiens magnique iuuamenti, et plerumque certi, raroque errantis, nullius serè periculi.

De cauterizatione hemorrhoidarum, Cap. XXXV.

Hæmorrhoides quando in ano sunt antiquæ multæ, aut una, & sunt ex humoribus crassis frigidis, aut humiditatibus corruptis, & curatur suis aptis auxilijs quæ exposuimus in diuisione, & non confert curatio, tunc cauteriza tribus cauterijs super inferiorem spondilæ dorsæ, sub almeidati parumper triangulatim, & cauterio sub umbilico duorum digitorum spacio. Et si signis colligis quod stomachus eius infrigidatus sit, & cibus eius non digeratur, & faciem eius uides apostemari, tunc cauteriza eum super stomachum cauterio magno, quemadmodum dictum est supra, & cauterio super epar eius, & alio super splenem ipsius, cum cauterio clauili, & dimittite cauterium apertum tempore aliquo, deinde cura ipsum donec sanetur.

De cauterizatione

Quando tu morbi improbitate coactus abscindis althelil, tunc igni cauterium quod assimilatur radio, deinde intromitte ipsum ignitum in ipsum althelil abscissum, & ita manu tua cauterium teneas ut perueniat ad orificium uenæ, ex qua ciunt sanguinem, fac illud semel, aut bis. Si ergo althelil fuerint multa, tunc cauteriza unum quodque hoc modo seorsum. Deinde cura ea, eo quod confert eis ex unguentis, donec sanentur. Et si tu cauterizas cum cauterio magno super alcatin, est ut maioris compendij ita etiam grauioris periculi auxilium.

De cauterizatione fistula quæ fit in ano & partibus eius, Cap. XXXVII.

Infirmus quando non obedit sectioni & operi quod narrauimus loco suo, fortasse sanatur cum cauterio. Cum ergo accidit alicui fistula & antiquatur, fluit pus ex ea & humiditates corruptæ. Primum ergo oportet ut probes eam, ut sic dicam, tenta subtili, deinde cognosce quantitatem profunditatis eius tenta, postea igni cauterium, quod est simile radio, deinde intromitte ipsum ignitum in ipsam fistulam. Sit autem cauterium iuxta magnitudinem clauis, & quoque tam profunde intronmittatur, & itera cauterium donec comburantur illa corpora corrupta omnia, id est semel, aut ter, quoties iudicabis necesse esse, & caue ab adustione nerui si est illic, aut uenæ magnæ, aut si fistula ad corpus uesicæ, aut ad corpus intestini penetrat, caue ab istis locis omnibus, non facias igitur illud, nisi quando fistula est in loco carnoso, & exploratum habes quod non est altius penetrans. Deinde cura locum usquequo sanetur. Si autem impleta cauitate cicatrix loco obducitur & absciditur ab eo materia, & perseverat sic tempore longo, tunc scias quod iam est sanatus integre, & si non absciditur ab eo materia, & tunc scias quod est penetrans, aut in profundo eius est os corruptum, aut aliud simile malum, quorum loco suo mentio fiet.

De cauterizatione uentris, Cap. XXXVIII.

Dolor quando accidit in renibus ex frigore, aut uentositate crassa, & minuitur propter illud coitus infirmi, oportet ut cauterizes eum super almethenem super ipsos renes, cauterio super utrunque renem, cauterio clauili, de quo est in præcedentibus dictum. Pondus contumacia morbi exigat etiam alterum aut tertium cauterium, audendum est, nisi uires ægri disuadeant.

C 5 De cauterio

Vando accidunt in vesica debilitas & mollificatio tanta à frigore & humiditatibus, ut non retineat infirmus urinam, tunc cauteriza ipsum in inferiori parte funinis super vesicam, ubi incipiunt pili pectinis, & cauterio à dextro lumbis, & alio à sinistra ipsius, & sit longitudo cauterij lateris cuiusque secundum quantitatem nodi pollicis. Et cauteriza ipsum cauterio inferiore dorsi, aut duobus cauterijs si indiges illo, & sit cauterium claule, de quo in præcedentibus satis.

De cauterizatione matricis, Cap. XL.


Rigus & humiditates quando accidunt in matrice, & prohibetur per illud ab impregnatione & corrumpuntur mensura eius, & tardatur provocatio eorum, & accidit mulieri ad menstruorum aduentum dolor, oportet ut cauterizetur tribus cauterijs in circuitu umbilici, sicut diximus in cauterizatione vesicæ, & cauterio super alcatim inferius dorso, aut duobus cauterijs, & sit cauterium claule.

De cauterizatione dislocationis anachæ, Caput XLII.

Humiditates quandoque effunduntur mucosæ ad pixidem anachæ, & sunt causa exitus eius à loco suo, & signum illius est quod prolongatur crus super alterum, quando comparantur adinvicem, & inuenitur locus dislocationis in eo uacuum. Oportet ergo ut cauterizes infirmum super pixidem anachæ, ipsius cauterio simili circulo, postquam tu signas cum encausto in circuitu pixidis, sicut reuoluitur, & ut sit ipsa pixis in medio circuli, & sit cauterium cuius præcessit forma in cauterizatione stomachi, quod si non est præsens hoc cauterium, tunc cauteriza ipsum tribus cauterijs, cum cauterio oliuari, magnis, & fiat cauterio profunditas secundum quantitatem spissitudinis totius cutis, deinde cura ipsum donec sanetur.

Dolor quando accidit in pixide anachæ, & sunt causa illius frigoris & humiditates, & æger curari non potest nisi auxilijs quæ diximus in diuisione, & ita antiquatur illud, oportet ut purges infirmum ab humoribus crassis cum pilulis fetidiss, aut cum pilulis artificialibus & similibus

& similibus, deinde cauteriza eum, & modus cauterij in ea est duplex, scilicet aut cauterium cum medicinis adurentibus, aut cauterium cum igne. Cauterium autem cum igne est secundum modos multos, quorum unus est, ut cauterizes super pixidem anachæ ipsius tribus cauterijs triangularium secundum hanc formam.



Et fac eis profunditatem satis magnam, & sit spacium quod est inter unum quodque cauterium quantitas crassitudinis digiti, & sit cauterium oliuare, quandoque autem sit cauterium in medio super caput anachæ ipsius. Quare sunt quatuor cauteria. Et si uis, cauteriza cum circulo cuius præcessit forma in cauterizatione dislocationis anachæ, uno ut sit circulus tenens ancham totam, & combure spissitudinem totius cutis. Iste est modus cauterij in sciatica, quando dolor est adherens anachæ ipsi & non extenditur usque ad coxam & crus. Si autem extenditur usque ad coxam & crus, tunc cauteriza ipsum duobus cauterijs altero in coxa, super locum in quo potissimum infirmus sentit dolorem, & cauterio altero supra cauilam quatuor digitis ad partem sinistram parumper, & sit cauterium cultellare, & sit profunditas cauterij secundum quantitatem spissitudinis cutis, quod si infirmus indicat quod dolor extenditur penè usque ad digitos pedis, tunc cauteriza ipsum in locis dolentibus, cum cauterio puncti tribus, aut quatuor, aut pluribus, si indigere uidebitur. Et si indicat æger dolorem esse sub genu uersus crus, tunc cauteriza ipsum illic cauterio uno cultellari, & caue in omni tua cauterizatione, ne quid nimium aut temere facias cum cauterio, ne aut comburas neruum, aut arteriam magnam, & perdas per illud infirmum, sequuntur enim letalia mala lesa arteria magna, aut quorpiam neruo. Et ego quidem iam uidi unum atque alterum ex eis qui cauterizauerunt supra cauilam, & non seruarunt iustum modum in cauterizatione, & inflatum est crus, donec consecutus est tumor pedem, & perforatus & corruptus est totus pes. Deinde accidit solutio uentris, quam mors paulo post est secuta. Quod si dolor est in duabus partibus, simul

cauteriza utranque, modo quo iam docuimus. Et sapientes quidam tradi-
 derunt in cauterizatione anchæ cauterium, cuius ille est modus, fac simile
 famio ex ferro cuius quantitas medietas palmi, & sit orificium eius æ qua
 le nucleo dactyli, aut paulo minus, & intra illud famiū, sit famium aliud &
 famium tertium, & sit spaciū quod est inter unum quodque famium par
 nodo pollicis, & sint famia aperta à duabus partibus, & sit altitudo eorum
 sicut nodus, aut duo nodi, & fac eis manubrium ex ferro decēter aptatum
 in famijs, & hæc est forma eius.



Deinde igniatur in igne donec rubeat, & projiciat scintillas, deinde
 ponatur super pixidem anchæ infirmo qui accumbat super latus sanum,
 cauterizas ergo cum tribus cauterijs rotundis simul uno tempore, deinde
 dimitte ipsum tribus diebus, postea emplastra eum cum butyro, & dimitte
 te uulnus apertum diebus multis, deinde cura ipsum cum ungento donec
 sanetur. Inquit Albucasis: Hac specie cauterij ò filij parum uli sumus pro-
 pter terrorem aspectus eius, & propter ea quod paucos inuenimus qui
 admittant, quoniam uel aspectu horrorem incutit. Veruntamen ex bonis
 cauterijs esse ei qui suffert & animo forti locum dat. Cauterium autem cum
 medicinis adurentibus est, ut tu facias duo famia habentia perforatam ar-
 millam in qua descendit cardo portæ ex tere, aut ex ferro, longitudo pari-
 etis in altitudine eorum sint duo nodi, & sit spaciū quod sit inter utran-
 que crassitudinis digiti, & sint aperta inferius & superius, & contineant
 se adinuicem secundum hanc formam.

Deinde



Deinde depone ea super pixidem anchæ infirmiacentis super latus
 sanum, & ualide comprime manum tuam super pixidem anchæ, deini-
 de funde inter duos circulos ex aqua medio criter calida quæ sit calefacta
 leni igne, & tene eam horæ unius tempore & ferat infirmus mordicatione
 nem eius & ipsius aduersionem. Nam ipse sentiet mordicationem, sicut in
 gnis, donec quiescat mordicatio, deinde eleua manum tuam cum instrum-
 mento & absterge aquam calidam ab anchæ tota cum aqua dulci, deinde
 dimitte illud tribus diebus, & pone super illud butyrum donec remouea-
 tur nigredo aduersionis. Et permittite uulnus apertum aliquot diebus & flu-
 at ex eo pus, est enim puris generatio & emissio ex illis quæ potissima
 sunt ad recuperandam sanitatem. Deinde cura illud cum ungentis donec
 sanetur. Quod si extenditur dolor usque ad coxam aut crus, fac ei statum
 am, ut ita loquar, in eo quod continet aquam, non aliter atque in anchæ
 curatione iam præcepimus. Et iste est modus aquæ calidæ, quem scripsi
 in tractatu refectionis medicinarum: Sume calid. & calcis nõ extinctæ
 ambarum an. partem unam, & tere utraque, & pone ea in ollam nouam,
 cuius inferior pars sit perforata foramine uno paruo tanto nimirum ut in-
 gredi possit radius, & pone sub fundo olle ollam aliam uitreatam, & pro-
 ieci super alcali & calcem ex aqua dulci, submerge utraq; digito, postquã
 ea manu tua bene compresseris, dimitte ollam donec descendat aqua acu-
 ta in inferiori parte ollæ uitreatæ, deinde simul accipe aquam illam totam,
 deinde projice eam super calcem aliam, & calid. aliud renouata. Ipsi
 enim erunt hoc modo fortis acuitatis ualde, quæ administratur in multis
 operationibus medicinæ, & in cauterizatione reliquorum membrorum,
 quoniam efficit operationem ignis. Sunt quoque ex medicinis quibus
 cauterizatur

cauterizatur ancha, sicut celsie, mel anacardi, & calx cum sapone omnino sit permixta. Et Galenus quidem retulit cuidam uiro curationem, qua curatus est dolor anchæ, & uenæ sciaticæ, & qui ea curatus est prædicauit ualde, nec enim indignuit alia curatione. Mox enim post curationem homo ingressus balneum, integræ sanitati restitutus est. Est autem hoc remedium ut accipiatur ex scetaragi uiridi, & si non inuenitur uiri de sumatur siccum recens, & teratur multum cum aliquanto adipe & ponatur super ancham ubi est dolor, aut crus, aut in coxa, & ligetur, & dimittatur spacio trium horarum, aut donec sentiat infirmus sedationem adustionis. Deinde mitte eum in balneum. Cum ergo foridum sit corpus eius intromitte ipsum in solium, nam dolor recedit & sanatur. Et scias quia non oportet ut utatur aliquis cauterio cum istis medicinis, nisi post euacuationem corporis. Et Dioscorides quidem dixit, quod steruus caprinum quando cum eo cauterizatur uena sciatica confert ei, & sit cauterium secundum hunc modum. Sumatur lana & imbuatur oleo antiquo, & ponatur super locum profundum qui est inter pollicem pedis & inter focile, & est propinquior focili, deinde accipe steruus siccum & inflamma cum igne ipsum super lanam, & dimitte ipsum donec extingatur, deinde itera aliud. Non ergo cesses facere illud usquequo perueniat sensus per medicationem usque ad ancham, & quiescit dolor, Et iste est modus caute

† aliis caprinis


De cauterizatione doloris dorso

Cap.

XLIII.


Dolor quandoque accidit in dorso, ex causis multis, aut à casu, aut à percussione, aut superflua euacuatione, & illis similibus, ut ex infusione frigida, humidæ. Et cauterium quidem non habet usum locumque nisi in hac specie sola quæ fit ex infusione materiæ frigida. Oportet ergo primum euacuare infirmum, pilulis fetidis, & eis similibus. Et cum frant super dorsum ubi est dolor tres lineas secundum latitudinem almeidati ipsius, postquam signas encausio, in qualibet linea quinque cauteria aut plura, pro infirmi uiribus & uirtute, & fiat cauterizatio cauterio puncti, & si uis cauteriza tribus cauterijs, aut quatuor cum cauterio clauili mediali, secundum hanc formam.

DeCauterizatione



De cauterizatione incipientis gibbositatis, Caput XLIIII.

Mitotiens accidit hæc ægritudo infantibus paruis, & signum inceptionis eius in pueris est, quod accidit frictura in anhelitu, ut eas partes ægrè moueri possint, ob læsis neruis & tendonibus, qui præstant motum, & unus spondilus cernitur, eminere super reit, quos spondilos. Cum ergo uides illud, & uis curare illud, tunc cauteriza ipsum cum cauterio, quod sit circulus secundum hanc formam.



Ut capias cauterium super omnem partem spondili æqualiter, & si uis cauteriza in circuito spondili cum cauterio puncti duas lineas, aut tres, & sint puncta propinqua adinuicem, deinde cura locum donec sanetur eo quod diximus. Et caue ne administres cauterium in gibbositate quæ fit in spasmo nerui.

De cauterizatione podagre, aut dolorum iuncturarum, Cap. XLV.

Dolores iuncturarum quando sunt ab humiditatibus frigidis, quæ effunduntur ad quodlibet membrum corporis, tunc si accidunt dolores in pedibus, de consuetudine medicorum est, ut nominent illud podagram. Cum ergo curatur podagra frigida cause modis curationis & non remouentur dolores, tunc remouet cauterium eos. Cauterizatio igitur eum post euacuationem, in circuito iuncturæ pedum cauterijs multis, & sit cauterium oliuare, & hæc est forma eius.


Et si opus



Et si opus fuerit ut pūctes in summo pede, tunc fac cauterio pūcti, quod si ascēdunt dolores usq; ad genua, aut ad reliquas iuncturas, malitotiens autē accidit illud, tunc cauteriza ipsum super utrumq; genu tribus cauterijs, aut quatuor ab omni parte, cum hoc cauterio oliuari. Sicut autem necessaria sunt tibi plura huiusmodi cauteria, tunc cauteriza ipsum. Et nō alte imprimas cauteriū, imō sit circiter spissitudine cutis tantū, si autē ascendunt dolores ad genua & dorsum, tunc administra quod diximus de cauterio in suo loco. Quod si dolores sunt in manibus tantum, tunc in circuitu focium, sicut reuoluntur duas lineas duc. Si autem remanet ex doloribus in digitis, tunc puncta eos super quemlibet nodum punctum & super pectinem manus. Si autem descendunt dolores post dies ad cubitos, aut ad humeros, tunc cauteriza utroq; ab omni parte & euacues infirmū ex regimine bono & acceptione medicinarum. Nam si bonum fuerit regi men & euacuetur phlegma, sanabitur auxilio dei isto cauterio.

De cauterizatione rupturarum. Cap. XLVI.

Ruptura quando accidit in inguinibus & descendit in intestinum in scrotum in hunc modum est curandus. Primum præcipe infirmo ut abstineat a copioso cibo, & quantum per vires fieri potest, ieiunet, comestione in die suo, & utatur mollentibus quo descēdat ster cus à ventre: deinde se deat inter manus tuas super dorsum suū, & præcipe ei ut contineat anhelitum suum donec egrediatur intestinum, deinde reduc ipsum digitis tuis, & signa cum encaulso sub ruptura super os pectinis cum signo, cuius extremitas sit similis medietati circuli, ad superiora corporis, deinde igni cauterium (cuius forma est hæc)



donec

donec reddatur album & proiciat scintillas, deinde reduc intestinum aut ad concauitatem suam, deinde ponat minister manum suam super locum ut non exeat intestinum, & tu stato inter crura infirmi, & pone eum super puluinar, & seruens alius super crura eius, & alius super pectus eius qui teneat manus & crura eius, deinde pone cauterium super signum ipsum manu tua cum cauterio stante recta, & tene ipsum donec cū eo conseqaris os, aut itera cauterium, si non peruenisti primo usq; ad os. Et prudenter obserua ab exitu intestini cum cauterizas, ne ipsum cōburas, quod non potest fieri sine magno malo, consequitur enim infirmum, aut mors, aut alia mala magna. Et scias quod quando tu non conlequeris cum cauterio os, non cōfert operatio tua. Postdō oportet ut sit cauterium infantium subtile, secundum mensuram eorum, & adultis secundum mensuram eorum. Deinde cura locum cauterij post tres dies, cum butyro, donec remoueatur escara ignis, deinde cura eum cum reliquis ungentis, donec sanetur. Et sit infirmus iacens super dorsum suum quadraginta diebus, donec confirmetur & cicatrice obducatur uulnus, & oportet ut sit nutrimentum eius quancū curatur quod leniat ventrem ut non exeat intestinum in difficiliore egestionem. Deinde quando uult surgere post quadraginta dies, tunc administra lignum decenter factum, & teneat ipsum quadraginta diebus alijs, & abstineat à labore & repletionem cibi & potus, & uocibus uehementibus. Nam quando hoc regimine utitur, curabitur sanatione integra. Deinde curacionem rupturarum cum incisione loco suo. Quando aut rupturæ accidit in reliquo ventre, & sunt incipientes, incipienti malo est occurredum quamprimū, cauteriza igitur rupturam eius cauterio rotundo secundum quantitatem eius, & tertia pars cutis aduratur. Deinde cura ipsum eo quod diximus, & sunt inter primos medicos qui autores fuerūt, ut cauterizetur ruptura cum cauterio triangulato, secundum hanc formam.



Postquam signatur cum encaulso, & ponitur linea quæ est per latitudinem in latere superiore rupturæ, & linea altera ad inferius, deponemur in medio

num in medio cum cauterio clauili, sed cauterium primum est facilius & melius.

De cauterizatione torsionis, Cap. XLVII.

Dolor à casu aut percussione quando accidit in quibusdam membris, & perseuerat ille dolor tempore longo, & non cōfert in eo curatio, rite remediōrū auxilijs conuenientibus adhibitis, oportet ut cauterizetur cum cauterio puncti, & sit cauterium cuiusq; membri secundum proportionem magnitudinis & uirium eius. Est quoque imprius membri temperiei & situs ratio habenda. Si ergo sanatur ex cauterio primo, est bene, si non, itera cauterium: quoniam isti dolores solent in membris mutare locum, semperq; infirmius membrum cogitur recipere quod robustius mittit: itemq; semper aliud aliq; compatitur in animalium corporibus. Quare oportet ut persequaris dolores cauterio donec sanetur infirmus, & uincantur atq; tollantur dolores.

De cauterizatione lepræ, Cap. XLVIII.

Leprosi autem quandoq; iuuantur cauterio iuuamento maximo, & præcipue species lepræ quæ fit propter putrefactionē phlegmatis & melancholiæ. Cum ergo uis cauterizare ipsum cum ratione fac ut fiat. Si ergo lepra est incipiens & curasti illis quod diximus in diuisione, & non curatur, tunc cauteriza eum super caput quinq; cauterijs. Si uero in medio capitis uidetur cauterizandus, debes & cauterium adhibere inferius uersus frontem ad sinem capillorum, & duobus super duo cornua, & uno posteriori super nucha ceruicis. Et rege manum tuam caute cum cauterio paruo donec imprimat in os impressionem paruam, & dislocentur ex eo cortices, ut alleuietur exspiratio uaporum grossorum ex eo. Et cauteriza cauterio etiam super ipsum splenem, ea ratione quæ prædiximus. Sin autem iam lepra sparsa est per infirmum & apparet manifeste, tunc oportet ut cauterizes eum istis cauterijs quæ diximus in capite & cauterio super extremitatem nasi, & duobus alijs super duas maxillas, & duobus cauterijs super spondilos colli, & sex super spondilos dorsi, & uno magno super albosos apud craneum caudæ, & uno supra ipsum in ipso alincida, & duobus super anchas, super unamquaq; ancham uno, & duobus super per genua, super unumquodq; genu uno, & duobus super humeros, & duobus super cubitum, & duobus super teneritudines pectoris. Et cauteriza ipsum

ipsum in omnibus iuncturis digitorum manuum, & pedum suorum, & foecilia manuum. Et caue à nervis qui sunt super postremum calcanei, ut non comburas eos. Et quadoq; cauterizatur cauterio super os pectinis, & alio super os stomachi, & alio super epar. Et scias quod quanto sæpius repetis cauterium iuuamentum, & magis conferens, & scias quod infirmus non sentit ob cauterium dolorem tantum quantum sani sentiūt, propterea quod corpus eius iam stupefactum est. Et oportet ut sint cauteria ex magnitudine & paruitate secundum membra & iuncturas, sicut prædiximus de speciebus ferramentorum. Omnibus ordine & ex arte peractis, cura cauterium ex farina erui cum melle, & reliqua curatione, donec sanetur.

De cauterizatione stuporis, Caput XLIX.

Membrum aliquod quando stupet & curatur medicinis oleis, emplastris &c. & non sanatur, tunc cauteriza ipsum membrum stupefactum cauterijs secundum quod postulat magnitudo membri. Et sit cauterium tuum quod intret in spissitudine cutis parumper, deinde cura ipsum cum ungento, donec sanetur. Et quandoq; cauterizatur etiam ille stupor qui accidit manu & pedi in spodiis dorsi ad exitum neruorum qui mouent illud membrum, & remouetur stupor. Verum non presumat his quisquam quidquam nisi sit bene exercitatus in speculatione anatomica, ut sciat originem & uias neruorum & tendonum mouentium corpus, & uenarum articularumq; alimentum & spiritum per corpus deducendum.

De cauterizatione albaras, Cap. L.


Albaras quando antiquatur & non confert in eo aliquid ex auxilijs medicinis, tunc cauteriza super ipsam cauterio profundo secundum quantitatem spissitudinis cutis, donec remoueat albedo, & mute tur eius color, deinde cura ipsum farina erui & lentis, cum oleo rosato, & folijs arnoglossæ, & sanguine colubæ, & hirundinis, de uno quoq; sit pars una, misceantur omnia, & liniantur super pannum, & adhæreant loco, donec sanetur.

De cauterizatione canceri, Caput LI.

Cancer quando est incipiens, & uis ipsum sistere, tunc cauteriza ipsum cum cauterio circuli in circuitu eius sicuti reuoluitur. Sapientes autem medici dixerunt, ut cauterizetur cauterio ultimo in medio. Mihi autem non uidetur illud faciendum, quoniam ne exulceretur locus periculū est, et ego iam uidi illud aliquotiens, & rectius est ut cauterizetur in circuitu eius cum circulo sicut diximus, aut cauterijs multis.

D 2 De cauteri

Qvando aliquis habet dubelati, & tardatur in maturacione, aut propter superfluitatem facientem eam, aut propter statum, uel aetate infirmi, cum scilicet est decrepitus paucae sanguinis, aut propter tepus, & uis festinare in maturacione dubelati, tunc cauteriza in circuiu eius cum cauterijs paruis multis punctando, deinde dimitte eam, nam ipsa festinabit cum maturacione. Si autem uis perforati onem eius cum cauterio, tunc igni cauterium, cuius haec est forma.



& depone ipsum in medio dubelati donec penetret cutem, et sit cauterium ab eo quod sequitur inferius, ut alleuietur fluxus puris, deinde cura ipsum donec sanetur.

Corrodens non est nisi corruptio perambulans in membro, & corrodit ipsum, sicut ignis comedit ligna sicca. Si ergo uicis corrodetem qui ferre possit cauterium, tunc igni cauteria clauis multa, parua & magna, secundum quod conuenit illi in quo loco est corrodes, deinde cauteriza ipsum ab omni parte donec eradicet corruptione tota, & non remaneat ex ea aliquid penitus, deinde dimitte ipsum tribus diebus, & pone super loca cauterizata sulphur tritum cum oleo donec eradicetur escaræ omnes, & omnis corruptio. Deinde cura ipsum cum unguentis generantibus carnem. Si ergo uides post tres dies quod caro nascitur sana in qua non est corruptio, est bonum. Si autem non, itera cauterium super illud quod remansit ex locis corruptis. Et corrodens quidem curat, quoad quod cum acuta medicina, ipsa nancq; habet loco cauterij. Verumtamen cauterium cum igne est uelocioris iuuameti. Ego quidem iam dixi curatione eius cum medicina acuta, in diuisione, accipe ergo ea illuc quando ea indiges.

Multotiens accidit in inferioribus partibus pedum haec & agritudo, & est res crassa filtrata, quae laedit pedem. Et cauterium quidem in eis est secundum duos modos, cauterium cum igne, & cauterium

cauterium cum aqua calida. Cauterium autem cum igne est, ut ignias cauterium concauum simile plumae uulturis, quod fiat iusta quantitate, quod contineat clauum ab omni parte, & sit subtilium marginum, deinde pone ipsum ignitum super clauum, deinde reuolue cum cauterio manum in circuiu clauui donec perueniat cauterium ad profunditatem clauui, & dimitte ipsum ex ulceratum locum apertum tribus diebus, donec incipiat emittere pus, deinde emplastrum ipsum cum maluis syluestribus contritis cum sale, & per mitte emplastrum super ipsum in nocte, eradicabit enim ex radicibus suis, deinde cura ipsum unguento generatio carnis, donec sanetur. Quod si non sunt conuersi & multotiens accidunt in superficie corporis, precipue in manibus & pedibus, oportet ut admissiles in eis cauterium cum aqua calida. Accipias igitur cannulam ex aere, aut ferro, aut ex penna uulturis, & deponere eam super clauum, deinde projice in cannulam ex aqua calida quantitate paucam, & retine manum tuam, & reuolue eam cum compressione manus tuae parumper, ut imprimat margo cannulae in radicem clauui, & ferat in firmus parumper mordicationem aquae calidae ad horam unam scilicet, deinde dimitte ipsum, nam clauus eradicatur cum radicibus suis. Singulos clauos ita ordine curabis, nec ullum praeterea non curatum. Deinde cura eos, postquam eradicantur, eo quod generat carnem ex unguentis.

Tremor ex frigore quando accidit alicui in neruo, aut ex febre quartana, aut alio morbo, tunc oportet ut cauterizes ipsum quatuor cauterijs, aut quinq; super spindilos dorsii adhibenda autem sunt singula, cauteria singulis spondilis. Est quoque opus, & in pectore eius cauterio, & super stomachum eius cauterio, cum cauterio oliuari. Tremor enim quiescit, & est idonea cura & gritudinis frigidae.

Albathir, id est, pustulae foedae quando expellunt in corpore, quae fiunt a materijs crassis corruptis. Oportet ergo in primis cum apertis, cuius extremitas accesa est cum igne, aut cum radice aristolochiae logae aut cum cauterio lenticulari, & quandoque cauterizant ad ememil in principio expulsiouis suae secundum hunc modum, & non augentur, & dirupitur superfluitas faciens eos, & sanant. Verumtamen oportet ubi fiat illud post euacuationem cum phlebotomia.

De cauterizatione fluxus sanguinis accidentis ab incisione arteria. Cap. LVII.

Multoties accidit fluxus sanguinis ex arteria quæ incisa, aut uulnerata est, quod accidit extrinsecus, aut ad incisionem apostematam, aut cauterium membri, & ad hoc genus similia, & est perdifficile placare malum, aut sistere sanguinem arteriarum, quæ sunt in perpetuo motu. Cum ergo accidit alicui illud, tene curiose & artificiose manu tua orificium arteria, & pone super ipsum digitum tuum indicem, & stringe eum multum, donec retentus sit sanguis sub digito tuo, & non egrediat ex eo aliquid, deinde pone in ignem cauteria oliuaria parua, & magna numero plura, & suffla super ea donec fiat ignita ualde, deinde accipe ex eis unum, aut paruum, aut magnum secundum uulnus, & locum in quo disrupa est arteria, & pone cauterium super ipsam uenam, postquam tu remoues digitum tuum festinatè, & tene cauterium, donec abscindatur sanguis. Quod si erumpit cum tu leuas digitum ab orificio arteria, & extinguit cauterium, tunc accipe aliud cauterium festinatè ex cauterijs quæ in igne sunt preparata, nec ante cesses pugnare frequentibus cauterijs donec fissatur sanguis, & obstruatur os arteria. Et caue ne comburas neruum, quod non sine magno infirmi malo fieri potest. Et scias quod quando ex arteria fluit sanguis, tunc non est possibile abscindere ipsum, præcipue quado arteria est magna, nisi uno quatuor illorum modorum, aut cum cauterio sicut diximus, aut cum extractione quum extrahi potes. Nam quado extrahitur contrahuntur extremitates eius & fissatur sanguis, aut ut ligetur cum filigatione forti, aut ut ponatur super ipsum medicina, de proprietate quarum est abscindere sanguinem, & stringatur cum puluinaribus strictione decenti. Qui autem administrat abscisionem eius, aut ligamentum & stricatum cum panno, aut positionem rerum comburentium, & similia, non confert tamen nisi admodum raro, si autem accidat alicui illud, & non sit ei præsens medicus, neque medicina, arde quamprimùm digitis suis comprimat arteria orificium sicut narrauimus, & constringat eam ualde donec obfessus sit sanguis, & digitus non remoueat, affundatque celesteriter aquam maxime frigidam donec coeleatur, & ingrossetur sanguis, et abscindatur, & inter illa de medicamentis generare certiore & fideliore cogitet.

Humani

HVMANI CORPO

R I S, I N T E R I O R V M E T E X T E R I O R V M,
morbis medendi ratio methodica, & in omnem usum
instrumentorum graphicè depictæ effigies,
autore Albucase, Liber II.




Hoc libro primo diximus omnes ægritudines in quibus cõueniens est cauterium cū igne & medicina cõburente. Exposuimus quoque quado cauterio utendū quado non. Dicitur sunt etiam cauteriorū causa, & instrumenta, & forma, hæc omnia ordine pro humani corporis partium à capite ad pedes usque à nobis pro uirili explicata sunt. Et ego procedā in hoc libro eadem uia, ut lectori querenti hac dispositione, consulam, neque enim aliud quero hac mea opera, quā ut quā maxime & compediōissime quā plurimis pro sit studium laboris meus. Et antequā incipiam, illud oportet ut addiscatis, o filij, quid in hoc libro sit, est aut quod molimur in hoc libro noxijs & periculosissimis quæ de cauterizatione in primo diximus. Et propter illud oportet ut sit cautela in eo religiosior, quonia in operatione quæ est in hoc libro sæpe necessaria est euacuatio cū sanguine in quo est uita. Fit autem per apertionem ueng, aut incisionem apostematam, aut apertionem abscessus, aut curationem uulneris, aut extractionem sagittæ, aut incisionem lapidis, & illis similia, ex illis omnibus quibus accidit tremor, est timor, & periculum, & letale. Ego moneo uos ne suscipiatis curandum aliquid in quo hæsitatis, & non certam causam morbi & exploratam rationem medendi tenetis. Nam sæpe incidunt tales certi periculi morbi & infirmitatum monstruosi modi. Ex eis enim est qui irascitur propter ægritudinem suam, & est leuis apud eum mors propter uehementiam doloris, infirmitatis longitudinem. Ne igitur propter auaritiam uillum deploratum morbum suscipiatis curandum, semper scientes omnia fieri in conspectu dei omnia cernentis. Et pecuniæ studium esse hominum abiecti animi, à quo debet medicus philosophus esse alienissimus. Non ergo consentatis auaritiæ quæ pessime plerumque suadet, & sit cautela uestra uehementior quam cupiditas rapacitas, & non præsumatis aliquid, nisi possidentiam certam quæ uerificat apud uos illud, ad quod peruenit successo laudabilis, & utimini in curatione omnium infirmorum uestrorum certa methodo & indicatione

D 4 catione

catione coniuncta cum multiplici experientia. In illo namq[ue] est uobis adiutorium ad acquisitionem fame, & gloriæ, & memorię, ac laudis. Inspiret uobis o[mn]i filij, Deus intellectum suum & non auferat uobis directionem, & inspirationem quoniam illud est in manu eius. Ego quidem ordinavi hunc librum distinguendo per capitula secundum quod præcessit in capitulo cauterij à uertice usq[ue] ad pedes, ut alleuietur uobis quæsitum quod uultis ex eo & quo indigetis.

De congregatione aque, que congregatur in capitibus puerorum.
Cap. I.

SCias quod hæc ægritudo multotiens accidit pueris in partu, aut quando obstetrix stringit caput pueri absque lenitate, & quando quo etiam accidit ex causa occulta quæ ignoratur. Et ego quidem non uidi hanc ægritudinem in alijs quam in pueris, & pleriq[ue] eorum mortui sunt, nec uidi quenquã curatum propter illud ergo uisum est mihi demittere operationem in hoc morbo. Et ego quidem iam uidi puerum ex eis cuius caput plenum erat aqua, & caput augebatur omni die, donec non poterat sedere propter magnitudinem capitis sui, & humiditas augmentata fuit donec mortuus est. Et hæc quidem humiditas, aut congregatur inter cutem & os, aut colligitur sub osse super siphac. Et si est humiditas inter cutem & os, & apostema est paruum, oportet ut findas in medio capitis moderate in latitudinem, & longitudinem, donec effluat humiditas, & hæc est forma.



Si ergo humiditas est copiosior auctiorque & apostema est maius, tunc aperi locum affectum duabus fissuris, secundum hanc formam.

Et si humiditas



Et si humiditas est sub osse, & signum eius est quod uides commissuras capitis apertas ab omni parte, & aqua deprimitur ab omni parte, quando eam manu tua comprimis ad interiora, & hæc signa clare cõspicis, oportet ut findas in medium caput tribus fissuris, secundum hunc modum,



& post incisionẽ extrahere humiditatem totam, deinde stringe fissuras cutri pannis & puluillis, deinde embroca, ut ita dicam, siue asperge illud, uirio & oleo usque ad diem quintum, deinde solue ligamentum & cura uulnus tentis & ungentis, & diligenter stude ut caput quam minime moueatur, nec ullo modo concutiatur, & ciba infirmum cibo sicco, aut certe pauca humiditatis usquequo confortetur membrum, & sanetur. Et modus alius incisionis est ut consideres, ubi apparet magnitudo apostematis, & collectio aque quoniam quandoque plus est in occipitio, aut in sincipite, aut in dextra, aut in sinistra. Obserua ergo ubi apparet apostema & impletio aque, & scinde eo loco quam aptissime fieri potest, nã hac magna arte & industria opus est. Et obserua ne incidas arteriã & accidat fluxus sanguinis, et moriatur infirmus ex illo fluxu sanguinis cum euacuatione humiditatis.

De incisione arteriarum que sunt post aures nominatæ bilbasseise, Cap. II.

CAtarrhi quando fluunt alicui ad oculos, aut pectus, & antiquatur illud malum, & non confert in illo curatio medicinarum, tunc ueniendum est ad curationem uehementiorem, nempe ad incisionem harũ duarum arteriarum, oportet ergo hoc modo incidere eas, infirmus radat caput suum, deinde frica locum cum panno aspero, ut arteriæ appareant, deinde stringat infirmus collum solum cum panno, deinde considera ubi pulset uena, & loca utriusque sunt depressa, quæ sunt post aures, et raro occultantur in quibusdã hominibus, deinde signa super utraq[ue]

utraque cum encausio, deinde incide utramque cum spatulili utrinque acuto incisione perueniente ad os, & sit illud per latitudinem capitis, & si uis intronitte spatulile sub arteria, & incide eam ad superiora cum incisione, & sit longitudo incisionis duorum digitorum. Nam quando inciditur uena egreditur sanguis egressione pulsantili, qui salit ad anteriora saltu frequenti. Si autem arteria non apparet sensui, tunc oportet ut mensures ab aure quantitatem spacij trium digitorum, deinde signa cum encausio & finde usque ad os, & illud quod oportet emittere ex sanguine sunt sex unciae, & poteris emittere ex eo plus, aut minus totum illud secundum ex uirtute infirmi & repletionem arterie eius. Deinde omnem curationis curam conuerte ad uulnus. Si remanet super os ex siphac aliquid, tunc incide illud ut accidat apostema calidum, deinde stringe uulnus licinijs ex panno lini, mox cura ipsum ungento donec sanetur.

De excitatione arteriarum quae sunt in temporibus, Cap. III.

Hemicrania antiqua quando accidit homini, aut catarrhi acuti propter humiditates acres, & caliditatem in musculis temporu, aut foda antiqua uehemens, & similia illis, & medicamenta idonea recte sciteque adhibita non uincunt morbum, tunc experti sumus in his aegritudinibus prodesse extractionem arteriarum ex temporibus, aut cauterizationem earum sicut narrauimus. Modus & ratio extrahendi arterias est, ut radat infirmus pilos qui sunt in temporibus, & intendat ad arteriam apparentem in tempore. Ipsa namque ostenditur tibi ex pulsu suo, & raro occultatur in paucis admodum hominibus, aut ob uehementiam frigoris etiam saepe non apparet. Quod si occultatur tunc stringat infirmus caput suum quolibet panno, deinde frica locum panno aspero, aut uapora locum aqua calida, donec appareat tibi arteria manifesta, deinde accipe spatulile, & haec est forma.



Deinde


Deinde excoria cum eo cuius cum facilitate donec peruenias ad arteriam, deinde projice in eam uacuum, & trahere eum ad superiora donec extrahas eam ex cute, & libera ex tunicae quae sunt sub ea ab omni parte. Si autem arteria est subtilis, tunc inuolue eam cum extremitate unci, deinde incide ex ea partem secundum quantitatem qua elongentur extremitates eius & contrahantur, & non accidat fluxus sanguinis. Nam si non abscidatur, & non incidatur, non effluet sanguis penitus, deinde eua cua à sanguine à tribus uncijs usque ad sex. Quod si arteria est magna, oportet ut liges eam in duobus locis filo duplo forti ex serico, aut ex chordis aliohod, ut non perueniat ad eam putrefactio ante consolidationem uulneris, & accidat fluxus sanguinis. Deinde incide superfluitatem quae est inter duo ligamenta, idque statim faciendum est sine mora, nimirum eadem hora aut certe proxima sequente, aut post horam aliam. Et si uis cauteriza eam cauterio usque ad os cauterio cultellari, donec incidantur extremitates eius. Operis & est melius: nisi si infirmus habet febrem, aut est calidae complexionis, quoniam cauterium est ex eis quae iuuant ad finiendas humiditates, ergo est melius in iuuamento. Et oportet post extentionem arteriarum ut impleatur locus coto antiquo, & ponantur super ipsum puluilli decenter facti. Et post solutionem curetur medicinis siccis, quae generant carnem & diligenter ligari necesse est licinijs donec sanetur. Quod si interim dum curationem administras accidat fluxus sanguinis ex arteria, tunc propera ad abscidendum eum, aut cauterio, aut ut impleas locum cum zegi, & stringe manum tuam donec abscindatur, sanguis. Quod si nihil ex illis est tibi praesens, tunc pone super locum digitum tuum donec congeletur sanguis, & embroca locum cum aqua uehementis frigoris donec quiescat acuitas, & includat confringatque seruidum subtilemque arteriarum sanguinem. Extrahere arterie tutius & latius facilius est, ut cauterizes uenam hoc cauterio habente duos cultellos, sitque acuitas duorum cultellorum similis almagdateni, uerum tamen sunt minoris acuitatis quam duo cultelli multum. Quoniam si sunt acuti sicut duo cultelli, refrigescunt statim, nec possunt continere calorem propter tenuitatem, & non incidunt satis celeriter carnem, cum ergo in eis est aliquantulum crassitudinis retinetur in eis calor ignis, & absciditur caro uelociter. Et hoc quidem est melius us omni opere, & lenius, & facilius, & sit spacium quod est inter duos cultellos quantitas crassitudinis digiti, postquam tu signas duo loca cum encausio

causio, & deponere utrosque ignitos ualde, donec perueniant ad os, & incidunt uenam in duobus locis, ut elongetur quod est inter extremitates eius, nam consolidantur cum hoc cauterio penitus. Et hæc est forma eius.




De cura curfus lachrymarum acutarum a fistularum ab oculis, Cap. IIII.

Lachrymæ quando sunt assiduæ, & est curfus earum ex uenis quæ sunt super craneum capitis exterius. Et nulla remedium auxilia liuant, aut morbo medentur, & uides faciem infirmam rubere, & sentit in fronte sua deambulationem, sicut est deambulatio formicarum, & oculi eius sunt extenuati, humidi, ita quod iam corrosi sunt pili eorum, & calfactæ sunt palpebræ eorum ex acuitate lachrymarum, tunc antiqui ex cogitarunt hanc morbi curationem, & nominauerunt eam curationem cum ense, & est, ut præcipias infirmo radere pilos, qui sunt in fronte sua, deinde incide in fronte tres fissuras æquidistantes, secundum longitudinem frontis, & sit longitudo fissuræ duo digitorum. Fissura una æquidistans longitudinæ nasi in medio frontis, & secunda secundum longitudinæ parumper à motu lacertorum qui sunt in lachrymali ut uocant, & tertia à parte altera, & caue ab incisione articularum quæ sunt in duobus, & remoue manum tuam à continuatione duarum mandibularum, & sit spacium omnis incisionis quantitas trium digitorum coniunctorum, & sit tibi frustum spogæ præparatum, aut panni siccati multi cum quibus exices sanguinem, deinde intromite spatiumle duarum acutarum extremitatum, cuius hæc est forma.



ab incisione

ab incisione quæ est à parte temporis usque ad incisionem secundam, & ex coria eo totam cutem quæ est inter duas incisiones cum siphac, quod est super os, deinde fac illud etiam ab incisione usque ad incisionem secundam, deinde extrahere hoc spatium, & intromite in incisionem primam iterum instrumentum aliud, quod nominatur cultellare acutum ab ima parte, leuane, non acutum ab altera, & hæc est forma eius.



Et pone latus eius acutum uersus carnem annexam cuti, & latus eius lenè uersus os, & impelle ipsum donec perueniat ad fissuram mediam, & abscindet eum omnia uasa quæ descendunt à capite ad oculos, præter quod continuetur incisionem usque ad illud quod apparet de cute, deinde fac illud in fissura media usque in fissuram aliam. Et postquam effluit ex sanguine quantitas æqualis, obstrue loca ex frustis sanguinis coagulati, deinde pone in quamlibet fissuram licinium ex toto ueteri, & pone super eas puluillos imbutos uino & oleo, aut aceto. Et caue ne accidat apostema calidum. Et in die tertio solve ligamentum, & administra infusionem multam cum aqua tepida, deinde cura illud ex ungento basilico, cum oleo rosato, & reliquis quibus curantur uulnera, usquequo sanetur.

De cura lachrymarum et cataractorum ad oculos ex interioribus

capitis, Caput V.

Cataracti acuti, acres, assidui, quando accidunt alicui, & uides oculos eius attenuatos & paruos, & iam est eorum lumen offensum & debilitatum, & palpebræ ulceratæ, caduntque pili ex eis, & in profundo capitis est dolor acutus, lædens, & sternutatio frequens, tunc scies ex istis accidentibus quod illæ materiæ & cataracti ueniunt ex uenis multatis. Ad hunc morbum nulla est potior curatio quam ut præcipias infirmo radere frontem suam, deinde incide in ea fissuram unam in medio frontis, aut altius parumper per latitudinem, & incipe cum fissura à tempore sinistro ad tempus dextrum, & sit incisionem usque ad os, & caue propius admouere manus tuam ad temporum musculos lacertosos, quibus proxime partes mouentur.

tes mouentur. Detecto osse sicca totum sanguinem spongia, tunc separa inter duo labia fissuræ coto ueteri, aut licinijs ex lino, deinde stringe desuper cum puluillis, & imbue puluillo uino & oleo, & cura ne accidat apostema calidum. Et quando soluis illud & uides quod nullum sit periculum apostematis calidi, tunc oportet ut frices omnes donec incipiat ingenerari caro, deinde cura ipsam regimine exiccatione, quod sit carnis generatium, cuius facultatis est hoc compositum ex farina tritici partes duæ, ex colophonia quatuor partes, & præpares ex eis emplastrum, & administretur ad hæc uulnera implenda carne.


De cura eorum que cadunt in aurem, Cap. VI.

Quæ quod in aurem cadit est una quatuor specierum, aut lapis mineralis, aut simile lapidi, sicut ferrum & uitrum, aut est ex planta sicut cicer & faba, aut est res fluxilis sicut aqua & acetum, & illis simile aut animal. Quando ergo cadit in aurē lapis, aut simile lapidi ex eis quæ non augent neque crescunt in aure. Si ergo uides lapidē tunc distilla in eam aliquid ex oleo uiolato, aut sesamino, deinde administra extractione eius, & fac sternutare cōditi, & oppila nares ad aduentū sternutationis, postquam tu posueris in circuitu auris frusta ex pannis, aut lanam, & extendis aurem ad superiora, sæpe enim egreditur hac cura: si autem non egreditur, tunc administra extractionem cum gesti subtilibus, cuius forma hæc est.



Si ergo egreditur est bonum, si non, tunc administra extractionem huius instrumenti adminiculo eius cum uncino cæco quam potest fieri subtilissimo, si ergo non egreditur per illud, tunc fac cannulam ex ære, & intro mitte extremitatem cannulæ in foramen auris, & arcte oppila quod est in circuitu cannulæ cera mollificata oleo, ut non sit uento uia spirituiue aliam quam per cannulā, deinde extrahere eum attractione forti, multotiens enim egreditur hoc modo, si autem non egreditur hac ratione, tunc accipe ex uisco præparato

præparato modicum, quo capiuntur aues, & pone ipsum in extremitate radij, sed prius inuolue super eam cotum deceter positum, deinde intromite ipsum in foramen auris & leniter & diligenter, sed prius exiccata aure ab humiditate. Si ergo non egreditur, adhibitis omnibus, quæ narrauimus, tunc præpara ad findendum antequam accidat apostema calidum, aut spasmus, & modus fissuræ est, ut mittas infirmo sanguinem in primis ex cæphalica, & extrahes sanguinem, pro mensura uirtutis eius. Deinde fac sedere infirmum inter manus tuas & conuerte aurem eius ad superiora & finde fissuram paruam indice auris apud adipem eius in loco depresso ipsius, & sit fissura lunaris figuræ, donec peruenias ad lapidem, deinde aufer eum instrumento quod uidebitur convenientissimum ad extrahendum & apprehendendum lapidem, deinde sue fissuram quamprimū sine omni mora & cura ipsam donec sanetur. Quod si res cadēs in aurem est ex uno granorum quæ crescunt & inflantur, tunc quibus potes modis molire extrahere, si autem extrahi non potest, tunc accipe spatumile, tenuē, subtile, secundum hanc formam.




Et hoc instrumento cōtinue id quod cecidit in aurem, sed non facias illud quando granum iam humectatum est per uaporem auris, donec frustatim cōminueris illud, deinde extrahere ea uncinis, aut gesti subtili, aut cum suctione, sicut diximus: Nā alleuiatur extractio eius. In aqua autē que ingreditur in aurem, oportet ut utatur infirmus sternutatione cum conditi si imprimis, debet autem primo implere aurem suam aliquantulo coto ueteri. Et iaceat super illam aurem in qua est aqua, si ergo egreditur per illud est bene, si non, tunc accipe lapides multos secundum longitudinem digiti, tenues, leues, & calefac eos igne parumper, & intro mitat infirmus eis unum in foramen auris suæ, & saliat super pedem suum unū ex illa parte, & percutiat cum lapide alio super lapidem qui est in aure. Nec cesset facere illud lapide donec egrediatur tota aqua. Est etiam ratio extrahendi aquam, si accipias ex papiro, aut iunco, & intro mitas extremitatem

eius unam in aurem, & accendas extremitatem alteram igne, donec corrumpatur plurimum eius, deinde itera iuncum alium, fac illud multotiens donec egrediatur, & extrahe ipsam cum canula secundum quod præmissum est in lapide. In extractione autem animalis intrantis in eam, si est parvi corporis ut pulex, & ei simile, curam huius dixi in diuisione. Si est magni corporis quod appareat sensui, tunc molire extractionem eius cum gessi & uncinis. Facilius autem hæc ex aure extrahuntur & expediunt, quia si quod durius, non uiuū incidit. In extractione autem uermis generati in aure, quando curas eum eo quod diximus in diuisione, & in tractatu distillationum, & non confert curatio tua, tunc oportet ut aspicias aurem in sole. Si ergo apparet illic aliquid ex uermibus, tunc extrahe ipsum cum gessi, aut cum uncinis subtilibus. Si autem non apparet illic aliquid, tunc accipe cannulam, cuius forma est hæc stricta inferius, ampla superius,



& intramitte extremitatem subtilem in aurem secundum quantitatem quam poterit ferre infirmus, deinde sige suctione forti, fac illud multotiens donec egrediantur omnes uermes. Si autem non sequuntur ut exierant, tunc oppila in circuitu cannulae cera sicut dixi tibi in lapide, quod si non egrediuntur eo quod diximus, tunc tentandæ sunt distillationes, quas iam experti sunt antiqui in interfectione uermium, & inuenies illud in tractatu distillationum, et fiat infusio siue sit oleum, aut alius liquor quem infundis in aurem fiat hoc instrumento, cuius hæc est forma, sicut uides.




Fac ipsum

Fac ipsum ex argento, aut ære inferius strictum, in quo sit foramen paruum, amplum superius. Sit ergo ut impellens quod est in concauitate canulæ ex ære decenter factum. Et si uis, accipe radium & inuolue in extremitate eius cotum in uolutione apta, deinde projice oleum, aut aliquid liquoris generis, quod uis ex istis medicinis, in cannulam in aurem, deinde in tromitte radium cum coto desuper, & exprime ipsum manu tua compressione temperata, donec impleatur oleo concauitas auditus, & sentiat ipsum infirmus interior, & illud quod infunditur in aurem, sit temperate igne calefactum, & caue ne res quæ distillantur in eam frigida ualde sit. Aures enim neruosa partes frigus non ferunt.

De cura oppilationis accidentis auri,

Capitulum VII.

SApe egrediuntur infantes ex utero matrum suarum quorum aures non sunt perforatæ. Et iam accidit etiam quibusdam hominibus oppilatio in meatu auris à uulnere, aut carne nata in ea, & hæc oppilatio quandoque fit in profundo foraminis auris, iam non consequitur uisus, quandoque accidit ad exteriora foraminis, & consequitur eam uisus. Illa ergo quæ accidit in profundo auris, & quam non comprehendit aspectus, est in pluribus dispositionibus difficilis sanationis. Et in illa quam consequitur uisus, oportet ut ponas aurem infirmi in sole & in eam inspicias, tunc si uides oppilationem apparentem, aperi eam spatumile subtili, cuius forma sit hæc.



Sit extremitas eius in qua sit quædam latitudo parua, cuius pars sit alicuta, & reliquum spatumile sit duorum laterum, ut non lædat aurem. Si ergo oppilatio est à carne nata in meatu auris, tunc tene eam uncinis subtilibus, & incide carnem magna diligentia donec auferatur tota. Quod si oppilatio est in profundo auris, accipe radium subtilem lenem, & calefac paruum

E

per ipsum

per ipsum igne, deinde mitte in meatum auris. Si ergo senseris oppilatio-
nem quod homo grauius audiet, molire apertionem eius paulatim &
caute, & caue ne uulneres nervos auris, deinde pone in aurem licinium se-
cundum quantitatem amplitudinis foraminis, sed prius licinium imbue
unguento ægyptiaco, fac illud aliquot diebus, donec sis securus de consoli-
datione uulneris. Aut accipe licinium & imbue aqua rosata, & pulueriza
super ipsum zegi tritum & utere ipso. Quod si uides aurem apostemari,
oportet ut extrahas licinium & coniungas ipsum cum licinio alio quod
inuolues in ceroto, quod sit factum cum oleo rosato, donec sedetur apo-
stema calidum, deinde cura ipsum usquequo sanetur. Si autem accidat fluxus
sanguinis, tunc submerge spongiam aut pannos in aqua frigida, & po-
ne eam super aurem, & utere reliqua curatione prædita facultate sistendi
fluxum sanguinis. Quæ prædicta in tractatu distillationum.

De cura albelil qui accidit in palpebris, Cap. VII.

Isti albelil qui accidit in palpebris oculi, quandoque sunt humidici, &
quandoque sicci, oportet ergo ut teneas eos uncinis, aut simili apto ad
apprehendendum instrumento, & incidas eos spatulili à radicibus
suis, deinde pone super loca zegi tritum. Si autem ex eis fluat sanguis, tunc
cauteriza eos cum cauterio lenticulari subtili. Et cauterizare eos est melius
us post incisionem, multotiens enim redeunt quando remanet extradici-
bus suis aliquid. Et quando cauterizatur igne comburuntur illæ radices,
& non redeunt.

De cura granulium que accidunt in palpebris oculi, Cap. IX.

Multotiens accidit in palpebris aliquid quod assimilatur grandiv-
ni in forma & duritie sua, & propter illud nominatur grado, &
est aggregatio humiditatis crasse in palpebra superiore & in-
feriore. Hoc vitium seu morbum curaturus, necesse est ut consideres an
sit grado procedens in eo quod apparet de palpebra ad omnem partem,
cum sic habet morbus, facilis est curatu. Finde ergo super eum fissura per
latitudinem, deinde excoria eam ab omni parte donec tota soluta sit, dein
de suspende eam uncinis, & absconde. Porro studiose uidendum est ne ex-
coriando

coriando palpebram conuulneres nam hoc sine noimento fieri non po-
test. Quod si fissura est magna, tunc coniunge ipsam sutura & cura donec
sanetur, & si est parua non accidet malum ex ea, ungentum enim reslau-
rat ipsam & incarnat eam. Et si grado est declinans ad interiora auris, aut
uersus superficiem intrinsecam, tunc inuersa palpebram & suspende gran-
dinem uncinis, & incidas, quantum opus est, & preme eam ab omni parte
audacter quæ opus sunt incidendo ad sinistra, nam nullus magni periculi
metus est. Deinde ablue oculum post incisionem grandinis aqua falsa, &
cura locum eo quod incarnat, donec sanetur infirmus.

De cura axirnach que accidit in palpebra oculi superiori, Caput X.

Axirnach est adeps qui generatur in tunica palpebræ superioris,
& plurimum quidem accidit illud pueris. Hoc malum grauat o-
culos eorum, & accidunt eis catarhi post somnum matutino tem-
pore, & non possunt intueri lumen solis, propterea quod lachrymæ cau-
dant in eos. Et propterea est uidere eos dicumbere & dormire super faci-
es suas semper, & sunt palpebræ eorum sub supercilij humidæ, & inflatæ.
Eminentia quidem axirnach apparet in oculo, & quando premis locum
digitis tuis sentis axirnach inter eos. Modus hoc malum curandi est, ut po-
nat infirmus caput suum in sinu tuo, deinde accipe pannum lini & præpa-
ra ex eo licinium, & fac ex illo licinio circum tantum ut possit continere
axirnach ab omni parte, ut comprehendatur axirnach in medio circuli,
deinde finde in medio illius humiditatis spatulili in medio incidente fis-
suram per latitudinem, & non sit fissura maior fissura quæ sit in phlebo-
tomia. In profundo autem oportet ut findas cutim totam donec perue-
nias ad axirnach. In pluribus enim dispositionibus procedit axirnach ex
fissura secundum formam frusti pinguedinis albæ, & extrahere ergo eam
cum panno quem infiltrasti inter digitos duos ad exteriora, & reuoluis
manum tuam ad dexteram & sinistram, donec dispergatur. Et caue ne
addas in fissura ut non perueniat spatulili ad oculum & lædas eum. Si au-
tem non apparet tibi axirnach in principio fissuræ ut addas in fissura pa-
rum cum cautione donec procedat axirnach, deinde extrahere eam, sicut
diximus, deinde submerge panos in aceto & aqua, & pone eos super locum
E 4 & stringe

& stringe eum cum puluillis. Et sunt qui terunt salem, & ponunt ipsum in concavitate fissuræ ut liquefiat quod remansit ex illa humiditate, deinde cura ipsum donec sanetur. Si autem accidat in loco apostema calidum, curabis ipsam cum emplastris sedatiuis, donec sanetur.

De modis ataxmir oculi. Cap. XI.

Qvando nascuntur in palpebris oculi præter naturam pili sub pilis naturalibus & antiquantur, tunc ipsi nocent oculo, & faciunt accidere modos ægritudinum sicut lachrymas assidas, & molificationem palpebrarum & albuginem. Et hoc malum sæpeniù maturè auxilium ferat, perdit totum oculum. Ataxmir quidem oculi fit secundum quatuor modos. Aut per cauterium cum igne, aut cum medicina acuta, sicut diximus supra cum egimus de ratione cauterij, aut fit ataxmir per incisionem & suturam, aut per cannas, quemadmodum dicam. Oportet ut ponas caput infirmi in sinu tuo, deinde conuerte palpebram oculi manu tua sinistra, si ergo conuertitur bene est, & si non, intro mitte acum in eam in qua sit filum ab inferiori parte palpebræ, & fac penetrare acum cum filo desuper: & sit illud prope pilos ipsos, & trahe filum ad superiora cum palpebra & conuerte eam cum radio, deinde sinde in interiori parte palpebræ sub pilis qui præter naturam adnati sunt spatium si incidente à lachrymali maiore usque ad lachrymale minus, sic enim medicorum vulgus hoc tempore uocat. Deinde extrahe filum & pone sub palpebra puluillum paruum ex coto, aut panno, deinde signa super palpebram cum encaulso, quod sit sicut figura solij myrti. Veruntamen oportet ut sit figura secundum quantitatem partium affectarum, quæ multum magnitudine in hominibus uariant. Sunt enim qui indigent ut incidatur ex palpebra quantitas magna secundum quantitatem qua mollificatur palpebra. Deinde sinde spatium super duas lineas quas signasti, incipe à lachrymali maiore usque ad lachrymale minus, ut sit fissura una prope pilos naturales, sicut est crassitudo radij, deinde intro mitte uncinum in unum duorum angulorum cutis, deinde excoria ipsam totam, deinde coniunge cum sutura duo labia acu & filo subtili, & absterge sanguinem, effice ut adhæreat quod superfluit ex filis super duo supercilia, hoc fiet quibusdam rebus inuiscantibus. Non tamen necesse est, ut hoc facias, nam etiam si omiseris, nihil magni aut necessarij negliges, potes enim suturam confutam

confutam permittere clausam usque ad tres dies, aut quatuor, postea curare illud, & si uis permittes uulnus absque sutura, cura ipsum eo quod exiccat & constringat. Nam palpebra eleuatur apud coniunctionem uulneris suturam eius, sed sutura est melior. Hunc ergo ataxmir dixerunt antiqui: Hæc medendi ratio est tuta nec constituitur infirmus in ullo periculo. Et est modus alius ataxmir, nempe ut signes super palpebram figuram quæ sit sicut figura solij myrti sicut narrauimus, deinde eleua palpebram cum tribus uncinis, separa aut collige secundum hanc formam,



Deinde incide quod superfluit cum forcibus paruis, secundum hanc formam, in cisione æquali.




Si autem non est tibi possibile tenere uncinos & non æquatur illud, tunc accipe acum in qua sit filum & intro mitte ipsam in medio figuræ, & intro mitte filum aliud prope lachrymale maius, & filum secundum prope lachrymale minus, & inter digitos duos fila cum æqualitate, deinde eleua manum tuam eleuatione æquali, & leua cutem super quam est signatum totam, sicut narrauimus, deinde coniunge duo labia uulneris cum sutura, & cura ipsum, donec sanetur. Si uero accidat apostema iuxta incisionem, aut fissuram tuam, sed illud apostema cum ceroto, & ei similibus ex ungentis sedantibus, & quandoque accidit palpebræ ut conuertantur pili eius. Oportet ergo

tergo ut utaris in ea eo quod diximus de incisione, sed sutura in utriusque est magis artificialis.

Ataxmir cum cannis & ataxmir sine cannis.

HAcratione medicaturus oportet ut conuertas palpebram & sinus fissura in interiore parte modo quo narraui, deinde artificiosè fac duo ligna subtilia quorum longitudo sit secundum longitudinem palpebræ, & latitudo eorum sit minor latitudine spatumilis. Postquam igitur incidisti in extremitatibus utriusque ab utriusque partibus, accipe filum, deinde coniunge utrunque subtiliter quod superfluit ex palpebra oculi, & stringe duas cannas ab utriusque partibus strictura forti, & permisce eam diebus aliquod. Cutis enim stricta morietur & denigrabitur, & putrefiet donec cadat. Si uero diutius hæret & non cadit tunc incide forficibus, deinde cura eam donec sanetur. Cum ergo consolidatur, eleuatur palpebra, & non pungunt pili. Et hæc est forma duarum cannarum quas facies secundum hanc figuram, & hanc quantitatem in longitudine & latitudine.



De eluditione pilorum pungentium in oculo que acu fit, quum est tantum unus, & alter pilus uel cerie non multo plures, Cap. XII.

Operatio in illo est, ut accipias acum subtilē & intromittas in eam filum ex seta subtili, deinde coniunge extremitates eius & colliges utranque nodo subtili ualde, & sit longitudo filorum palmus, deinde compone in alinxotati filum aliud subtile sub eo, & nota extremitates eius, deinde ponat infirmus caput suum in sinu tuo & sit ad solem ut clare uideas, quoniam est operatio subtilis & ob exilitatem uisum ferme fugies, deinde intromitte acum cum alinxotati in radicē palpebræ, & fac eam penetrare palpebram festinanter donec extrahas eam super pilum naturalem, deinde trahere ipsum usque supra alinxotati, & intromitte in alinxotati illum pilum, si est unus aut alter, aut paulo plures, deinde trahere manum tuam cum eo donec egrediatur pilus cum alinxotati in palpebra

pebra cum pilo naturali. Si autem trahatur alinxotati & non egrediatur pilus, contrahas alinxotati ad inferiora cum filo quod tu posuisti in ea donec egrediatur alinxotati ex foramine superiore, et uideas eam clare, tunc enim extrahas alinxotati, & filum, & extrahere utraque, & claude oculum, & dimitte ipsum clausum duobus diebus, aut tribus, donec adhareat pilus loco suo, & nascatur super ipsum caro. Quod si pilus est breuis, tunc aut affocia ei pilum longum ex pilis naturalibus, ut eleuetur cum eo, aut dimitte ipsum donec elongetur post temporis spacium, & ubi creuerit eleua ipsum.

De cura atarfatii que accidit palpebre superiori, Cap. XIII.


Quando accidit in oculo atarfati, nominatur leporina, & est hæc atarfati, aut naturalis, aut accidentalis. Accidentalisis fit ex consolidatione uulneris, aut sectionis, aut cauterij, & similia illis. Et modus curadi eam est, ut tu findas illam consolidationē, & ut separet labia eius, & ponas inter media ea spacia licinium ex lino, & liges ea donec sanetur, & non oportet ut utaris in curatione eius rebus quæ exiccant & confringunt. Nam si tu facis illud redit atarfati deterior quæ fuit, imò utere eam medicamentis quæ prædita sunt facultate mollificandi sicut foenumgræcum, & embroca aqua in qua decocta sit althæa, & setamen lini, & ungentum diachilon, quod liquefactum sit in aliquo ex oleis, & imbue eo licinium, & hac materia curabis, sit autem tibiscopus curatio nis, ut coneris omni studio ut non consolidetur. Fiatque malum quale fuit ante curam, aut etiam deterius. Et hæc quidem cura quam diximus, est tantum quædam rectificatio atarfati, non ut penitus tollatur & pars ea profus reddatur ut sana erat.

De cura atarfati que fit in palpebra inferiori, Cap. XIII.

Hæc atarfati quæ fit in inferiore palpebra, est quæ uere nominatur atarfati, & est naturalis & accidentalis, accidentalisis fit ex uulnere, aut fissura, aut cauterio, & illis similibus, & modus curandæ eam est, ut accipias acum in qua sit filum duplum, & figas eam in carnem, & facias eam penetrare à lachrymali sinistro usque ad lachrymale dextrum, donec perueniat filum in duabus extremitatibus carnis, deinde extende carnem ad superiora acu, & incide eam cum spatumili lato. Si ergo redit figura palpebræ ad suam naturam, est bonum, & si non, accipe radiū & pone ipsum in fissuram & conuerte

De incisione unguis & emincitiae carnis lachrymarum, Cap. XVI.

SCias quod unguis est secundum duos modos, aut est nervosa, & est similis siphac duro subtili, aut est nervosa similis humiditati conge late albæ, quæ quando tangit eum ferrum, aut conaris accipere un cino eam, absconditur, & non figitur in ea uncinus. Et utraq; species non in cipunt nisi à lachrymali maiore usquequo serpat paulatim donec cooperi at oculum, & prohibeat usum & motum oculi. Et modus operandi in incisione est, ut infirmus ponat caput suum in sinu tuo, & aperi oculos eius, & eleua palpebram manu tua, deinde collige unguis uncinis subtili, & extende eam ad superiora, deinde accipe acum & intramitte in eam pilum expilis equi, aut uaccæ, uel bouis, & filum forte, & duplica extremitatem acus parumper, & fige eam in medio unguis, & penetra eam acu, & liga filo unguis, & extende eam ad superiora, & excoria latus unguis quod proximum est pupillæ, ac si tu ferres eam pilo usque ad postremum eius. Deinde incide residuum in radice lachrymalis spatium subtili, aut forsi cibus paruis, & dimitte carnem lachrymalis naturalē, ut non accidat ex incisione eius fluor lachrymarum assiduus. Et quandoq; extenditur unguis la uncinis solo, aut sicut diximus, deinde excoriat spatium, cuius hæc est forma.



Et caue ne tangat spatium tunica corneam, & accidat in ea ruptur ra, & perforetur pupilla. Post incisionem injice in oculum aliquid salis cõ triti, aut ex sieffacto ex ziniar, & dimitte ipsum usq; ad diem aliū, deinde cura ipsum medicamentis quibus oportet, usquequo sanetur. Quod si un gula est non nervosa & nõ potest intramitti in eam acus neq; figitur in ea uncinus, tunc multotiens curatur hæc species unguis medicinis, & sanatur, sicut narraui in diuisione. Quod si uis incidere eam, tunc aperi oculū infirmi, & accipe spatium subtili & non ualde acutum, secundum hanc formam.

F Et rade

& conuerte eo palpebram, & fide duas fissuras in latere interiore palpebræ, & sint extremitates duarum fissurarum ex duobus angulis incisionis donec cõcurrunt, & ex eis angulis quando cõiunguntur, fiat figura talis,




que est litera A græca. Deinde aufer illam carnem, quod est latus eius acutum inferius ab eo quod sequitur palpebram, deinde cura eas sicut diximus de medicinis mollificantibus & lincinis, donec sanentur. Et si atarfacti accidit ex fissura & sutura, aut cauterio, tunc oportet ut findas fissura plana sub pilis palpebrarum, ratione quæ diximus, dein separa inter duobus licinio eo modo sicut dictum est. Summa sermonis de cura atarfacti, si ue sit superius, siue inferius, est ut accommodet medicus curam omnem ad quantitatem & formam atarfacti. Ipsa namq; est multarum diuersitatum in forma, & atarfactus prudens præparet & excogitet modum quocunq; est possibile ei, donec redire faciat figuram ad formam naturalem, aut quæ proximè accedat ad naturalem. Et ipsemet infirmus respiciendus est, quid cõueniat ei ex operatione & instrumentis in plurimis dispositionibus.

De adherentia palpebræ oculi conuincitiae, aut corneæ, Cap. XV.

Accidit hæc consolidatio multis hominibus ita ut consolidetur palpebra superior cum albedine oculi, & impediatur natura, & prohibeat eum ab operationibus suis naturalibus. Oportet ergo ut intramittas extremitatem radij sub palpebra, & eleues eam sursum, aut extendas eam uncinis, deinde incide ea quæ adnatæ sunt spatium subtili, quod sit acutum imò sit obtusum parumper, ut non inquietetur infirmus incidendo, & remoueat spatium leue lædat oculum, & ita leniter & suspensa manu incidas, quasi tu excories illam adhaerentiam, donec redeat palpebra ad formam suam naturalem ademptis ritè omnibus præter naturam adnatis, funde tunc in oculum aquam salis, qua abluat ipsum, aut distilla in ipsum ex sieffacto ex ziniar dissoluto cum aqua, deinde separa inter palpebram & oculum licinio lini, & pone super oculum lanam insulam albumi ne oui, & post diem tertium utere sieff & consolidatiuis, donec sanetur.

De incisione



Et rade unguam racione molliore. Quod si uides quod ipsa rarificatur & confringitur & imprimuntur in eam ratio, tunc distilla statim in oculum ex sieff facto ex ziniar, aut ex sieff rubeo, aut sale trito, & oppila oculum usq; ad diem alium, deinde itera eandem radendo curam, donec remoueat totum eius. Nisi contrarium sit tibi in oculo apostema calidū, tunc enim oportet omittere ipsam, & cura omnis adhibēda est apostema ti, donec sanetur apostemate persanato, tum demum est redeundum ad ipsam, donec sanetur. Et eminentia autem carnis lachrymalis, si nocet in oculo nocumēto magno, suspendatur uncino & incide ex ea partem eius, & ne radicitus coneris excindere, ut non accidat fluxus lachrymarum, deinde distilla in lachrymale sieff rubeū, aut factū ex ziniar donec sanetur.

De incisione alguardenici quod nascitur carne addita in oculo, Cap. XVII.

NAscitur quandoque in quibusdam oculis hominum caro rubea composita, uel superposita, donec cooperiat pupillam, aut saltem propinquitate lædit functionē eius, aut stringit palpebras, & sæpe conuertit palpebras ad exteriora, & assimilatur rose balauftiæ. Medendi ratio in hoc malo est, ut ponat infirmus caput suum in sinu tuo, deinde aperi oculos eius & collige illam totam uncinis cōuenientibus ad illud, & tene illud cum forcipe uno, aut gestu, deinde incide carnem in primis, donec finiatur illud totū eius incisorio, & caue ab oculo ut non lædas ipsum, nam facile offenditur grauitur. Et fiat incisio perite & artificiose spatuli quod narrauimus in incisione unguæ, aut forcibus paruis, quibus colligitur à sebel. Quæ à nobis in sequētibus explicabuntur, completa erit incisione & remota tota alguardenici, tunc imple oculum ex sale cōtrito, aut distilla in eum puluerem rubeum, & similia: & utere medicinis corrosiuis, & pone super oculum foris cotā cum albumine oui, ne phlegmonē, aut apostema calidū accidat. Quod si remanet ex alguardenici aliqd, & confluit ad locum affectū, & est phlegmones periculū sanguis calidus, timesq; apostema calidū, tunc cura ipsum cum eo quod sedat & prohibet apostema, deinde & redi ad curā priorem, nec prius iterare cesses, donec sanet. Et similiter fac cum carne addita quæ accidit in oculo ex hac specie. Veruntamen

Veruntamen oportet ut cautus & religiosus sis in curatione oculi, debile enim est membrum & minime difficiliorum medicamentorum patiens. Et in uniuersum, si me audis, non admovebis manum ulli morbo aut mēbro nisi uideas quod illud membrum est tollerans medicamentorum & tractationis quibus opus est in curando.

De colligenda sebel ex oculo, Cap. XVIII.

Sebel sunt uenæ rubæ quæ textūtur super oculum, & prohibēt uisui operationem suam, & debilitat oculum ubi malum inualuerit. Necesse est ergo in primis ut consideres, an oculus in quo est sebel est fortis, & non est in eo ægritudo alia præter sebel, ergo tunc collige sebel eius. Et præcipias infirmo ut ponat caput suum in sinu tuo, deinde suspende de illas uenas uno uncino, aut duobus quot necassarios esse iudicabis, & uncinus non sit subtilis prorsus. Hæc est eius forma.




Aut duo uncini gradatim in uno corpore secundum hanc formam.



Deinde collige diligēter forcibus subtilibus illas uenas & absterge sanguinem quoties necesse fuerit, donec uideas illas uenas remoueri ex oculo, & resoluntur, & caue ne lædas oculum extremitate spatulæ. Et hæc administranda sunt in meridie ad lumen solis. Et sis cautus ualde, in his tractandis, studeasq; diligenter ut ne erret manus tua, ut non incidas nisi illas uenas. Et omnibus his recte administratis distilla in oculum sieff uiride, aut rubeum, ut sua acuitate corrodat quod remanet ex sebel. Si autem non est tibi possibile colligere illud totum simul uno tempore, tunc em plastrum oculum eo quod sedat dolorem oculi, & dimitte ipsum aliquot diebus donec sedet dolor eius, & caueat ne aut phlegmone accidat, aut si in

uasit, curetur. Deinde itera priorem curam secundum modum eundem, donec sanetur, & hæc est forma forficis.




De reductione acrium ad nasum,

Cap.

XXI.

Nominant medici arillati fistulam quæ curanda est cauterio, aut medicina acuta cõburente, quæ ad modum in superioribus à nobis est explicatã. Si ergo ea cura non sanatur, tunc non est alia curandi ratio, nisi ut findas apostema maturum, & extrahas totam humiditatem quæ est in eo, ut pus, donec detegatur os. Cum ergo detegitur os, & uides in eo corruptionem aut nigredinẽ, tunc rade ipsum cum instrumẽto, cuius forma est hæc, & nominatur asperi capitis.



Fiat ex ferro indo, & sit caput eius rotundũ sicut azir, quod sit punctatum punctatione lunæ, aut punctatione subtili, & pone ipsum super locum corruptum ossis, deinde reuolue ipsum inter digitos tuos, & preme manũ tuam parumper donec scias quod illa corruptio iam rasa est, & fac illud aliquoties, deinde resaura locum medicinis exiccatisis sripticis. Si ergo consolidatur locus & nascitur in ea caro, & absconditur cursus saniei, & remanet quadraginta diebus & non renouatur, neque apostematatur, & non accidit in eo accidens, tunc scias quod iam sanatus est, & si non, tunc non est alia ratio curandi hoc malum, nisi ut reducatur fistula ad foramen nasi, secundum hanc formam. Et ut detegatur ab osse secundo ferro, aut medicina acuta, & cum detectum est os,

tunc accipe terebrum secundum hanc formam.

Sit extremitas



Sit extremitas ferrea triangulata, & lignum eius sit piramis extenuatã usq; ad extremitatẽ, sicut uides, & deinde pone illud super os ipsum, & sit illud prope lachrymale & amoue manũ tuã ab oculo quantũ fieri potest, deinde reuolue manum tuam cum terebro donec penetret os, & sentiat illud infirmus, per hæc quod sentit unctum exire ex eo, quando tenet manum suam super nasum suum, ergo tũc resaura locum medicinis sripticis exiccantibus, sicut docuisti, tum ergo nascit caro & induratur locus, tunc materia quæ effundebatur ad exteriora redit ad nasum, est ergo infirmo illud leuius latu.

De reductione eminentie oculi,

Cap.

XX.

Vando eminent oculi totus omnibus partibus, & non accidit in usũ nocuentũ neq; diminutio, tunc oportet ut soluas infirmũ, deinde phlebotomes eum, postea pone uentosas in ceruicẽ absque scarificatione & suge suctione, deinde pone super oculum limentũ, quod sit ex acatia, aloẽ & olibano, & sarco colla. Post stringe oculum puluillis multis imposito prius emplastro. Et modus puluillorum est, ut accipias pannos lenes multos, & alij super alios ponatur, quot iudicabis opus esse ad oculum, deinde stringe ipsos pannos strictura forti, & itera uentosas cum sectione sua, & scarificatione, deinde aufer uentosas & per mitte oculum strictum die & nocte. Si autem ligamentum interim mollificatur, tunc oportet ut stringatur multum, deinde aufer ligamentum post diem & noctem, sicut diximus. Si ergo uides oculum iam rediisse, est bonum, & si non, tunc itera emplastrum & puluillos, & stricturam, & uentosas, donec sanetur.

De incisione uuee,

Cap.

XXI.

Vado accidit disruptio in tunica uuea, deinde eminent & proccedit extra palpebras sicut granum uuee, & ab inferiori ad superiorem partem. Intromitte acum in qua sit filum duplum à parte lachrymali, & fac eam penetrare, & dimitte acum se

F

5

cundum

cū dū dispositionem suam, deinde incide locum, & liga filo partem uuae in circuitu a cus, & stringe eam multum, deinde extrahe a cum & pone super oculum lanam insulam albumine oui, & finito sic donec cadat filum cum uua, deinde cura oculum eo quod confortet ipsum donec sanetur uulnus, & quandoque stringitur uua ab omni parte circulo ex panno donec oculus multum prominat, deinde perforetur spatulili quod perueniat ad profundū oculi, & effluat humiditas albuginea, & oculus redeat in locum suum & naturalem statum, deinde stringe eam donec sanetur.

De curatione alcomnati, Cap. XXII.


Hæc ægritudo quæ nominatur alcomnati, nihil aliud est nisi sanies quæ congregatur in oculo similibus aquæ descendenti. Hoc modo curatur. Iube sedere infirmum super sedem præparatam, deinde figatur, si effluet sanies, & oculus recipiet lumen suum naturale illud sum, bene habet. Si autem peccans materia non effluet præparatur descensus saniei eo quod diximus, tunc fac sedere infirmum inter manus tuas, deinde accipe spatulile subtile & fin de panniculum corneum paruum per iuxta continuationem coniuncturæ cum tunica cornea in corona donec egrediatur sanies. Cum ergo egreditur, distilla in oculum aquam calidam in qua miscuisti mel, aut aquam in qua senugræcum & mel incocta sunt, deinde curretur reliqua curatione.

De cura aque descendenti in oculum, Cap. XXIII.

Iam diximus species aquæ in diuisione, & quæ remediorum auxilia cuiusque speciei conueniant. Nunc quod reliquum est, paucis addamus. Oportet igitur sedere infirmum inter manus tuas quadratum oppositum lumini ad solem, & liga oculum eius sanum, stringeque eum ualde, deinde palpebram oculi eius manu tua sinistra, si oculus in quo est aqua, est oculus sinister, aut manu tua dextra, si oculus est dexter, deinde accipe manu dextra almagda, si oculus est sinister, aut manu tua dextra, si oculus est dexter, deinde pone extremitatem almagda prope coronam per spissitudinem radij in ipsa albedine oculi à parte lachrymalis minoris, deinde impelle almagda ualidius, & tu reuolues cum eo manum tuam donec penetret in albugine oculi, & sentias quod almagda iam peruenit

ad rem

ad rem uacuam, & oportet ut sit mēsurā itineris almagda ad profundum, mēsurā spacij quod est à pupilla usque ad finē nigredinis, & est corona oculi. Videbis enim os in ipsa pupilla propter claritatem tunicæ corneæ, deinde pone almagda usque ad locum in quo est aqua, deinde preme quoties uidebitur opus esse ipsum inferius. Si ergo descendit aqua statim, tunc infirmus sentit illud quod operit uisum suum statim, & almagda in oculo quiet sciat paululum. Si ergo ascendat aqua, eodem instrumento conare educere. Quando figitur & non ascendit, tunc extrahe almagda leniter, & tunc reuoluis cum eo manum tuam paulatim, deinde dissolue in aqua aliquid ex sale claro gemæ, & abluo e oculo intus, deinde pone extra oculum totam stuppam, aut lanam insulam oleo rosato, & albugine oui, & ligatum eo oculum sanum. Nos autem & illi qui sunt nostri temporis ponimus super eum cyminum in albumine oui, quod si instrumentum illud non potest in oculum intrudi facile sine uolentia, ut non aliquid uiolens, propter oculi duritiem, si ex hominibus est cuius oculus est durus ualde, tunc oportet ut accipias spatulile quod nominat alberid, cuius hæc est forma.



Perfora ergo ipso eam duriciē tantum. Noli autem altiore foramine perforare, sed facias uiam ad almagda, de quo diximus, & ubi omnia artificiose magis que industria feceris, præparetur infirmo lectus aptè factus in quo dormiat super dorsum suum in domo tenebrosa, & prohibeatur ab omnibus motibus, & à tussi, & præscribe cibum ei quo lenitur natura eius, & non moueat caput suum dextra, neque sinistra omnino, & sit ligamentum secundum dispositionem suam usque ad diem tertium, deinde solue illud in domo tenebrosa & experire uisum eius, & propone illi res uideandas, deinde reduc ligamentum usque ad diem septimum. Et non oportet ut facias illud post incisionem & curā statim. Oportet enim omnibus modis operam dare ut quietescat oculus. Si autem accidat apostema calidum, tunc oportet ut soluas oculum ante septimum, & rectifica eum medicamento quod sedat apostema, donec sedatur, tunc ligaturam arctior rem solue, & pone super faciem eius oralem quo tegantur oculi eius diebus aliquot, ipso existente in illa domo tenebrosa, deinde egrediatur à domo

F 4 gradatim

gradatim & paulatim rursus assuefaciat oculos claram lucem uidere, nam repentinam mutationem non ferent. Est autem periculosa hæc cura, & raro respondet, quare non est temerè tentanda. Et iam quidem peruenit ad nos de quodam ex illis qui sunt de alayrach, quia dixit quod factum fuit in alayrach magdaham perforatum quo fugit aqua. Verum ego non uidi aliquem in terra nostra qui fecerit illud, neque legi illud in aliquo ex libris antiquorum & est possibile ut sit illud nouum, & istæ sunt formæ specierum magdaham.



Fiant formæ prædictæ ex ære, & sint extremitates earū subtiles, sit triū angulata extremitas acuta.

De cura carnis nate in naso, Cap. XXVIII.

Vando nascunt in naso carnes diuersæ auctæ, ex quibus est aliud quid quod assimilatur scorpionum multorum pedū, & ex eo est caro cæcerosa, lapidea, fusci coloris, & ex ea est quæ est caro lenis non fusci coloris. In ea ergo quæ ex istis carnibus est lenis non fraudulenta neque cancerosa, oportet ut facias sedere infirmū inter manus tuas oppositū fori, & aperi nares eius & injice uncinum in illas carnes, deinde trahere eos ad exteriora, mox incide, quod cōprehendisti ex eis spatiumli subtili a cuto à parte una, donec scias quod caro tota iam ablata est, & si remanet ex ea aliud quid cuius abscisio non est possibilis, tunc rade illud uno instrumentorum subtiliū, sed hic magna subtilitate & cura opus est, oportet aut raderè do nec nihil omnino remaneat ex eo. Si autē dominatur sanguis, aut accidat a possema calidū, tunc ad illa mala tollenda facias quod oportet, aut est ex a possematib. malignis, tūc ppera & abscindat sanguis, & auferant omnes carnes, deinde injiciat in nasum, post incisionē, acetū & aqua, aut uinū. Si autem aperitur nasus & procedit ex eo humiditas usque ad palatum, tunc scias quia iam est sanus. Si uero non penetrat humiditas secundum quod oportet, tunc scias quod intra ipsum est caro nata in superioribus ossibus naris ad quæ non peruenit cum incisione instrumentum. Tunc ergo oportet ut

ter ut intronititas filum lini cui sit quedam crassitudo & noda in eo nodos multos, & pone inter omnem nodum quantitatem digiti, aut minus, & in firmus mitat extremitatem filii unam in nasum cum radio, aut cum quo possibile est ei, postquam fecerit ipsum simile azir, & trahat odoratum suum donec perueniat ad nasum & egrediatur super guttur suum. Et multo tiens quidem faciunt simile huic actioni pueri in scholis, & est res facilis, deinde pone duas extremitates filii, & extremitatem unam quæ egreditur super nasum & alterā quæ remansit in naso, deinde administra serraturam carnis cum nodis qui sunt in filo, fac illud donec scias quod carnes iā sunt attritæ nodis filii, deinde extrahere filum, & pone in nasum, post absterionē sanguinis, licinium quod imbuisti ungento ægyptiaco, fac illud tribus diebus, aut plus donec ungentū corrodatur totū, & nihil remaneat ex adnatis præter naturam carnibus, deinde postremo pone in nasum cannulam de plumbo diebus aliquot donec sanetur. Si autē indiges curatione quæ excidet, utere illa. Et hæc est forma instrumenti



ad caput purgium faciendum, cum qua distillantur olea & medicing in nasum, fac ex argento, aut ære quod sit simile lampadi parue apertum sicut cōchula & meatus eius similiter. Potes quoque facere cannulā clausam sicut canna, & conclula instrumenti ad caput purgii faciendū sit plana detecta, cui sit manubrium in extremitate quo teneas ipsam quādo calefacis in ea oleum, aut quoduis ex succis, & liquoribus.

De theli natis in extremitate nasi, Cap. XXV.

Mltoties nascitur in extremitate nasi theli, & magnificat, & augmentat tēporis pgressu donec fœdus sit aspectus eius, & propterea oportet ut incidas illud in principio, cum primum apparet, & tollendū est radicitus, deinde pone super locum, aut cauterium, aut medicinā comburentē quæ est loco eius. Si autē non occurrat in principio creticū uitio, auctūq; iā curandū est, tunc considera quale sit, si est lapideū, durū, fusci coloris, pauci sensus, tunc non tangas ipsum ferro, quia est apostema cæcerosum. Sæpissime em̄ quū incidit huiusmodi apostema, accidit

ex eo

ex eo mala & incōmoda magna qui ipsum habebat, & si apoplema est ualde sensibile non fusci coloris, & animaduertis quod possit recte totum incidit, tūc euacua infirmum, & incide ipsum audacter & absq; pauore, & cura locum eo quod exiccat & constringit, donec sanetur.

De futura nasi, labij, & auris quando soluitur continuatio à uulnere, aut similibus, Cap. XXVI.

SCias quod quando accidit solutio cōtinuitatis in una harum cartilaginosarum partium parum confert in ea curatio, hæ enim partes non facile cōeunt nisi in admodum paucis hominibus. Oportet ergo quando accidit alicui aliquid ex illis, ut consideres si est uulnus recens cum sanguine suo, & tunc conliga labia uulneris diligenter futura, deinde cura ipsum, donec sanetur. Et si solutionis continuatis labia iam separata sunt, & facta est una quæq; pars sana obducta utriusq; partis cicatrice, tūc oportet ut excories utramq; partē à cute sua apparetē donec sanguinet, deinde coniunge labia futura & stringe ea, & pulueriza super ea sanguinē draconis & olibanum, frica, & pone super pulueris frustum emplastrū dia phœnicon & alicuius alterius ex emplastris consolidatiuis, & per mitte ipsum ligatū duobus diebus, aut tribus, deinde solue ipsum & cura ipsum ungento, donec sanetur. Modus autem futuræ est ut coniungas solutionē continuatis aut acubus, sicut narrauimus in futura uentris, aut coniunge solutionem filo, sicut declarauimus.

De extratione nodorum qui accidunt in utroq; labio, Cap. XXVII.

Multis hominibus plerunq; accidunt in interioribus labiorū suorū apoplemata similia granis erui, & quedā eorum maiora, nonnulla minora. Ergo oportet ut conuertas labiū & findas omnes nodos eius, & suspēdas eas uncino, & incidas ipsos ab omni parte, deinde impleas locū post incisionē zegi trito donec abscondat sanguis, deinde colluat cū aceto & curet locus eo in quo est stipticitas, usq; quo sanet.


De incisione carnis additæ præter naturam in gingiua, Cap. XXVIII.

Multotiens nascit super gingiuā caro non naturalis, quā antiqui nomināt abulūss. oportet ergo ut suspendas eam uncino, aut tenas eam forficibus & incidas eam ad radicē, & permittas sanam effluere aut sanguinē, deinde pone super locū zegi tritū, aut alios pulueres stipticos exiccatiuos. Quod si redit illa caro post curationem, nam multotiens redit tunc incide eam secundo & cauteriza ipsam, ipsa namq; non redit post cauterium.

Derasione

De rasione dentium cum ferro, Cap. XXIX.

Vandog; enascuntur in superficiebus dentium ab interiori parte & exteriori, & inter gingiuas cortices asperi turpes, & quod denigratur, & fiunt citrini & uirides, donec perueniat ex illo corruptio ad gingiuam, & sedi fiunt dentes propter illud. Oportet ergo ut iubeas sedere infirmum inter manus tuas & caput ponere in sinu tuo, & rade molam & dentem in quo apparent tibi cortices, & res similes arenæ, donec nihil remaneat ex eis. Et similiter fac de nigredine, uiriditate, citrinitate & alijs, donec mundentur. Si ergo auferatur quod in eis est à principio rasonis, bonum est, & si non, hinc iteranda ratio est sepius donec cōsequaris optatū finem, & immundicia illa penitus eradicetur. Et scias quod dens indiget rasijs diuersarum formarum, multarumq; figurarum, propterea quod rasiū quo raditur dens ab interiori parte est aliud à rasiū quo radit inter dētes, uarias em formas rasiū postulant multiplices angustix & anguli inter dētes. Et iste formæ rasiū sunt apud te præparate.




De eradicatione dentium, Caput XXX.

Oportet dentium dolores qui propter neruofas quibus reguntur membranas, intolerabiles sæpe accidit, curēs magna indulsitria, & uenias tarde ad eradicationem dentis, non enim in maioribus natu cum eradicantur denuo cresunt, uel certe rarissime, quam igitur si potest seruandi sunt dentes & non tollendi. Cum autem doloris magnitudo, maior cauitas corruptioe, cogit radicitus dentē tollere, etiam atq; etiam

etiam stude ut cognoscas laborantem dentem. Multotiens enim decipit infirmum dolor & fallitur dentemq; sanum eradicat, & non recedit dolor donec eradicatur dens infirmus. Nos enim iam uicimus illud ex operatione phlebotomatorum. Cum ergo certum est apud te quisnā dens dolens sit, ipsemet oportet ut scarifices in circuitu dentis spatium, sed rationem scarificando habeas gingivæ ne nimitū uulneres, deinde moue ipsum digito tuis, aut forcipibus subtilibus primo paulatim, donec cōcutias ipsum, deinde loca in eo forcipibus magnos locatione certa, & apprehēde caput infirmi inter genua tua ita quod non moueatur, deinde trahere dentē secundum reſtitutionem, ut non frangas ipsum. Si uero non egreditur, tunc accipe aliquod illorū instrumentorū, & intramitte ipsum sub eo ab omni parte mollior, & conare motionem eius, sicut fecisti primo. Si autem dens est perforatus, aut corroſus, tunc oportet ut impleas illud foramen panno & stringas ipsum cum extremitate radij subtilis, ut non frangatur dum commoues & extrahis maiori conatu forcipibus. Et oportet ut exquisite agas cum scarificatione in circuitu gingivæ ab omni parte, & sit tibi singulari studio ut recta trahas firma manu, ut non frāgas ipsum, & remaneat pars eius & redeat malum maius dolore primo. Et caue ne facias quemadmodum ignorantes faciunt phlebotomatores festinando audaces ad eradicationem dentium. Homines ostentatores uolentes uideri celeritate experti, cum nullius sint prudentiæ, scientiæ, aut industriæ. Multoties enim sunt causa ut ueniat super homines infirmitates magnas, quarum difficultates sunt cum frangatur & remanet in eis dens, aut cum extrahant ipsum cum quibusdam ossibus mandibulæ, sicut multotiens ipsi uicimus ab imperitis temerarijsq; hominibus factitatum. Colluatur locus dentis post eradicationem cum uino, aut aceto & sale. Quod si accidat fluxus sanguinis ex locis, multotiens enim accidit, tere locum ex zegi, & imple eo locum, si non confert tibi zegi cauteriza ipsum. Forma forcipum subtilium quibus moueatur dens imprimis, sint longarum extremitatum breuis manubrij crassi, ut

non duplicentur quando illis super dentes operaris,


propter



Propter eandem causam, ne scilicet flectantur, sint breuium extremitatum, & in eorum extremitatibus sint dentes quorum quidam ingrediuntur in quosdam & stringant conſtrictione recti & forti. Et quandoq; sunt extremitates sicut forma rostri auis, quæ nominatur ciconia, & sunt fortis conſtrictionis.

De eradicatione dentium & extractione ossium mandibularum
fracturum, Cap. XXXI.

Quando remanet in eradicatione dentis qui frangitur aliquid, tunc oportet ut ponas super locum corum cum buryro die uno, aut duobus diebus, donec mollificetur locus, deinde intramitte ad illum gestu, aut forcipes quorum extremitates assimilantur rostro auis, quæ nominantur ciconia, forma forcipium.




Sint extremitates eorum factæ sicut lima intus, aut sicut alifrisegi. Si ergo non sequitur trahentem istis forcipibus, tunc oportet ut caues super radicem & detegas carnem totam & intramittas instrumentum, quod nominatur atali parua, cuius hæc est forma.




Sit breuis extremitatis crassæ mediocriter, & curandum ut non frangatur. Si ergo egreditur per illud, est bonum, & si non, iuuare cum istis instrumentis

G

Instrumentis alijs, quorum formæ sunt istæ. Forma primi triangulare extremitatis in qua est quædam crassitudo.



Forma triangulati subtilis.



Et iuuatur iam etiam isto instrumento habente duos ramos, cuius hæc est forma.



Et cum alijs ex instrumentis & ferramentis quæ præcesserunt in rasio dentium. Et fit etiam iuuamentum cum hoc instrumento quod assimilatuncino magno, cuius hæc est forma,



triangulare extremitatis tortæ, in qua est quiddam crassitudinis ut non frangatur, aptè cautèque manibus teneatur. Et scias quod instrumenta dentium sunt multa, & non possunt sicut alia instrumentorum genera enumerari & describi, & artifex prudens in arte sua inuenit per se ipsum instrumentum secundum illud quod significat ei operatio & ægritudines ipsæ dicunt, uel de se indicant: Quoniam ex ægritudinibus sunt multæ ad quas maiores non monstrant aut mandantur memoriae instrumentum, propter diuersitatem specierum earum. Si autem frangitur os ex mādibula, aut alijs ex ossibus oris aut putrefit, tunc percutare super ipsum in loco suo, eo quod conuenit ei ex instrumentis forcipibus quæ dixi in extractione radicis, & iuuare cum gestri, cuius hæc est forma,


fit in eo



fit in eo quiddam crassitudinis, ut stringatur eo os & non euadat, uel frangat donec egrediatur os, & restaura locum medicinis conuenientibus ad illud. Si autem in osse est putredo parua, tunc rade ipsum à putredine sua, & nigredine, & cura ipsum donec sanetur.

De serratura dentium eminentium super alios, Cap. XXXII.

Dentes quando eminent non secundum cursum & ordinem suum naturalem, & turpe deforme est, præcipue quando accidit illud in mulieribus & puellis. Oportet ergo ut cōsideres, nam si dens est natus post dentem alium & non locum habeat serratura, aut limatura, tunc eradica ipsum, & si est annexus cum dente alio, tunc incide ipsum in instrumento, cuius hæc est forma.



Et simile rostro paruo, & fit ex ferro indo acutæ extremitatis ualde, & fit incisio tua qua ipsum incidis diebus multis propter duritiam dentis, & uide ut non commoueatur alius ex dentibus. Si autem est eminentes expositus limaturæ, tunc lima ipsum lima, cuius hæc est forma.



Sit totum ex indo & manubrium eius sit multorum punctorum sicut lima qua fiunt acus. Ergo limetur dens paulatim per dies multos sine uolentia ut non commoueatur dens, & cadat, deinde leuiga ipsum, postremo & rade ipsum quibuldam rasorijs. Quod si est dens ex quo frangatur pars & lædit linguam, tunc oportet ut limes eam etiam donec auferatur asperitas illius fractionis & æquetur, & adplatur, ut non lædat linguam neque

impediat sermonem.

G 3 Deretractio

De retractione dentium motorum, que fit filis auri uel argenti,

Capitulum XXXIII.

Vuando accidit dentibus anterioribus concussio, aut commotio à percussione aut casu, & non potest infirmus stringere super illud quod comedit, & curasti eos medicinis simplicibus, & non ualuit curatio, tunc alia arte alióque conatu opus est, nempe ut stringas filo auri, quoniam argentum fit uiride & putrescit post dies, sed aurum nunquam mutatur, & sit filum medium in subtilitate & crassitie, & sit tantum quantum capiat spatium inter dentes. Et forma quidem retractionis est, ut accipias filum & intromittas duplum eius inter duos dentes sanos, deinde ex eas cum duabus extremitatibus fili inter dentes motos si unus sit, aut plures, donec peruenias cum tela usque ad dentem sanum alterius partem, deinde itera texturam usque ad partem qua incepisti, & stringe manum tuam diligenter subtiliter, ut non moueatur prorsus, & fiat constructio ad radices dentium ut non soluantur, deinde incide extremitates filis, ut perfluentes forficibus, & coniunge utranque, & conuerte eas instrumetum, quod uocant gesti, & occulta ipsas inter dentem sanum & dentem motum, ut non lædat linguam, deinde permittatur ita strictum dum remanet. Si autem soluitur aut inciditur, stringe eos filo alio, & confirma ligando quam potest fieri firmissime, & hæc est forma dentium motorum sicut uides.



Et quandoque fit ut redeat dens unus, aut duo post casum in locos suos, & retinentur, sicut narrauimus. Sed non quibus medicus facit ut denuo stabiliantur, nam oportet esse artificem bonum, prudentem, & patientem.

Et quandoque aptatur aliquod ex ossibus uaccinis, & fit ex eo sicut forma dentis, & ponitur in loco ex quo minuitur dens, & stringitur sicut diximus, & remanet, & seruatur sæpe longo tempore.

De incisione

De incisione ligamenti quod accidit sub lingua, & impedit loquelam, Capitulum XXXIIII.

Vandoque est hoc ligamentum quod accidit sub lingua naturale, quandoque accidentale à uulnere, quod iam consolidatum est. Et curatio in eo est ut accipias infirmi caput in sinu tuo, & eleua linguam eius, deinde incide illud ligamentum neruosum per latitudinem donec soluantur lingua. Quod si in ea fuerit quiddam duritiei & nodationis, fueritque illud ex consolidatione uulneris, tunc iniice in illud uncinum, & scinde illud per latitudinem donec incidas ligamentum, & dissoluatur nodatio, & caue ne sit fissura in profundo carnis, & incidas arteriam illic & accidat fluxus sanguinis, deinde colluatur locus uulneratus aqua rosata, aut aceto, aut aqua frigida, deinde pone sub lingua licinium ex linno quod teneat infirmus in omni nocte, ut non consolidetur iterum. Si autem accidat fluxus sanguinis, tunc pone super locum zegi tritum. Si uero uincit sanguis, tunc cauteriza ipsum cum cauterio lentiginoso, conuenit enim ad illud, deinde cura ipsum cum reliqua curatione, donec sanetur.


De extractione ramule generatæ sub lingua, Capitulum XXXV.

Quandoque accidit sub lingua apostema quod assimilatur ranæ paræ prohibens linguam ab operatione sua naturali, & sæpe augetur ut fauces non capiant linguam. Et operatio in eo est ut inspicias os infirmi ad solem, & considera apostema. Si ergo uides ipsum sulci coloris, aut nigri, durum, & non sentit infirmus tunc non tangas ipsum quoniam est cancer. Et si est decliue ad albedinem in quo est humiditas, tunc iniice in ipsum uncinum, & scinde ipsum cum spatumili subtili, & libera ipsum ab omni parte. Quod si uincit sanguinis effusio ex recenti uulnere effluens, tunc pone super ipsum zegi tritum, quo tollatur sanguis, deinde redi ad operationem tuam donec extrahas quicquid praeter naturam tumoris inest, deinde colluatur cum aceto & sale, & cura ipsum reliqua curatione conueniente ad illud, donec sanetur.


G 3 De curatione

De curatione apostematis duarum amygdalarum & eius quod nascitur in gutture ex reliquis apostematibus, Cap. XXXVI.

Qvando accidunt intra guttur godad que similitur algodad que accidunt deforis, & nominantur duæ amygdalæ, quas quando curas eo quod diximus in diuisione, & non sanantur, tunc considera, si est apostema durum sulci coloris, pauci sensus, tunc nõ tagas ipsum ferro, & si est rubei coloris, & radix eius crassa, tunc non tangas ipsum ferro, timens fluxum sanguinis, sed per mitte ipsum, donec maturat & tunc aut tu perforabis ipsum, aut rumpe tur per se. Et si est albi coloris rotundum & radix eius subtilis, tunc hoc est illud quod oportet incidere. Et curatio in ipso est, ut consideres antequam quicquam tentes, an quieuerit omnino apostema calidum, aut minuitur evidenti quadam diminutione, tunc ergo iube sedere infirmum ad solem, & caput eius in sinu tuo, & aperi os eius, & accipiat seruens inter manus tuas, & premat linguam eius inferius cum instrumento, cuius hæc est forma,




& fiat ex argento aut ære. Quod sit subtile sicut cultellus, cū ergo premis eo linguam & ostenditur tibi apostema & nihil fallitur uisus tuus, tunc accipe uncinum & fige ipsum in amygdalam, & extrahe eam ad exteriora quantum potest. Caue ne trahas cum ea aliquid ex tunicis, deinde incide eam hoc instrumento.



Assimilatur forcibus, ueruntamen extremitates eius sunt curuatae, ita quod orificiū cuiusque earum est in directo alterius, ac ualde. Quod fit ex ferro indo, aut simili cauterio, si autem non est præsens hoc instrumentum,

mētum, tunc incide ipsum cum spatumili, cuius hæc est forma,




fit acutū à parte una, non acutū à parte altera. Et ubi incidetis amygdalam, incide & alterā, secūdum hanc eandem speciē incisionis, deinde post incisionem gargariset infirmus aquam frigidam, aut acetum & aquam. Si autem accidit ei fluxus sanguinis, gargarizet aquam in qua buliti sunt cortices granatorum, aut folia myrti, & similia illis ex stipticis, donec abiciatur fluxus sanguinis, deinde cura ipsum, donec sanetur. Et quando quædam sunt in gutture apostemata alia præter duas amygdalas. Incide ergo ea modo quo dixi in incisione duarum amygdalarū, nec enim est alia ratio. Et ego quidem iam medicatus sum mulieris apostemati quod na tum erat intra guttur eius, quod apostema erat subnigri coloris, paucique sensus, iamque antequam uocarer fere clauserat guttur, & mulier respirabat diffi culter meatu stricto, & iam prohibuerat ei commestionem & potum, & iam uenerat ad mortē, & si tantum remāssisset uno die, aut duobus diebus, & apostema iam ascēderat & emiserat duos ramos super duo foramina nasi, præraui ergo festinatē, & fixi in unū eorū uncinū, deinde traxi ipsum, & tracta est ex ipso portio magna, deinde abicidi eam ubi comprehendendi ex foramine nasi. Mox eodem modo egi cum eo quod præcessit ex foramine nasi altero, deinde aperui os eius & pressi linguā eius, postea fixi uncinū in ipsum apostema, deinde abicidi ex eo partem eius, & effluxit ex eo sanguis paucus. Liberatum est ergo guttur mulieris & incepit statim bibere aquam, statimque potuit etiam cibum deglutire. Non ergo cessauit incidere ex illo apostemate paulatim aliquandiu & apostema aliud succedebat loco eius quod incidebam, & hoc pacto pugnaui diu cum malo, amputās hydræ caput, cum autem animaduerteterem semper succrescere aliam materiam in locum amputatæ, cauterizauit apostema intra guttur, quare auri germi amplius non potuit post cauterium. Istihinc postea discessi & nescio quidnam fecerit deus cum ea post meum discessum.

De incisione uulue que nominatur uulua, Cap. XXXVII.

CAtarrhus quando descendit ad uulnam & apostematur, & est longus, tunc ipsa nominatur perpendicularis, & si est in inferiori parte rotūda crassa, tunc ipsa nominatur uua. Quum igitur curat eo

quod diximus in diuisione, & non confert curatio, & uides quod apostema calidum iam quieuit & est subtile, tunc oportet ut incidas eam. Sed quæ est aggregata rotunda, & non est ei longitudo, estque sanguinea & fulci coloris, aut nigri, & non est ei sensus, tunc oportet ut deuites incisorem. In ea est enim tumor & periculum, nec fert sine magno malo incisorem. Quando autem uides eam secundum modum quem dixi ex albedine & longitudine, oportet ut iubeas sedere infirmum ad solem, & premas linguam eius instrumeto cuius præcessit narratio, deinde si ge uncinum in uulam, & trahere eam extrorsum, & incide eam uncinio duorum instrumentorum quæ dixi in diuisione duarum amygdalarum. Et oportet ut non incidas ex ea nimum, sed tantum quod additur super terminum naturalem. Nam si tu incidis ex ea plus, lædes uocem & sermone, deinde post incisionem, utere eo quod narrauimus in diuisione duarum amygdalarum, & cura eam donec sanetur. Si autem ob anima molliciem abhorret infirmus ab incisione, tunc oportet ut excogites aliam rationem minus formidabilem, nempe cauterizationem quampiam quæ careat horrore, modus igitur cauterij in ea non est, nisi cum aqua acuta, ponas ergo caput infirmi in sinu tuo, deinde preme linguam eius instrumeto eo quod prædixi, deinde accipe ex aqua de qua abunde diximus in superioribus ubi egimus de cauterijs, & confice cum ea calcem non extinctam & fac eam neque nimium spissam, neque nimium subtilem, & imple ex ea concauitatem huius instrumenti, cuius hæc est forma.




Sit extremitati eius in qua ponit medicina concauitas, sicut concauitas cochlearis radij, & pone instrumetum cum medicina super uulam ipsam, & infirmus decubat super latus suum, ut fluat salua ex ore eius, ut non descēdat ex hac medicina aliqd ad guttur ipsius & lædat ipsum, deinde admoue manum tuam cum medicina, & exprime eam super uulam donec uideas eam iam demigratā & sedatā mordicatione medicinæ quod spacio mediæ horæ cōsueuit fieri. Et si uis accipias cotū et inuoluas ipsum super extremitate radij, & imbuas cotū ista medicina & intror mittas radiū cum coto in canulā de super donec adhæreat cotū super uulam, fac illud sæpius donec cōsequaris quod

quod uis de cauterizatione uulæ, deinde dimitte eam, ipsa nanque arefcet & cadet post tres aut quatuor dies. Quod si indiges ut iteres medicinam post cauterizationē iteratam absterge in circuitu uulæ cum ceroto imbuto butyro & mundifica quod est in circuitu eius ex medicina, & colluatur cum aqua frigida. Et curetur extrinsecus cum embrocis, & deintus cum gargarismis, donec sanetur. Hæc species curationis est salubrior incisioni, & minore cum periculo coniuncta.

Et quandoq; curatur uuula eo quod est subtilis quam cauterium & incisio, nempe suffumigatione secundum hunc modum.

Sume calamethum, hyssopum, origanum, rutam, sca, chamaemila, abrotanum, & similes illis herbas, & aggrega eas omnes, aut quædam earum in olla & submergantur cum a ceto & buliant, & olla sit lutata apte lato & sit in medio ollæ foramen super quod ponatur instrumentum concuum, secundum hunc modum,




fiat ex ære aut argento & intror mittatur extremitas in os infirmi donec ascendat uapor ad uulam per cannulam donec obsuscetur uuula multum, deinde itera super ipsam multoties donec arefcet. Et caue ne adhibeas hanc curationem in principio aduentus apostematis, plerunque enim adit in apostemate, non igitur facias illud, nisi in declinatione apostematis calidi. Si autem non est præfens tibi hoc instrumentum, tunc accipe cannam, & compone in extremitate eius putamen oui ut non comburatur os infirmi, quoniam putamen oui prohibet uaporem comburere os, & hæc est bona curatio minime periculosa, & plerunque feliciter expectationi respondet.

De extractione spinarum & si quid aliud adhæret in gutture, Cap. XXXVIII.

Multoties adhæret in gutture os, aut spina piscis, aut aliud, oportet ergo ut extrahas quod ex eis est apparens, quodque uisus consequitur cum premis linguam instrumeto ad solem ut clarius uideas quid sit in gutture, oportet ut facias uomere infirmum ante quam cibus

quam cibus digeratur in stomacho, fortasse enim egreditur res adnexa per uomitum, aut deglutiat infirmus frustum napi, aut radicem laetueæ, aut deglutiat buccellam panis sicci, aut accipiat frustum spongiæ mannæ lenis sicæ & liga ipsum in filo, deinde deglutiat ipsum, cum autem peruenit ad locum in quo sunt spinæ aut os, extrahatur, fortè egreditur. Si ergo non egreditur eo quod diximus, tunc utere instrumento secundum hanc formam.




Sit crassius quam radius parumper, & in extremitate eius sit curvitas quam intromittas in guttur caute, & ipse habeat caput suum eleuatum sursum, & caueat à tactu epyglottidis, ut non accidat ei tussis, & impellat cum eo os, aut spinam & intromittat ipsum medicus manu sua. Verum quod infirmus intromittat, hoc est melius propter scientiam suam de loco rei annexæ, & impellat inferius, aut trahat manū suam cum instrumento sursum, consilium capiendum est ex loco, cui infixum est quod lædit, nec cessandum donec egrediatur.

De extratione sanguisugæ annexæ in gutture, Cap. XXXIX.

Quando remedia convenientia adhibentur in gutture hæretici sanguisugæ eo modo quo diximus in diuisione ex curatione cum medicinis, & non confert, tunc cōsidera in gutture infirmi ad locum, premendo linguam eius cum instrumēto, quod narraui tibi. Si ergo uideris sanguisugam, extrahe eam uncinō paruo, aut gesti sub tibus & idoneis ad præsens negocium. Quod si non est possibile cum eis, tunc accipe cannulam concauam & intromite eam ferè in gutture infirmi, deinde intromite in concauitatem cannulæ ferrum ignitum igne, fac illud multotiens, & abstineat infirmus ab aqua die tota, deinde accipiat uitreatam plena aqua frigida, & aperiat os eius in ea, & colluat os suum ea, & non deglutiat ex ea aliquid, & moueat aquam una atque altera hora manu sua. Sanguisuga enim illico cum sentit aquam cadit. Si autem non egreditur ista ratione sicut narrauimus, tunc suffumiga infirmum cimicibus, aut asa instrumento quod narraui in suffumigatione uuaræ, & fac illud multotiens

multotiens quoniam ipsa cadet. Et modus operationis in suffumigatione est, ut accipias ollam in qua sunt prunæ uiuæ cum igne, & olla sit cooperta coopertorio, in cuius medio sit foramen, & cōponatur in illo foramine extremitas instrumēti, deinde iniice suffumigationē & ponat infirmus os in extremitatē cannulæ, & claudat os suum ut non egrediatur suffumigatio, donec scias quod suffumigatio peruenerit ad sanguisugā. Nam sanguisuga sumū noc ferens, cadet, quod si non cadit, ad eam non peruenerit furmus, itera igitur suffumigationē multotiens, quantū potest homo ferre. Et comedat salia, & allia, & non bibat aquā. Necessè est ut egrediat hoc regimine. Et hæc est forma instrumenti quo extrahitur sanguisuga,



quādo potest oculis cerni. Et simile forcipibus, sicut uides, nisi quod est ei hæc curvitas ut possit intromitti ad guttur, & extremitas eius est similis rostro auis, quæ nominatur ciconia, in qua est asperitas limæ, quādo comprehendit aliquid, non remittit ullo modo.

Summa sermionis in apertione apostematum & sectione eorum, Cap. XL.

Apostematum species sunt multæ, & multi sunt modi ea curandi, quos ordine persequar, magneq; diuersitas requiritur in secandis & perforandis ipsis. Primam aut indicationem sumi ab ipso apostematis natura, casualis non est dubium. Proximā autē indicationem colliigi oportere ex loci affecti temperie & positura, non contrahitur apud illos qui aliquid artis medicæ attigerūt. Primum enim differt apostema uel propter humoris qualitatem uel propter loci, in quo est, temperiem. Nam apostema accidens in capite est aliud ab apostemate quod accidit ano, & apostema accidens in loco carnosio est aliud ab apostemate accidens in iūctura, & quodq; suam peculiarē requirit curā. Et ex apostematibus sunt quæ omnino oportet ut non perforent nisi post maturationem saniei in eis & postq; omnis materia collecta fuerit. Et ex eis sunt quæ oportet ut perforent dū sunt cruda & non maturent donec materia in pus uertat, si cut apostema quæ sunt propinqua iūcturis. Quoniā quādo accidit apostema prope

prope iuncturam & humores diutius in eo loco permanēt, putrescit quod est in circuitu eius & sæpe corrumpuntur ligamēta, aut nerui illius iunctura: quare sæpe membra propter hanc causam conuelluntur, motum sensumq; amittunt. Aut est apostema iuxta membrum principale, quoniam si tu tardas perforationem eius donec maturetur, nocebit membro principali, perfora ergo ipsum immaturū, nec differas materiam detrahēre quocumq; modo fieri potest. Nec oportet ut perfores apostemata cruda non completæ digestionis. Quod autem est prope anum etiam quamprimum est perforandum, ut non putrescat profundum, & penetret ad interiora ani, & fiat fistula, aut fiat in termino eius quod non sanatur. Et oportet ut scias usum perforationis apostematis quod maturatum est, & cuius materia est in pus uersa & collecta, nō dolet amplius, abest febris, minus rubet, mollior pulsus, totumq; cum puris colore mollius redditur. Cum tale est oportet ut tu facias omnē perforationem in inferiori loco apostematis & qua plurimum eminet, & sit perforatio in longitudoinem corporis, si apostemata sunt in partibus manuum & pedum, & locis lacertorum, & chordarum, & neruorum, & articularum, ad ultimum in omnibus locis æqualibus quibus non est reflexio. In illis autem quæ flectuntur perforatio sit secundum illud mēbrum. Quando uero apostema est in locis carnosiss, tunc melius est ut omittas perforationem eius donec ultero effluat maturum pus, aut manu exprimi facile possit. Quomā si tu perfores ipsum ante maturationem diu fluet, materia nondum reddita fluida, & sit multæ sordis, & sæpe indurantur labia eius & profunditas eius. Et quædam apostemata perforantur secundum latitudinem corporis pro necessitate, aut secundum membri positurā. Et oportet ut administres in apostematibus paruis, perforationem paruum, & in apostematibus magnis perforationem magnā, aut sectiones multas pro forma & magnitudine apostematis. Et sunt ex apostematibus in quibus oportet ut concauetur cutis & incidatur, quando scilicet factum est sicut panus, & in termino iam mortua est caro, sicut illud quod accidit in multis ex dubelet & bubonibus. Et ex eis sunt quæ secantur sectione habente tres angulos, & ex eis est quod inciditur sicut figura folij myrti, sicut apostema inguinum. Et ex eis sunt in quibus administratur sectio rotunda, & sectio lunaris, & similes huius generis sectiones uariæ. Illud uero cui non est caput sicut sunt apostemata lenia superficialia, oportet ut perfores ipsum perforatione superficiali tantum. Quando

apostema


apostema est crassissimum collegit saniem multam cum perforas ipsum nō properes & extrahas pus totū simul una emissione, imò extrahet partem eius, deinde oppila apostema usq; ad diem sequentem, deinde extrahas quiddam ex pure iterum, fac illud multotiens, secundum gradationem donec omne pus eduxeris, præcipue si infirmus est debilis uirtutis, aut mulier prægnans, aut puer paruus, aut senex decrepitus. Spiritus enim animæ multotiens resoluitur cum egressione saniei, & nonnunquam moritur infirmus, præter opinionē medici curantis incautius. Caue ergo hoc cautela magna ne grauius pecces in his apostematum curationibus. Et post perforationem qua ista perfores apostemata, oportet ut abstergas uulnus & considera, si est uulnus apostematis paruū, aut est sectio una plana, tunc administra licinia ex lino, aut coto antiquo, & si est apostema magnū & fissuræ perforationis sunt multæ, tunc oportet ut intromittas in omnē fissuram licinium. Et si in apostemate abscessisti partem cutis, aut concauisti eam in circuitu, tunc oportet ut impleas eam coto ueteri, aut lanugine lini absq; humiditate, & stringe ipsum usq; ad diem tertium, deinde solve & cura ipsum eo quo oportet ungento, donec sanetur. Si autem accidat fluxus sanguinis in hac apostematum perforatione, tunc administra aquā frigidam & acetum imbuto illis panino, & pone ipsum super locum fluxus sanguinis multotiens. Si autem perseverat fluxus sanguinis, tunc oportet ut administres regimen & curationem, & pulueres quæ narraui in locis multis huius libri, & in diuisione. Si autem est tempus hyemis & locus apostematis est multorum neruorum, tunc oportet ut infundas puluillos cum uino & oleo calidis, & ponas eos super loca. Et si fuerit in æstate & loca sunt carnosissima, oportet ut ponas puluillos imbutos aqua & oleo, aut uino oleo, & totum illud frigidum, usq; in diem tertium, sicut diximus, tunc oportet ut soluas apostema & abstergas ipsum, & administres in curatione eius quod ei conuenit, donec sanetur. Hoc ergo est quod necessarium est ex cognitiōe curationis apostematum uniuersaliter. Iam uero ordine particulariter singulatimq; dicam de apostematum curatione.

De sectione apostematum que accidunt in cute capitis, Cap. XLII.


Accidunt in cute capitis apostemata parua, & sunt ex speciebus nodorum quæ continent tunicæ quæ sunt eis sacci quasi ipsa sunt aut solati gallinæ, & ipsorum species sunt multæ. Et ex eis sunt pingues, ex eis & quæ continent humiditatem similem limo, & ex eis quæ continent

H humiditatem

humiditatem similem frifatis & pultribus, & eis similibus, & ex eis sunt lapidea dura. Et in sectione omnium, & ipsorum extractione non est periculum nec timor, modo arteriarum nervorumque habeas curam & rationem, oportet igitur anatomes scientissimum esse. Experimentis igitur ea instrumento, cuius forma uenit post hæc, quod nominat introuissimum, donec scias quid contineat. Nam si est illud quod contineat humiditatem, tunc seca ipsum sectione secundum longitudinem sectione superficiali, secundum hanc formam.




& incipe sectione ex linea b, ad lineam g. Cum ergo euacuat humiditas, tunc excoria locum quæ continet illam humiditatem, & non dimittes ex ea aliquid penitus, multoties enim redit si remanet ex ea aliquid, deinde submerge totum in unguento ægyptiaco, si est præsens, & si non, in aqua & sale & imple eo uulnus, & dimitte ipsum usque ad diem sequentem. Ipsum enim quod mansit corrodit & purgat, deinde itera totum cum ægyptiaco, secundo & tertio si indiges illo, donec confidas omnia esse consumpta quæ cōglutinando ulceri resistunt. Tunc cura uulnus unguento donec sanet. Quod si apostema continet nodum pinguem tunc seca ipsum secundum hanc formam,



sectione habente formam crucis & iniice uncinos in duo labia sectionis, & excoria ipsum ab omni parte, & diligens sis in extractione tunice quæ continet ipsum. Si autem arteria impedimento est tibi, ut non possis hæc facere, tunc fac illud quod postea dicam. Et similiter fac in apostemate si est lapideum. Quamquam sectione apostematis lapidei est facillior, quonia est pauci sanguinis & humiditatis, & quandoque sunt quedam horum apostematum quæ sunt in capite in quibusdam hominum in quibus penitus non est humiditas. Ego secaui apostema

apostema in capite mulieris uetulae & inueni apostema simile aspero alio, nec poterat fragi magis quam durus silex. In alijs uero apostematibus accidentibus in capite præter hoc, sicut apostemata quæ accidunt in capitibus puerorum & ad radices aurium, sectio eorum omnium sit sectio superficialis, & pone perforatione eorum semper ab interiori parte eorum ut alleuietur curfus saniei ad inferiora, deinde cura cum eo quod conuenit eis ex curatione, *De sectione scrophularum que accidunt in collo. Cap. XLII.*

Mitotiens accidunt ista apostemata in collo, & sub ascellis, & in inguinibus, & quandoque accidunt in reliquo corpore, & sunt illa quæ ex eis accidunt in collo, & sunt multa distantque inter se, & omnis scrophula talis est intra tunica propriam, sicut est in nodis & apostematibus capitis sicut narrauimus. Et species harum scrophularum sunt multæ. Et ex eis sunt lapideæ, & quæ continent humiditatem, & ex eis sunt malignæ quæ non sunt tractabiles & non obediunt curationi. In illa uero quam ex eis uides bonæ dispositionis in tactu, cuius manifestum est propinquum coloris cutis, & mouetur ad omnem partem, & non est annexa cum nervis colli, neque cum guidegi, neque cum arteria, neque est profunda, oportet ut seces eam sectione superficiali a superiori parte ad inferiorem partem corporis ex linea g, ad lineam b.



& excoria eam ab omni parte, & extende duo labia cutis uncinis aut uncinis multis, si uidebunt necessarij sicut diximus in apostematibus capitis, et extra hec paulatim, & diligenter studendum est ut non incidat uena, aut nervus. Et sit spatium non acutu ualde, studeque magna industria ne incisione ingetas infirmum & incidas quod non est necesse incidere. Si autem incidis uenam, aut arteriam quod quantum fieri potest caue, tunc pone in uulnus zegi tritum, aut quosdam pulueres quæ abscindunt sanguinem, & stringe uulnus, & dimitte ipsum donec quiescat acuitas apostematis, & mollificet uulnus, & incipiat putrefieri, nam sanguis abscinditur tunc. Redi ergo ad curationem tuam, donec compleas, deinde inquire digito tuo indice, an remanserit aliquid ex scrophulis paruis, ergo incidas eas, & munda eas. Quod si est in radice scrophulae uena magna, tunc oportet ut non incidas illam scrophulam radicibus, imò oportet ut liges eam filo duplato forti, & dimittas eam donec cadat sua sponte absque nocumeto. Deinde imple uulnus coto ueteri quod est imbutum unguento ægyptiaco,

gyptiaco, deinde cura ipsum. Et si incidis scrophulā totam, tunc oportet ut coniungas duo labia uulneris & suas ipsum postquam uides quod nulla remansit superfluitas. Si autē uides quia remansit superfluitas propter magnitudinem scrophulæ, tunc oportet ut intendas ad incidendam radicem eius & extrahendā eam, & administra futuram, & alia quæ diximus. Et quæ ex scrophulis continet humiditates, perfora illam perforatione superficiali, ubi apparet tibi locus maturitatis eius, & pone perforationē ab inferiori parte corporis, sicut diximus, deinde administra post perforationem liciniam, cum ungento, & similia eis, ut corrodatur quod remansit ex superfluitatibus, donec dum uides uulnus iam mundatum esse, tunc cura ipsum ungento generatio carnis, donec sanetur.

De sectione epyglottidis ab apostemate accidente intra guttur, Cap. XLIII.

Dixerunt antiqui hanc sectionē epyglottidis, & non uidi ullum in terra nostra qui eam fecerit. Qui de hac sectione scribunt, monent ut epyglottida non secemus laborantium angina, uocat *συνέχης* Græcis, medicorū uulgus squinantia uocat. In his oportet igitur ut deuretur sectio epyglottidis, cum non fiat per illud iuamentū, propterea quod omnes uenæ, & pulmo laborat. In illis uero qui habent apostema calidū in ore aut gutture, aut duabus amygdalis, quādo non est ægritudo in canali, oportet uti sectione epyglottidis ne infirmus suffocet si non secet. Oportet ergo ut secemus epyglottida sub tribus circulis, ex circulis epyglottidis, aut quatuor sectione parua per latitudinē in eo quod est inter duos circulos, ita ut sit sectio in siphac nō in carthilagine, & iste quidē locus conueniens est sectioni, quoniā est priuatus carne & uasa sanguinis ab eo sunt longinqua. Quod si medicus est timidus, oportet ut cutē gutturis cum uncinō capiat, deinde findat cutē donec quando peruenit ad canalem, deuitet uasa sanguinis si uidet ex eis aliquid, deinde secet siphac quod narrauimus. Recte autē secatā esse indicio erit phlegma quod egreditur ex ea cū eo quod disrūpitur, & permittat uulnus apertū tempore aliquo. Cum ergo nō est timēda præfocatio, cōiunge labia uulneris cutis & sue ipsam solā absc̄q; carthilagine, deinde administra medicinas quæ habent facultatē carne gignēdi usquequo sanet. Sūma huius sermōnis quæ narrauimus est ut tā periculo sam curatiōnē non tentemus, nisi quando uidemus quod aliquid horū apostematū iam oppilauit guttur infirmi, & desperauimus iā de salute infirmi, nisi secetur, aperiaturque respiratiōni uia, tunc uolentes seruare anhelitū, secāt epyglottida ut respiret infirmus, & uia data respiratiōni saluet à morte præsentanea. Et propter hoc præceperūt dimittere uulnus apertū, ut per respiratiōnem

rationē anima uitæ defendat. Tunc præceperunt uulnus luere & curare ipsum, donec sanet. Non possum silētio præterire quod uidi. Ancilla accipit cultellū & misit eum in guttur suum & incidit eo partē canalis pulmonis, & uocatus sum ad curatiōnē eius, & inueni eam mugire, sicut est mugitus mortui, detexi ergo a uulnere & inueni sanguinē paucū qui egressus fuerat a uulnere. Colligere ergo potui quod ipsa non absciderat uenā neque guidegi, & uentus egrediebatur ex uulnere, pperatui ergo & sui uulnus & curari ipsum donec sanatū est, & nō accidit ancillæ aliud malū quā raucedo in uoce. Et redit post breue tempus ad meliōrē modum dispositionum suarum, hinc ergo dico quod in sectione epyglottidis non est timor.

De sectione apost. quod accidit in gutture exteriori, et nominatim hærnia gutturis, Cap. XLIII.

Hoc apostema nominatū hærnia gutturis, est apostema magnum secundū colorē corporis, & est in mulieribus multū, & est duplex, aut enim est naturale, aut est accidentale. In naturali uero non est cogitādum de remedio & accidentale, & accidentale rursus est duplex, alterum est simile nodis pinguibus, & alterū est simile apostemati quod sit ex nodatione arteriæ, & in ipso est timor. Nec tutum est hoc ferro attingere nisi si quod est paruū. Proba & inuestiga ipsum intrōmissō. Si ergo inuenis ipsum simile nodo pingui, non est suspensum aliqua uenarū, tunc seca ipsum sicut secatur nodi, & extrahere ipsum cum eo quod continet ipsum. Si primū non sequit trahētem, nō cesses repetere extratiōnē donec nihil sit reliquū, deinde cura locum eo quo oportet ex curatiōne, donec sanetur.

De sectione nodorum, Cap. XLV.

Nodorū multæ sunt species, & ego dixi iam ante omnes species eorum in diuisione, & oportet ut narrem hic differentiā inter nodum & exiturā cum saepe non a quouis medico possint discerni recte, nec esse autem sit ut differentiā & naturā cognoscat, qui recte mederi uolet. Dico ergo quod cōiuncta est exituræ caliditas & febris, & dolores uehementes, donec sedatur ebullitio superfluitatis, & cōpletur putrefactio, tunc enim quiescunt febres & dolores. Et cōtinet eos chistis siphac, quæ est eis saccus proprius, & est secundum colorem corporis, & est inceptio eorū sicut cicer, & sunt maiores fabis, nec magnitudine similes sunt, sed uariant pro humorū qualitate & corporū temperamento, & sunt duplices, aut em pingues sunt, aut cōtinent humiditātē, & colores humiditatis sunt multi, sicut dixi in diuisione. Oportet ergo quando tu peruenis ad curatiōnē nodi, ut experiaris eum & inquiras ipsum in primis instrumento quod nominatur intrōmissum, de cuius forma mox in sequētib; dicitur. Et modus inquisitionis apostematū & nodorum omnium est, ut accipias hoc instrumentum &


tum & intronitas ipsum in humidiorē locū in apostemate, & tu reuolue digitos tuos cum eo paulatim donec scias quod instrumentum iam penetravit cutem, omnia diligenter fac secundū mensurā magnitudinis apostematis, deinde extrahere intronissimum & cōsidera illud quod egreditur. Si ergo egreditur humiditas ultero fluens quicunque color sit, tunc seca ipsum sectione superficiali, quā admodum superius diximus in reliquis apostematibus, & si non sequitur intronissimum humiditas, tūc scias quod est pinguis. Seca ergo ipsum sectione habente formam crucis secundum hanc formam.



sicut docui te, & suspende ipsum uncinis, & excoria eutem ab omni parte suspensa manu caue, & operā dato, si potes ut extrahas ipsam sanam cum nodo. Si autē rumpit chistis, & non est possibile extrahere ipsam sanā, multotiens enim accidit illud, tunc extrahere ipsam frustratim donec non remaneat ex ea aliquid. Nam si remanet ex ea aliquid quantumuis parum recidit nodus plerumque. Quod si uincit te & non potes efficere ut nihil remaneat ex eo, tunc imple uulnus quibusdā pulueribus corrolinis, a cutis, & stringe uulnus & pone super ipsum quod sedet apostema calidum, & cura ipsum cum reliqua curatione donec sanet. Si ergo est nodus magnus sue duo labia eius, & cura ipsum eo quod incarnat. Si autē est tibi cōtraria uena pulsatilis, aut alia uena non pulsatilis, tūc propera, & imple locum zegi trito, & permitte ipsum strictum duobus diebus, aut tribus donec putrefiat uulnus & quiescat ebullitio sanguinis, deinde redi ad incidendam illud quod remansit ex nodo.


De formis instrumentorum que sunt necessaria in sectione & perforatione. Cap. XLVI.

Formæ intronissorum uariā & sunt trium specierum, est enim aliud magnum, & aliud est medium, & aliud est paruum. Forma intro-




stant ex

fiant ex ferro quadratarū extremitatū apte, ut quam celerime penetrent in apostemata. Et istæ sunt formæ experientū & nominat albertid, unum eorū nominat berid, & sunt trium specierū, quoniā ex eis est magnū, medium, & paruum. Forma experientis magni, medij, & parui.




Cōueniunt ut inuestigentur per ea apostemata & exitura, & fistulæ, & bubones, his enim instrumentis exploramus cōcavitates, ossa, tendones in cauis ulceribus. Fiunt rotunda, tersa, lenia sicut acus magnæ quibus sub sellia suuntur ex ære citrino, aut ex ferro, aut argēto, & meliora eorū sunt quæ fiunt ex citrino ære. Visa sunt à nobis etiam ex plumbo nigro, quæ conueniunt ut per ea explorentur fistulæ, in quarum concauitate sunt reflexiones ut reflectatur leniter illis reflexionibus. Et sunt rursus trium specierum, quoniam est quædam longa, & quædam est media, & ex eis breuis, secundum quantitatem fistulæ & stricturæ eius. Forma experientis ex plumbo magno, forma medij, parui.




Formæ uncinorū & sunt multarū specierum, quoniā ex eis sunt simplices, scilicet quibus est curuitas una, & sunt trium specierū sicut uides, magni, medij, & parui, & ex eis sunt uncini cæci, & sunt trium specierū, & ex eis sunt uncini habentes duas curuaturas, & sunt trium specierum, & ex eis sunt uncini flexuosi habentes duas curuaturas, & sunt quoque trium specierum, & omnes isti sunt necessarij in loco suo cum res exigit. Et hæc est forma uncinis simplicis magni, medij, parui.

H 4 Et hæc est

A L B V C A S .




Et hæc est forma uncinæ cæci magni, mediæ, parvi.



Forma uncinæ magni habentes duas curvaturas, mediæ, parvi.

Uncinæ magni tres habentis curvaturas, mediæ, parvi.




Et istæ sunt formæ scalpellorum quibus secantur & excoriant nodi & apostemata. Et sunt trium specierum, quoniam aliud est magnum, aliud medium & paruum. Forma scapelli magni, mediæ, parvi.



Forura

L I B E R . I I .

Forum extremitates quibus fit sectio sunt acutæ, & extremitates aliæ sunt non acutæ, & non est eorū usus nisi in detrahenda cute in excoriatione neque nodorū. Quū alio modo secare sine periculo nō possumus, propter arterias, uel etiā alias uenas, & propter nervos, quorū est ratio in omni incisione quā religiosissime habēda. Et sanet per ea infirmus & sic paulatim minuatur dolor, & aperiat apostema laxeturque per excoriationē. Et istæ sunt formæ almachæda ita enim uocāt, & sunt trium specierū scilicet magni, mediæ, parui, & hæc est forma magni, mediæ, parui.



fiunt ex ere, & sunt similia radio antiquo, fit alcohol, & in extremitate laeta, & puncta spatulilla occulata, & ea penetrant ad interiora & exteriora pro uolūtate medentis, sicut uides. Forma spatulillū quæ abscindunt inter digitos in perforatione apostematū, & non percipiunt ea infirmi, & sunt trium specierum scilicet magnum, medium, paruum.



Formæ uentolarum quibus abscinditur fluxus sanguinis, sunt istæ & sunt trium specierum magnæ, mediæ, paruæ,




fiant ex ære citrino rotundæ cum oblongitate quadam, sicut uides & sint faberrime subtiliterque factæ. Et oportet ut sint istæ species uentolarum est necesse.

apud te magnæ & parvæ, ut abscondas per eas sanguinem celeriter cum est necesse, & potissimum quando non est præsens tibi medicina. Verum tamen non utaris eis in abscessione sanguinis in omni loco corporis, sed solum in locis carnosiss, sicut est lacertus cruris & coxæ, brachiorum, mammilla, & similibus locis carnosiss, humidissq;. Et quâdoq; fuit ex eis instrumenta alia parva similia corticibus fistulorum secundum hanc formam, quibus absconditur sanguis quâdo fluit ex loco phlebotomig, aut ex incisione venæ aut arteriæ. Et fiunt rotundæ, secundum hanc formam.



De cura mammillarum que assimulantur mammille mulierum, Cap. XLVII.

Quandoq; inflantur mammillæ quorundam hominum, & simulantur mammillis mulierum, & fiunt illi tumores præter naturam ualde turpes, curandi igitur sunt. Oportet autem medicus secet mammillas sectione lunari, secundum hanc formam ex linea b, ad lineam g,



deinde cura pinguedinæ, excoria, postea imple medicamine incuratiuo, deinde coniunge duo labia uulneris sutura, & cura ipsum donec sanetur. Si autem declinatur mammilla ad inferiora, & mollescit propter magnitudinem suam, sicut accidit mulieribus, tunc oportet ut findatur in lateribus duobus suis superioribus, duabus sectionibus similibus figuræ lunari quarum una quæq; continetur altera, ad fines utriusq;, donec sit linea maior continens minorem, secundum hanc formam, ex linea b, ad lineam g.




postea excoria cutem quæ est inter duo labia, & aufer pinguedinem & ad ministra quod diximus de sutura & pulueribus, & quod est necessarium ex curatione, donec sanetur. Si autem non uidebitur cõsultum ut semel seces quantum oportet, ut homo possit ferre, & ne copiosius sanguis fluat, tunc oportet ut impleas uulnus coto submerso in ungento corrosiuo, & per mitte ipsum donec corrodatur illud quod remansit ex pinguedine, deinde cura ipsum, donec sanetur.

De perforatione

De perforatione apostematum que accidunt sub titilico, Cap. XLVIII.

Ista apostemata quæ accidunt sub titilico sunt ex speciebus scrophularum quæ continent chistis, & ex eis sunt quæ continent humiditates, quæ autem continent humiditates, oportet ut secentur sectione lunari, secundum hanc formam, ex linea b, ad lineam g.



Cum ergo euacuatur totum quod est in apostemate ex sanie, tunc imple totum coto ueteri, & permitte ipsum usq; ad diem alium, deinde auferatur totum & curetur ungento cõueniente ad illud donec sanetur. Quod si apostema fuerit ex specie nodorum scrophularum tunc scinde ipsum, sicut diximus in sectione scrophularum æqualiter. Si autem extenditur uulnus in hoc ut emittat pus, tunc administra in eo cauterium ex ratione de qua diximus superius.

De sectione apostematiss quod accidit propter arteriam aut uenam, Cap. XLIX.

Vando dirupitur arteria & cõsolidatur cutis quæ est supra eam, sæpe accidit inde apostema, idem in uena non pulsati fit, sæpe enim nos uidimus oblatam uenam tumorem, inflationemq;, aut apostema oriri & signa, quibus cognoscit apostema ne & inflatio sint propter arteriam an propter uenam, quâdo apostema est propter arteriam, est longum aggregatum in profundo corporis, & quâdo impellis apostema digitis tuis, sentis stridorẽ. Et illud quod est propter uenam, est rotundum & apparet in corpore apertẽ. Atq; in secando hoc apostemate facile errat, & præcipue quod est sub ascellis, & inguinibus & collo, & in locis multis corporis, & est magnū ualde. Oportet ergo ut nõ temerẽ ferro utaris, in hoc apostematum genere. Imb quædã omnino non sunt attingenda ferro. Porro quæ sunt ex inflatione arteriæ, scinde in cute sectione in longitudinẽ, & deinde aperi sectionẽ uncinis, postea arteria libera ex tunicis donec detegatur, deinde intromite sub ea acum & fac eam penetrare usq; ad latus aliud & stringe arteria filo duplo in duobus locis secundum quod docuit in sectione duarum arteriarum quæ sunt in temporibus, deinde punge locum qui est

qui est inter duo ligamenta, postea cura illud ungentis convenientibus ad illud, donec sanetur. Quod si fuerit apostema propter sectionem uenæ, tunc oportet ut teneas manu tua quatum possibile est ex apostemate cum cute, deinde intromite acum sub loco quem tenuisti manu tua, & fac eam penetrare, & sit in ea filum duplum donec extrahas ipsum ex latere altero, deinde liga ipso apostema ligamento bono, quemadmodum dixi in ligamento uenæ à duabus partibus duabus extremitatibus filii. Si autem times ne extrahatur filum, tunc intromite acum aliam cum filo alio sub apostemate toto iuxta incisionem acus primæ, & stringe fila in quatuor locis, deinde seca apostema in medio donec egrediatur quod in eo est, tunc incide superfuitatem cutis & dimitte quod ex ea ligatum est, deinde pone super ipsum puluillum imbutum uino & oleo, deinde administra curationem quæ sit licinijs & ungentis, donec sanetur.

De apostemate quod accidit ex torsione neruorum, Cap. L.

Sicut accidit apostema in arteria & uena, similiter accidit in neruis, quando accidit in eis percussio, aut accidit à labore superfluo, & similibus, & sit plurimum in locis adiutoriorum, aut calcanes & in omni loco in quo mouentur iuncturæ, & apostema graue est, similiturque color eius reliquo corpori, & est in pluribus dispositionibus absque dolore, & quædo stringitur uehementius sentit in eo infirmus simile stupori, & non est apostema aggregatum in profundo corporis, imò est sub cute, & mouetur ad omnem partem, sed in interiori depresso non cedit tactui. Quod ergo ex eis est in iuncturis non debet tangi ferro, ne accidat contractio. In illo autem quod est in capite, aut in fronte, inde cutem cum spatumili. Si ergo est apostema paruū, tunc tene ipsum cum forficibus & absconde ipsum à radice. Et si est magnum suspēde ipsum uncino & excoria ipsum, deinde aufer ipsum, & coniunge uulnus sutura, & cura ipsum, donec sanetur.

De sectione apostematis quod accidit ex thellis, & quod accidit in uentre, Cap. L I.

Cap. L I.

Accidunt in quibusdam hominibus multotiens & potissimum in uentribus eorum, rarius in reliquis corporis partibus thellis, quæ nominatur fungalia per similitudinem ipsorum cum fungis. Quorum radix est subtilis, & ipsorum caput est crassum, sæpe conuersa sunt labia eorum. Et est ex eis paruū, & est quod ualde magnum sit. Ego quidem quandam uidi uirum, in cuius uentre erant duo thellis, quæ erant magis quam

quam rebus alijs similia fungis, & non erat differentia inter ea, erant enim alba minutæque radices & inuerfabantur labia eorum, & sindebantur & humiditas fluebat ex eis semper. Incidi ergo ea, & effluerunt ex altero circiter decem & octo uncie, & ex altero circiter sex uncie. Et obseruatio in incisione est, ut consideres infirmus ne sit humidus, & si dolor thellis est albus, humidus subtilis radices, tunc incide ipsum spatumili lato, & sint præsentia tibi cauteria in igne. Multotiens enim expellitur per sectionem eius, sanguis multus, propterea ergo si te uincit sanguis, & cauteriza ipsum. Quod si uides infirmum pauidum & timidum abhorreret ab incisione cum ferro, tunc accipe filum ex plumbo apertè factum & stringe eo althelil, eo modo quo diximus, & permittite ipsum duobus diebus, deinde adde in strictura plumbi. Non ergo celles stringere plumbum quotiens imprimit in thellis donec abscondatur, & cadat absque labore. Si autem thellis crasso, crassæ sunt radices, tunc in incisione eius est nonnihil periculi & timoris. Verum potes incidere medietatem eius, deinde cauteriza ipsum, ut non redeat, mox cura ipsum donec sanetur uulnus. Et caue ne præsumas incidere thellis quod est fusci coloris, & paucis sensus, & sedi aspectus, ipsum enim est apostema cancerosum. Tractabitur autem de cancri natura, uarietate & cura à nobis in sequentibus.

De cura ethiopiæ umbilici, Cap. L II.

Eminentia umbilici sit causis multis, aut ex fissuris siphac, quod est super uentrem, & exit ex eo althirb, aut intestinum secundum quod accidit in reliquis rupturis, aut ex sanguine quæ fluit ex uena, aut ex arteria. Quemadmodum in præcedentibus diximus, aut ex uentositate coartata in eo. Si autem est propter fissuram siphac & exitum scirbi, tunc est color apostematis similis colori corporis, & est leue absque dolore, & apparet diuersi situs. Et si est propter ægritudinem intestini, tunc est situs eius quemadmodum narrauimus, uariat autem situ & tumore à priore plurimum. Cum tu premis ipsum digitis tuis, occultatur, deinde redit, & fortasse est cum eo sonitus & magnū sit cum lauat balneoue utitur infirmus. Magno sæpe etiam premitur dolore. Si uero est propter humiditatem, tunc non occultatur quando premitur manu, neque constringitur, neque augeatur. Quod si est propter sanguinem tunc cum istis signis apparet apostema, & est ad nigredinem decliue. Si autem est propter carnem natam, tunc apostema est graue uel crassum, durū, & altis magnisque radicibus figitur.

Si uero

Si uero est propter uentositatem, tunc tactus eius est lenis. Et ratio curandi in illo est ut consideres an eminentia umbilici sit propter sanguinem arteriæ, aut uenæ, aut uentositatem, quod si est ex aliqua harum causarum, non est temerè conandū curare. Nā in illo est periculū & timor sicut docuimus in præcedentibus nempe eo loco quo egimus de apostemate propter arteriam & uenam. Quod si eminentia umbilici est propter intestinū aut scirbum, tunc oportet ut præcipias infirmo ut slet stans extensus, dein de signa cum encausto in circuitu umbilici totius, postea præcipe ei ut resupinetur inter manus tuas super dorsum suum, deinde circumda aut spatu mili lato in circuitu umbilici super locum quem signasti cum encausto, postea extende medium apostematis ad superiora uncino magno, mox ligatum in circuitu filo forti, aut chorda de serico ligamento firmo, & sit motus ligamenti anxiotati, deinde aperi medū apostematis extensum supra ligamentum, & intr omite in ipsum digitum indicem & quere intestinū. Si ergo inuenis ipsum iam captum à ligamēto, tunc extrahe alexotati, & impelle intestinum ad interiora uentris: Et si inuenis scirbum, tunc accipe ipsum uncino & incide superfuitatem eius. Si autem hanc curandi rationem uidebitur impedire quæpiam arteria, aut uena, tunc circumda ipsum multum, deinde redi ad curam & accipe duas acus, & intr omite duo fila fortia in duas acus & sue in circuitu quem fecisti circa apostemata in motum crucis, & effice ut acus penetrent, deinde stringe apostema in quatuor locis super acus, & si uis aufer acus & dimitte locum donec putrefiat caro exesa & ultero cadat. Aut incide ipsam ubi uideris ipsam ob putrefactionem facile posse tolli, loco à putrefacta carne purgato, cura ipsum eo quo oportet ex ungentis donec sanetur. Quod si eminentia umbilici est ex carne nata in eo, aut ex humiditate, tunc oportet ut concaues apostema, sicut diximus & extrahas sanguinem, aut humiditatem quam inuenis in eo, deinde cura ipsum aliquo medicamento quod consolidet locum.

De cura cancri, Cap.

LIII.

Am diximus in diuisione species cancri, & qua uia quoque modo omnium generis cancris sit medendum, & cauendum ne curare conemur cancrum ferro, ut non ulceretur. Et diximus quomodo medicus cure re debeat cancrum generatum in matrice, quidque in ea curatione fugiendum ser-

dum sequendumque sit. Et dixerunt antiqui quod quandoque cancer est in loco ubi possibile est eius eradicatio, sicut cancer qui est in mammillis, aut in coxa & locis similibus ex quibus extrahi potest, præcipue quando est incipiens & paruus. Quādo est magnus, & si non uetus non tamen oportet magnam spem curandi eius polliceri. Ego enim non potui sanare ex eo aliquem, neque uidi alium ante me peruenire ad illud. Cura uero in cancro quando est in ijs locis quos diximus, est ut primum purget infirmum à cholera nigra aliquotiens, dein te mitte sanguinem si in uenis est repletio manifesta, deinde præparato infirmo sicut diximus, injice in cancrum uncinos qui conueniunt ei, postea concaua ipsum ab omni parte cum cute & perurga idoneis instrumentis donec non remaneat aliquid ex radicibus eius, & per mitte sanguinem fluere, & non statim fluxum sanguinis sistas, imò exprime loca & absterge sanguinem crassum manu tua, aut aliter quo ex instrumentis. Si autem curationi impedimento est fluxus sanguinis crassi ex incisione arteriæ, aut uenæ, tunc cauteriza uenam donec abscindatur sanguis, mox cura ipsum reliqua curatione, donec sanetur.

De cura hydrophisis, Cap.

LIIII.

Am narrauimus in diuisione species hydrophisis & signa singularū specierū quoque quælibet genere remediōrū curetur. Et illa quæ curat ferro est species ascites, præterea nulla attingenda est ferro, neque species tympanitis, neque species hypofaræ, sine certo enim mortis periculo fieri nequit, citiusque hydropticum occideret quam exhauriret. Quando tu medicatus es hanc speciem hydrophisis quæ ferri patiens est, & non contulit medicatio tua, tunc considera. Nam si in infirmo iam consecuta est debilitas, aut cum eo infirmitas alia præter hydropticum, sicut si sit cum eo tussis, aut uentris solutio, & similia illis, tunc caue ne mediceris ei ferro, quoniam sine periculo fieri nequit: Si autem uides infirmum exuberantis uirtutis, neque est in eo alia ægritudo præter hydropticum solam, & non est puer, neque senex, tunc modus curationis in eo est, ut eleues infirmum stantem inter manus tuas, & minister post ipsum exprimat uentrem eius manu sua impellendo aquam ad inferiorem partem pectinis, deinde accipe spatumile spinosum, secundum hanc formam.

I

2


Sit duarum



Sit duarum partium acutarum, longum, acutæ extremitatis, sicut spatulæ. Veruntamen sit in eo quiddam breuitatis paulatim ut non pertranseat eo usque ad intestinum, & lædas ipsum, deinde considera, nam si est generatio hydrophis ex parte intestinorum, tunc oportet ut feces ab umbilico spacio trium digitorum ad inferiora in directo eius supra peccet. Si uero generatio hydrophis est propter agritudinem epatis, tunc sit sectio tua sinistra ab umbilico tribus digitis. Et si generatio eius est propter splenem, tunc sit sectio in latere dextro, & cauere oportet ne fiat sectio in latere super quod uult iacere infirmus ut non fluant superfluitates ad illum locum debilem. Perfora instrumento cutem totam, deinde intro mitte in illam sectionem, & eleua manum tuam cum spatumili inter cutem & siphac quasi tu excories ipsum, & sit quantitas quæ excoriatur circiter quantitate unguis, deinde perfora siphac magna cautione & indulsitria donec perueniat spatumile ad locum uacuum in quo loco consuevit colligi aqua, deinde extrahe ipsum, & intromite in foramen instrumentum, cuius hæc est forma, & sit simile cannulæ, ex argento subtili,



fiat ex argento, aut ære, aut auricalcho leue, tersum, in inferiori parte est foramen paruum, & in lateribus eius sunt tria foramina, duo ab una parte, & unum à parte altera, & facta est extremitas eius incisa, secundum modum incisionis calami, quemadmodum uides hic ob oculos positum.



In extremitate

In extremitate eius superiore est armilla, nam quando instrumentum peruenit ad aquam, tunc ipsa descēdit super instrumentum, ergo euacua ex aqua non simul omnem, sed primo mediam ferè eius partem. Quoniã am si tu euacuas ex ea plus quam oportet simul uno tempore, timor est ne moriatur infirmus per resolutionem spiritus sui animalis, aut accidit ei syncopis quæ appropinquat morti. Verum euacua ex ea secundum quantitatem uirtutis eius, & secundum quod significant tibi infirmi dispositiones ex uirtute pulvis eius, & ex bonitate respirationis eius. Deinde extrahere instrumentum & celeriter obsrue foramen ut aqua retineatur, quod sit si rite coniungas solutam cutem quæ retinet foramen quod est super siphac, quod perforandum esse diximus. Porro hæc eadem cura est die sequente proximo repetendo eodem instrumento. Si uides infirmum tollerantem illud, extrahe etiam ex aqua quantitatem paruam, fac illud diebus aliquot. Hanc curam administres magna animi sollicitudine & timore, nam hæc curatio non fert uel minimum errorem. Paulatinèq; semper per interualla temporis deme de aqua, donec admodum pauca reliqua fuerit. Si autem times infirmo, quod quantum multum detraxeris de aqua, tamen nihil aut parum adiutum uides ægrotum, tunc cura ipsum seipsum pultura in arena calida & sudore multo in balneo, & sole, & sic expectet situm, et cura ipsum medicinis exiccatis donec sanetur, & cauteriza ipsum super stomachum, & epar, & splenem, post extractionem aquæ, adhibeas autem cauteria sicut in præcedentibus explicauimus.

De cura infantium qui nascuntur locis urine eorum non perforatis, aut foramen est stricium, aut non in suo loco. Cap. LV.

Vandoque egreditur aliquis infantium ex uentre matris suæ, & caput in pene eius non est perforatum, aut est foramen stricium aut non suo loco, oportet ergo foramen moliri statim spatumili subtili ualde, secundum hanc formam.



Deinde pone in foramen clauum subtilem ex plumbo & liga ipsum in I 3 eo tribus

eo tribus diebus, aut quatuor. Quando ergo uult urinam mittere remouetur & mingat, emissa urina, reponere clauum. Et si tu non ponis plumbum, tamē possibile est ut urina quæ incidit in locum, non permittat ipsum claudire. Illi autem cuius foramen est strictum, medicabimur plumbo, sicut diximus, diebus multis, donec meatus amplior reddatur. Illi autem in quibus est foramen non in suo loco, læduntur. Quia foramen est ad finem capitis uirgæ, quare non potest mingere ad anteriora, donec eleuet uirgam manu sua ad superiora, neq; esse generatio, propterea quod sperma non potest peruenire ad matricem secundum rectitudinem, & est ægritudo scæda ualde. Et modus curandi in illo est, ut resupinetur infirmus super dorsum suum, deinde extendere caput uirgæ eius in manu tua sinistra extensione uehementi, & incide caput capitis uirgæ ex loco priapi spatium a cuto, sicut est incisio calami, aut sicut tu radis aliquid, ut medium eius fiat sicut est secundum naturam caput uirgæ, & ut cadat foramen in medium quæ admodum naturale est. Et caue in incidendo à fluxu sanguinis, multotiens enim accidit illud. Oppone ergo ei id quod abscondit sanguinē, & cura locum, donec sanetur.

De albather que accidit in præputio, & in capite uirgæ, & corruptione, & nigredine, & adherentia præputij cum capite uirgæ, Cap. LVI.

Multotiens accidit istæ albather in uirga, & est eminentia carnis scædæ, & ex ea alia est maligna, & alia non maligna. Nō malignam ergo oportet ut suspendas uncino subtili & abscondas eam, donec mundes eam totam, deinde pone super ipsam cotum imbutum ungento ægyptiaco, cura ipsam post illud ungento diaphœnicon, donec sanetur. Quod si albather est maligna, scædi coloris, oportet ut administres in ea cauterium post incisionem cutis, & ipsius rasionem. Si autem albather est in præputio capitis non circūcisi, & est pars albather intra præputium, & pars eius extra, tunc oportet ut omnino auferas albather, quæ est intus, donec consolidetur, tunc cura ipsam exterius. Quoniam interiora primum sunt perurganda, nisi enim cauitas sit ab omni corruptione mundata, & sana carne impleta, præputium perforatur, & sæpe accidunt etiam in testiculis, & præputij nigredo, & corruptio. Oportet ergo ut cōcaues totum quod denigratum est, & quod uult corrumpi, aut quod iam corruptum est. Deinde obline ipsum melle cui immixta sit farina corticis granatorum

granatorum, & erui tritorum cribellatorū. Deinde cura illud reliqua curatione, donec sanetur. Si autem accidat fluxus sanguinis, tunc administra cauterium cum cauterio lunari secundum hanc formam.




Cauterium enim est iuuatium ad duas dispositiones simul, semel ad fluxum sanguinis & uulnus quando corrumpitur. Quod si corruditur caput uirgæ & destruitur totum, tunc oportet ut intromittas in meatum priapi cannulam ex plumbo, ut mingat infirmus super eam. In adhærentia uero præputij cum capite uirgæ, & hæc quidem adhærentia non accidit nisi in eo cuius præputium est sanum, & non exigitur ad hoc circūcisi. Et quandoque accidit adhærentia propter uulnus, aut apostema quod cum sit, oportet ut excories eam spatiumli obtuso, donec soluatur ligamentum & liberetur caput uirgæ ab omni parte. Quod si est difficile discernere ea excisite, tunc oportet ut excories aliquid ex capite uirgæ, & ex præputio. Præputium quado est subtile sæpe perforatur propter suam subtilitatem, deinde separa inter præputium & caput uirgæ cum panno lini subtili, qui sit madefactus in aqua frigida, ut non adhæreat donec curetur uino stipitico, atque consolidetur.

De mundificatione infantium & curatione cum prima chirurgia non succedit, Cap. LVII.

Cum circūcisiō non est solutio continuitatis, sicut reliqua uulnera. Verū tamen cum sit cura relicta uoluntati nostræ, & usus eius sit in pueris proprie, est necesse ut tentemus curationem meliorem, & uiam meliorem perducantem ad salutem. Dico ergo quod antequam qui no dixerunt de circūcissione in aliquo suorum librorum, quoniam non usi sunt ea, nec quicquam extat de hoc medendi modo quod sciam, nosque adeo primam hanc rationem curandi per experientiam & rationem, inuenimus, primique nos ad communem hominum utilitatem multa excogitauimus, inter alia docuimus uti mundificatione cum nouacula, & forficibus, & uti alfelcati, & ligamento cum filo & incisione cum ungu

la. Et ego probavi omnes istos modos, & non inveni meliorem mundificatione cum forficibus & ligamento cum filo, quoniam in mundificatione cum nouacula multotiens effugit cutis, quoniam cutis præputij habet duas tunicas, propterea sæpe inciditur cutis superior & remanet tunica inferior. Cogitur ergo quoque incidere alteram, & hinc timor est dolorem futurum. Et in mundificatione quæ fit per allicati non est secunda incisione extremitatis uirilis membri, quoniam periculum est ne ingrediatur in foramen eius. In mundificatione cum ungula hoc est utile, quod uitantur incommoda quæ à ferro solent uenire. Et cutis quidem pueri est breuis natura, & multotiens nascuntur taliter quod non indigent mundificatione, & uidi illud. Mundificationis autem utilitatem quæ fit cum forficibus & ligamento cum filo clarissime sæpe perspexi, quoniam forfices sunt proportionales incisionis, propterea quod acuitas quæ est superius, est sicut acuitas quæ est inferius. Cum ergo premis manum tuam proportionatur duas acuitates & incidunt simul, & sit compressio filii figura continens cutem uirgæ ab omni parte. Magno autem studio uidentum est, ne ullus error committatur. Et in hac cura primum est, ut iubeas æstimare puerum de ligatura, sentit enim præcipue si est ex eis qui intelligant paruimper. Ligatur diligenter filum in uirga eius, & dimitte ipsum usque ad diem sequentem, deinde fac eum gaudere & lætari omnibus modis, quibus fieri potest. Deinde fac eum stare inter manus tuas præparate saturæ, & non sedeat. Et occulta forfices in manu tua, aut sub pede tuo, ne uideat eas puer omnino, neque aliud ex instrumentis, deinde intromitte manum tuam ad uirgam eius, & suffla in cutem & trahere eam sursum, donec egrediatur caput uirgæ, deinde mundifica ipsam ab illis quæ in ea colliguntur sordibus, deinde de liga locum signatum cum filo duplo, postea liga inferius quoque ligamento alio, deinde tene cum pollice tuo indice locum ligamenti inferioris retentione bona, & incide inter duo ligamenta, deinde eleua cutem sursum celeriter & extrahere caput uirgæ, deinde per mitte sanguinem effluere paulatim, est enim non malum si non nihil sanguinis emittitur, & pone puluerem desuper, & super puluerem pannum in quo est illitus uitelus oui decocti in aqua rosata, concussi cum oleo rosato recenti boni, & dimitte eum sic curatum usque ad diem sequentem, & cura ipsum reliqua mundificatione, donec sanetur. Formæ forficis ad mundificationem,

habent




habent duas extremitates, & sint incidentes ne egrediatur in eis rāmus clauij, & sit longus æqualiter. Error diligenter debet caueri in mundificatione, sæpe autem incidit, fugit enim sæpe cutis intrinseca tota, aut pars eius apud incisionem, ergo oportet ut extendas eam ungue tuo ante operationem loci, & incidas eum secundum æqualitatem. Quod si non potes tenere eam ungue tuo, tunc extrahere eam uncinco & incide eam. Si autem præterierint tres dies & remanet quod est sub uirga inflatum apostematum, tunc dimitte illud donec sedetur apostema calidum, & excoria illud leniter, & incide illud secundum quod præparatur, & caue à capite uirgæ, non enim nocebit ei illud. Cura ergo illud cum eo quod consolidat uulnibus ex pulueribus quos narrauimus in tractatu de pulueribus, & si inciditur ex cute supra mensuram & euadit ad superiora, non nocet ei. Cura ergo illud eo quod diximus donec sanetur.

De curatione urine retentæ in uesica, Cap. LVIII.

Vesica retenta in uesica fit ab oppilatione facta ex lapide, aut sanguine coægelato, aut pure aut carne nata, et similibus. Si huic morbo adhibueris ea remedia quæ à nobis sunt tradita in diuisione, & non soluitur urina, & uides retentionem eius esse propter lapidem qui iam est in collo uesicæ, tunc oportet ut sit infirmus super genua sua curuatus, deinde componantur pedes eius super dorsum, & extendat uentrem ex superiori parte dorsi eius, & stringat infirmus auditum suum, quantum possibile est ei. Cogitur sic collum uesicæ ad expulsionem lapidis ad posteriora, quare ex meatu colli uesicæ lapide repulso, redditur urina. Quod si non soluitur hoc modo, & maius periculum maiorque dolor apparet infirmo, tunc oportet ut admissis res extractionem eius cum instrumento quod nominatur syringa, cuius hæc est forma,

fiat ex argento

3441091




fiat ex argēto & sit subtile leuigatū, concavū sicut canna penne avis in subtilitate radij, longum palmi unius & medij, cui sit canna subtilis in capite eius. Et exitus urinæ per ipsum est, accipias igitur filum duplicatum, & liges in extremitate eius lanam, aut cotum ligatura bona, & introrittas extremitatem sili in inferiori parte syringæ & incide forficibus si superfluit aliquid ex lana. Verum introrittas in cannulam quantum potest commo dè fieri, deinde inunge syringam oleo, aut butyro, & albumine oui, & fac sedere infirmum super sedem. Et embroca uesticam, & uirgam oleis humidis, & oleo in aqua tepida, deinde introrittas syringam in uirgam leniter donec perueniat ad radicem uirgæ, deinde dupla uirgam superius ad partem umbilici, & impelle syringam intra ipsam, impelleque ipsam donec perueniat ad uesticam & sentiat eam infirmus iam peruenisse ad locum uacuum: Et non fiat hoc secundum hunc ordinem nisi quando meatus est ualidus qui possit ferre hanc curam, deinde extende filum cum lana paulatim. Urina enim sequetur lanam, deinde extrahe eam, & fac fluere urinam, & itera syringam, & non cesses facere illud donec euacuetur uestica, & sentiat infirmus alleuiationem.

De qualitate clysterizationis uesticæ cum claspēdra & formâ instrumentorum que conueniunt ad illud, Cap. LIX.




Vando accidit in uestica ulcus, aut sanguis in ea congelatur, aut coartatur in ea pus, & uis distillare in eam aquas & medicinas, tunc fiat instrumentum quod nominatur claspēdra, & hæc est forma eius.



In eo sunt

In eo sunt tria foramina, duo ex una parte, & unum ex parte altera, sicut uides & locus cōcauus in quo est illud quod impellit, sit secundū quantitatem quod oppilet ipsum. Oportet enim iustam magnitudinem & capacitatem habere ad expellendam & attrahendam humiditatem. Cum ergo uis projicere humiditates in uesticam introrittas extremitatem claspēdræ in humiditatem & trahere quod impellit ad superior, humiditas enim trahitur in concauitatem claspēdræ, deinde introrittas extremitatem eius in uirgam sicut narrauimus in syringa, deinde impelle humiditatem cum eo quod impellit, illa namque humiditas peruenit ad uesticam statim, ita quod sentit eam infirmus. Forma clysteris subtilis, qua clysterizatur uestica, est hæc.




Fiat ex argento aut auricalcho, cuius caput altius sit simile alcama paruæ, & sub eo sinus inter quem cadit ligamentum, deinde accipe uesticam anatis, & pone in ea humiditatem qua uis clysterizare uesticam, deinde liga eam inter duos sinus ligatura forti filo duplo, & calefac illam humiditatem parum super ignem, deinde introrittas extremitatem clysteris in uirgam, postea stringe manum tuam super uesticam cum humiditate sicut uirga apta, donec sentiat infirmus quod illa humiditas iam peruenit ad uesticam, si autem non est tibi præsens uestica, tunc accipe frustum pergamini & fac ex eo circumulum, & perfora ipsum ab omni rotunditate sua, deinde introrittas filum forte in illis foraminibus, sicut reuoluuntur, deinde cōgrega circumulum sicut congregatur aliofratu, postquam tu ponis in eo illud ex sex humiditatibus & oleis & aquis, deinde liga ipsum in instrumento, & fac cum eo sicut fecisti cum uestica expressione manu tua donec perueniat humiditas ad uesticam.

De extractione lapidis, Cap. XL.

Iam diximus in diuisione species lapidis, & curationem eius cum medicinis, & diximus differentiam inter lapidem generatum in renibus, & lapidem generatum in uestica, & signa illius. Et dixi lapidem in quo cura manus & sectiones habet locum, & est lapis generatus in uestica proprie, & ille qui figitur in uirga. Paucis dicam de hac re quam clarissime possum,

possunt. Dico ergo quod lapis generatus in uesica plurimum accidit pueris. Et ex signis eius est quod urina egreditur ex uesica similis aquae in subtilitate sua, & apparet in ea arena, & fricat infirmus uirgā & dolet, & multoties pendet, deinde egreditur, & erigitur cum eo anus in multis. Et est facilis sanatio puerorum usquequo consequuntur quatuordecim annos, & est difficilis in senibus. In iuuenibus autē est media, facilior senum, difficilior quam in pueris, & quo homo natu maior est, hoc est, difficilior in eo curatio lapidis. Et curatur etiam lapis citius uel tardius pro magnitudinis ratione. Cum ergo peruenimus ad curationem, oportet in primis ut mundificemus infirmū clysteri quod extrahat totum sterus, quod est in intestinis. Ipsum enim quandoque prohibet inuentionem lapidis, deinde accipitur infirmus cum pedibus suis & cōcutiatur, & moueatur ad inferiora ut descendat lapis ad profundum uesicae, aut salta de loco alto aliquotiens, deinde fac eum sedere inter manus tuas praeparatum, & manus sint sub coxis ipsius, ut fiat uesica tota decliuis ad inferiora, deinde perquire eam & tange eam extrinsecus. Si ergo sentis lapidem in spacio, tunc propera statim cum sectione. Quod si non cadit sub tactu tuo omnino, tunc oportet ut tingas digitum indicem in oleo manus sinistrae, si infirmus est puer, aut digitum medium, si est iuuenis adultae aetatis & intronitas ipsum in anum eius, & perquire de lapide, donec quando stat sub digito tuo cōuerte eum paulatim ad collum uesicae, deinde preme super ipsum cum digito tuo & impelle ipsum ad exteriora uersus locum cuius sectionem uis, & praecipe ministro ut premat uesicam manu sua, & iube ministrum ut manu sua dextra testiculos extendat ad superiora, & manu sua alia remoueat cutem, quae est sub testiculis in parte a loco in quo fit sectio, deinde intronitte spatium incidens, cuius haec est forma.



Et scinde in eo quod est inter anum & testiculum non in medio, imò ad latum natis sinistrae, & fiat sectio super ipsum lapidē, & digitus tuus sit in ano, & fiat sectio transversa, ut sit sectio exterius ampla, & interius stricta secundum quātitatem, quod sit possibile egressio lapidis ex ea, non maior, fortasse enim comprimit digitus qui est in ano lapidem, & egreditur absque difficultate.

difficultate. Et scias quod ex lapidibus est cui sunt anguli & margines, quare sit difficilis exitus eius, propter illud, & ex illis est lenis similis glandi, & rotundus, & sit facilis egressus eius. Ergo cui sunt anguli & margines adde fissurā. Quod si non egreditur ita, tunc oportet ut alia excogites rationem & uiam, nempe ut aut stringas super ipsum cum gesti apte, cuius extremitas sit sicut luna quae stringat super lapidem & non euadat ab ea, aut ut intronmittas sub eo instrumentum subtile curuatae extremitatis. Si autem non potest intronmitti super lapidem propter angustiam foraminis, tunc amplifica foramen parumper, quod si uincit te aliquid ex sanguine abscinde ipsum cum zegi. Si uero plures sunt lapides, tunc impelle imprimis magnū ad os uesicae, deinde super ipsum impelle paruū, & similiter fac, si sunt plures duobus. Quod si est magnus ualde, ne tentes ut feces ipsum sectione magna, aut enim accidet infirmo ut moriat, aut distillatio assidua, propterea quia non consolidatur locus omnino. Verum administra expulsio nem eius donec egrediatur, aut excogita fracturam eius cum forscipus, deinde extrahas eum frustratim. Cum ergo compleueris operationem tuam, tunc imple uulnus thure & aloē, & sanguine draconis, & stringe ipsum & pone super ipsum pannū insulum oleo et uino, aut oleo rosaceo, et aqua frigida, ut sedetur apostema calidum, deinde resupina infirmum super collum suum, & non soluas ligamentum usque ad diem tertium. Cum ergo solueris ipsum embroca locum aqua & oleo multo, deinde cura ipsum unguento diaphoenicon, & unguento basilicon, donec sanetur. Si autem acciderit uulnere apostema calidum, aut si congeletur sanguis in uesica & prohibeatur ex eo urina, & cognoscitur illud ex egressione sanguinis cum urina. Intronmitte ergo digitū tuum in uulnus & extrahere illum sanguinem. Nam si remanet facit corruptionē, & putrefactionem uesicae, deinde ablu uulnus aceto, aqua, & sale, & adpone cuique speciei id quod cōuenit ex curatione usque quo sanetur. Et oportet inter curandum ut liges duas coxas & congreges cauias medicinarum, quae ponuntur super locum, quod si lapis est paruus, & sit in meatu uirgā, & figitur in eo, & prohibet urine exitus, tunc cura ipsum ea ratione, quam exposui antequam peruenias ad sectionem. Multoties enim sit per hanc curationem ut nihil opus sit sectione. Ego enim probaui illud, necesse est autem ut accipias perforatorium ex ferro allelud, cuius haec est forma,

K triangulatae



triangulæ extremitatis acutum fixum in ligno, deinde accipe filum, & liga cum eo uirgam sub lapide ut non redeat ad uescicam, deinde intromit te ferrum perforans uirgā leniter donec perueniat perforatoriū ad ipsum lapidem, & reuolue perforatorium manu tua in ipso lapide paulatim, nec abissas à perforatione, donec facias ipsum penetrare à parte altera. Urina namq; absoluū statim, deinde preme manum tuam super illud quod remā sit ex lapide ab exteriorē parte uirgæ. Ipse enim frangitur & egreditur cum urina, & sanatur infirmus. Si aut non succedit hæc curatio propter aliquid quod prohibet impeditiue illam, tunc liga filum sub lapide & filum aliū supra lapidē, deinde seca in ipsa uirga inter duas ligaturas super lapidē, deinde extrahe ipsum, postea solve ligamentū & mundifica sanguinē cōgelatū qui sit in uulnere. Et non est necessariū ligamentū sibi sub lapide nisi ut nō redeat ad uescicā, & ligamentū aliud desuper, nisi ut quando soluit filum post egressione lapidis redeat cutis ad locū suum, & cooperiat uulnus. Et ppter illud necesse est tibi quando ligas filū superius ut eleues cutē ad superiora, ut redeat exempto lapide in locū suū, & cooperiat uulnus, sicut diximus.

De extractione lapidis mulierum, Cap. LXI.

Raro generatur lapis mulieribus. Si autem accidit alicui earum lapis, difficilis est eius curatio, & ob multas causas incurabilis est lapsa, aut ex habentibus maritos. Prima est quod mulier fortasse est uirgo, alia est quia tu non inuenis mulierē quæ detegat se ipsam medico, quando est castra, aut ex habentibus maritos. Accidit quod non facile inuenimus mulierem bene scientē hanc artem, præcipue artē quæ manu fit, ignorant, alia est causa, quod locus sectionis super lapidē in mulieribus est logius à loco. Quod si necessitas prouocat ad illud, tunc oportet ut accipias mulierē medicam bene scientē cuiusmodi raro inuenit. Si talem mulierē tam doctam in arte habere non poteris, tunc quære medicū castum, subtilē, & præsentē mulierē obstetricē bene doctam in re mulierū. Aut mulierē quæ in hac arte sit peritissima, ad sit ergo talis & præcipe ei ut faciat omnia quæ præcipis ei ad inueniendū lapidē. Si ergo inuenit ipsum, coartat eam sub digito suo, & tunc

& tunc præcipe ei ut secet super ipsum. Si uero non est uirgo, tunc præcipe obstetrici ut intromit digitū suum in uulū infirmæ, & inquirat lapidē, ponendo manum suam sinistrā super uescicam, & cōprimat eam. Si ergo inuenit eum, oportet ut gradatim moueat eum ab orificio uescicæ ad inferiora, donec perueniat cum eo ad radicē coxæ. Et quacunq; parte sentit lapidē, ab illa parte digitus eius non remoueat: à lapide coartans sub eo & sit sectio parua primo, deinde intromitte radium super illam sectionem. Si ergo sentit lapidē, tantum secet ut quod lapis egrediatur ex ea. Et scias quod species lapidis sunt multæ, alius enim est paruus magnusue, alius leuis seu asper, alius longus aut rotundus, & alius habens ramos. Scias ergo species eius, ut lapis indicet de se quomodo secandus sit. Si ergo uincit te sanguis, tunc adde in loco zegeritū & tene ipsum hora una donec abscondatur sanguis, deinde redi ad operationē tuā donec egrediat lapis, & fac ut præparata habeas instrumenta quæ dixi in extractione lapidis in uiris, ut cōmodius hæc omnia instrumentorū idoneorū adminiculo administrare possis. Quod si uincit te fluxus sanguinis, & scis quod fluxus sanguinis est ex arteria incisa, tunc pone puluerem super locum, & stringe cum puluere strictione supra, & non iteres illud & per mitte lapidē, & non extrahas ipsum propter magnum periculū, deinde cura uulnus. Cum ergo sedatur acuitas sanguinis post dies & putrefit locus, tunc redi ad curatiōem omnīfam, propter sanguinis fluxum ex arteria, nec sine magna causa cesses donec egrediatur lapis.

De sectione hernie æquosæ, Cap. LXII.

Hernia aquosa nihil aliud est nisi collectio humiditatis in siphacalbo quod est sub cute testiculi continente ouū, & nominat siphac. Et quandoq; est in panniculo proprio quem præparauit sibi natura in parte oui, ita ut uideatur ouum aliud. Et cutis testiculi inter siphacalbum, quod diximus, & illud raro accidit & generatio quidem huius ramis est ex debilitate quæ accidit testiculis, quare effunditur ad eos hæc materia, & quādoq; accidit ex percussione super testiculos. Et hæc humiditas habet multos colores, & plerunq; est color eius decliuis ad citrinitatē, aut est sanguineus rubeus, aut est feculentus niger, aut est aquosus albus, & talis est plurimum, & signa quibus scitur ubi sit aggregatio aquæ sunt ista. Nam si est in siphac albo, quod diximus, tunc apostema est rotundum ad longitudinem sicut est figura oui, & non apparet testiculus, quoniam huius

K

2


miditas

miditas continet eum ab omni parte. Et si est humiditas in alio panniculo qui est proprius humiditatis, tunc apostema est rotundum cum parte oui, & propterea uidetur aliud ouum esse. Et si humiditas est inter cutem testiculorum & siphac album, tunc cadit sub sensum. Quando ergo vis coloris humiditatis cognitionem, tunc experire colorem humiditatis cum intro misso quadrato, cuius forma præcessit. Secundum illud ergo quod egreditur in inuestigio intramissi, iudica de illo quod est intra ipsum. Cum ergo uenimus ad curationem quæ sit ferro, tunc oportet ut præcipiamus inferre ut phlebotometur si possibile est ei illud, & uides corpus eius plenum deinde resupinetur super dorsum suum in altiore loco, & pone sub eo panos multos, deinde sede tu super sinistram eius & præcipe ministro ut se deat à dextris eius, qui extendat uirgam eius ad alterum laterum cutis testiculorum & partem mirach uentris, deinde accipe spatulum latum & seca cutem testiculorum ex medio per longitudinem usq; prope pectinem, & fiat sectio secundum rectitudinem æquidistans lineæ, quæ diuidit cutem testiculorum donec perueniat ad siphac album comprehendens, & excorria ipsum, & obserua ex hoc ut non feces ipsum, & sit excoriatio ipsa, quæ ipsum secas uel excorrias ex parte quæ suspenditur cum ouo, & subtiliter scrutare cum excoriatione seruas modum, deinde perfora siphac plenum aqua perforatione ampla, & extrahere totam aquam, deinde separa inter duo labia uncinis sectionis, & extende siphac ad superiora, & non tangas cutem testiculorum comprehendentem, & incide siphac qualitercunq; aptissime incidi potest, aut totum aut frustratum, præcipue latus eius subtile. Nā si tu non exq;site perfrutaris incisionem eius, non potes esse securus ut non aqua reudeat. Si autem procedit ouum exterius à cute sua inter secandum, tunc ubi cõpleueris sectionem siphac, reduc ipsum, deinde aggrega duo labia cutis testiculorum cum sutura, & cura ipsum sicut reliqua uulnera, donec sanetur. Quod si inuenis ouum corruptum ex alia ægritudine, tunc oportet ut liges uasa quæ sunt suspensorium timens fluxum sanguinis, deinde abscinde testiculum cum suspensorio & extrahere ouum, postea cura eo quod diximus. Si uero aqua est collecta in duabus partibus simul, tunc scias quia sunt due radices uel ramices. Seca ergo partem aliam secundum quod fecisti in altera æqualiter, deinde absterge sanguinem & introromitte in sectiones lanam submersam in oleo, aut in oleo rosato, & impone foris lanam aliam quæ submersa sit in uino & oleo, & expande eam super duos testiculos & mirach uentris, & pone

& pone desuper pannos duplicatos, & sint puluilli & liga eos desuper ligamento quod habet sex secundum hanc formam.



Deinde sumantur duo panni & suantur, & implantantur secundum dictam similitudinem, & fiant extremitates quibus premitur ex coto, aut lana humida, & coniungantur strictura in lumbari bracarum, & una extremitatum accipiat super anum usq; ad dorsum, & secunda accipiat ad partem pectinis, & duas extremitates super duas coxas inferius, & duas extremitates aliarum super duo inguina, & coniungatur strictura tota in lumbari bracarum. Et quandoq; artificialiter curat hæc ramex cum cauterio loco sectionis cum ferro. Quæ sic habet, accipe cauterium cultellare subtile, & feces eo cutem testiculorum, & debet esse ignitum, quemadmodum narrauimus, donec quando detegatur siphac album continens aquam, tunc accipe cauterium secundum hanc formam.



Assimilat literæ græcæ T, deinde perfora eo illud siphac, & est ignitum donec egrediatur humiditas tota, deinde extende siphac uncinis, & excorria cauterio subtili ignito, & incide ipsum quam aptissime fieri potest, donec radices totum, & caue ab ouo ne tangat ipsum ignis, & scias quod hæc operatio est salubrior, & longinquior à fluxu sanguinis, & melior quam operatio cum sectione. Si uero sectionem aut cauterium impedit apostema calidum, aut fluxus sanguinis, aut aliquid aliud, tunc oportet ut cures, prius quod aduerfatur cauterio aut sectioni. Semper enim hæc methodus est obseruanda, ut ordine curentur cum conueniunt sunt morbi. Quo pacto autem medendum sit fluxui sanguinis, aut apostemati calido, dictum à nobis abunde est supra. Si autem infirmus est timidus & non fert hanc curam propter horribilitatem suam, tunc administra perforationem de qua pauca dicam

eis dicam. Quando certum est tibi apud te per illud quod diximus de significacionibus, quod ramex est aquosa, tunc oportet ut facias sedere infirmum super sedem eleuatam, deinde perfora apostema in inferiori parte sui cum spatumiliato, & pone perforationem secundum longitudinem corporis, & sit apertio ampla, donec effluat aqua tota, deinde pone super locum cotum, & liga ipsum & dimitte ipsum ut effluat residuum aquae, deinde cura ipsum donec sanetur uulnus. Si autem impedit egressio aquae in hora qua perforas ipsum, & non sit illud nisi propterea quod panniculus albus contrarietatem facit in orificio uulneris, & prohibet exitum aquae, tunc oportet ut intromittas in uulnus pennam, aut instrumentum quo extrahitur aqua hydropicorum, cuius forma praecessit, aut adde in apertione uulneris parumper & scias quod aqua redit & congregatur post sex menses, aut circiter eos. Cum ergo congregatur, tunc perforetur secundum eundem modum.

De sectione super ramicem carnosam & curatione eius, Cap. LXIII.

Scias quod in sectione ramicis est multum periculi, & singulari exitu git in iulstriam & artem, qua propter uidetur mihi diligenter de hac dicendum, quam igitur potest à me fieri distinctissime omnes eius species breuiter perstringam. Dico ergo quod accidunt apostemata multa in corporibus ex quibus componuntur testiculi, & sit illud ex causis multis, aut ex superfluitate acri quae effundit ad testiculos, aut ex percussione, & est color apostematis secundum colorem corporis, & non dolet, & est apostema graue. Est et apostema lapideum cuius color est fuscus, & non est ei sensus, & quandoque sit ex nodatione arteriarum & inflatione earum, cuius mentionem in superioribus fecimus, aut ex inflatione uenarum. Quod ergo est ex inflatione arteriarum, cognoscitur per dispositionem apostematis, quando comprimis ipsum digitis tuis, ne coneris hoc curare, neque tan gas. Illud uero quod sit ex inflatione uenarum, non dispergitur ex eo aliquid ad compressionem quae fit digitis. Et potest fieri ut hanc speciem fecerimus. In hunc modum autem necesse est ut fiat: feces cutem testiculorum, deinde extende ouum sursum & extrahe ipsum ex siphac albo, & libera suspensorium ex uasis, & liga uasa, & incide suspensorium, postquam liberaueris ipsum ab omni parte ex partibus oui. Si ergo ouum iam consolidatum est cum illis carnibus natis, tunc oportet ut extrahas ouum & incidas ipsum, & si adherentia est aliqua ex siphac, aut in eo quod est inter uasa, tunc oportet

portet ut soluas totam illam adherentiam, & incidas eam incisione rotunda. Si autem est adnata caro in loco adherentiae quae est retro, tunc oportet ut incidas totum eius, & extrahas ouum, sicut diximus, ubi ergo haec omnia rite administraueris, tunc imple uulnus lana imbuta oleo rosato, & uino, deinde cura ipsum reliqua curatione, donec sanetur.

De cura ramicis, quae est cum uitis, Cap. LXIII.

Vitis est apostema inuolutum quadam inuolutione simile botro cum mollificatione testiculorum, & sit difficilis motus & exercitium, & deambulatio infirmi. Et in curatione huius aegritudinis est seretantum periculi & difficultatis quantum in ea quam iam supra diximus. Verum oportet ut dicamus curationem eius, quam maiores nostri tentarunt. Dico ergo quod oportet ut facias sedere infirmum super sedem eleuatam, deinde impelle suspensorium testiculorum ad inferiora, deinde tene cutem testiculorum digitis tuis, cum uasis quae sunt propinqua uirga, & teneat ea minister alius extendatque ea extensione uehementi, deinde incide spatumiliato, acuto, sectione transversa in directo uasorum, donec detegantur uasa, deinde excoria ex omni parte, sicut diximus in extractio ne arteriarum quae sunt in temporibus, postea fige in eis acum in qua sit filium duplum, & liga ipsum in primo locorum quibus accidit uitis, & liga ipsum iterum in ultimo eorum, deinde seca ea in medio sectione recta secundum longitudinem corporis, & extrahe quod congregatur ex humiditatibus seculentis, corruptis, deinde cura uulnus curatione reliquorum uulnerum in quibus uis generari sanguine. Opera dato studiose ut qua minime laedas uasa quae nutriunt testiculos, non est enim malum contemnendum si plura laesa fuerint. Non tamen potest fieri ut non aliqua laedant, neque est magnum periculum si concidunt uasa quae nutriunt alterum testiculorum. Si autem accidat uitis omnibus uasis, tunc oportet ut extrahas propter hoc testiculum cum uasis, ut non priuentur omni nutrimento propter incisionem uasorum & tabescant, & non sit iuuamentum ab eis.

De cura ramicis intestinalis, Cap. LXV.

Hac accidit in siphac extensio super uentrem in parte inguinum ex mirach uentris, quare descendunt intestina ex illa ruptura ad unum in testinorum, & haec ruptura est aut ex siphac, aut ex extensione eius. Et accidunt istae duae species ex causis multis, aut ex percussione, aut saltu, aut clamore, aut eleuatione rei grauis, & similibus. Et signum eius, quando est ex extensione siphac, est quod accidit paulatim in tempore logo, & non

K 4 accidit

accidit subito, & est apostema æquale usq; uersus profundum, propterea quod siphac comprimit intestinum, & signum eius quando est ex sectione siphac, quia facit accidere ex principio sui dolorem uehementem subito, & est apostema diuersum apprensus sub cute ppinqua, & illud est propter exitum intestini & cursus eius ad exteriora siphac. Et quandoq; egreditur cum intestino scirbum & nominatur hernia intestinalis & scirbia, & quandoq; sit cum uentositate, & quandoq; uenit in intestinū steruus & retinetur illic, & est cum eo perniciēs infirmi, quonia facit accidere dolorem prauū, & præcipue quādo premitur. Et in curatione specierū huius ægritudinis cum ferro, est timor, quare oportet ut caueatur error in ea, & modus operationis est, ut præcipias infirmo ut reducat intestinū manu sua ad interiora cōcauitatis sue, si reducentē sequitur. Deinde resupinetur super collum suum inter manus tuas, & eleua crura eius, deinde extende cutē sequitur ad superiora, et seca cutem testicularū totam per longitudinē. Deinde fige in duobus labijs sectionis uncinos sicut indiges ad aperiendā sectionē cum eis, & sit sectio secundū quantitatem, & sit possibile, ut egrediat ex ea ouum, deinde excoria siphac, & quæ sunt sub cute testicularū, donec quādo detegit siphac album durū ab omni parte, tunc intramitte digitū tuū indicē in eo quod sequit testiculū in eo quod est intra siphac album, quod est sub cute oui & inter siphac secundū, & absolue digito adhaerentiā, quæ est in posteriori parte oui, deinde moue cum manu dextra ad interiora cutem testicularū, & cum hoc extende siphac albū sursum manu sinistra, & eleua ouum cum siphac ad partē sectionis, & præcipe ministro ut extēdat ouū sursum, & solue adhaerentiā, quæ est retro, solutione cōpleta, & quere digitis tuis, ut sit nō illic aliquid ex intestino inuoluto in siphac albo duro. Si autē inuenis ex eo aliquid, tunc impelle ipsum ad uentrē inferius, deinde accipe acum in qua sit filū crassum factū ex decē filis, & intramitte ipsam apud postremū à siphac quod est sub cute testicularū quæ sequit sectionē, deinde incide extremitates quæ eminent ex filo donec sint quatuor fila, deinde cōpone ligamina in modū crucis, & liga à siphac de quo diximus, quæ est sub cute testicularū, ligamēto uehementi ex duabus partibus, deinde inuolue etiam extremitates filorum & liga ea ligamēto uehementi, donec non possit aliquid ex uasis quæ nutriūt eos mittere ad eos aliquid, ut non accidat inde apostema calidū, & pone iterū ligamētū secundū, extra ligamētū primū longinquū ab eo minus duobus digitis, & post ista duo ligamēta

mentā dimitte ex siphac quod est sub cute testicularum quantitatem magnitudinis digiti, & incide reliquum totum secundum rotunditatem, & aufer ex eo ouum, deinde seca in inferiori parte cutis testicularū sectione ex qua fluat sanguis & sanies sicut narrauimus in prædictis. Deinde administra lanam imbutā oleo, & pone in uulnus, & administra ligamētū quod narrauimus, & quandoq; cauterizat siphac album, quod diximus post incisionem eius, timendo de fluxu sanguinis, multotiens enim accidit illud & dimitte ligamētum donec cadat ultro. Si autem tardius cadit, tunc embrocetur cum aqua calida, & pone super ipsum illud quod diximus, donec cadat, deinde cura uulnus reliqua curatione uulnerum, donec curetur.

De ramice uentosa, Cap. LXXVI.

In hac ramice non uidi aliquem qui ausus fuerit aliquid ferro tentare, & maiores quidem dixerunt, quod sit ita tractanda sicut narrauimus in ramice quæ est cum uite. Quod est ut liges uasa post sectionem moliter inferius, deinde seca in medio, & cura apostema convenientibus remediorum auxilijs donec cadant uasa, & cura uulnus secundum quod diximus, donec sanetur.

De discriptione que fit in inguinibus, Cap. LXXVII.

Quandoq; accidit ruptura in inguinibus, sicut diximus & eminent locus, & non descendit ad testiculos aliquid ex intestinis, & si descendit est parū, & redit omnibus horis, uerum si prologatur in ea tempus, additur fissura in siphac, donec descendat intestinum in siphac, & accidit illud extēsiōne siphac, quæ est in inguinibus, sicut diximus. Quod est quia extendit siphac, deinde mollificat & apostemat locus & eminent, & cura eius est cum cauterio sicut satis in superioribus est dictū, & quandoq; curat ferro, secundū hunc modū. Iaceat infirmus super dorsum suum inter manus medici, deinde seca locum apostematū & eminentē sectionē per latitudinem secundū quantitatem trium digitorū, deinde stringe alifaket quæ sunt sub cute, donec detegant siphac album quod est sub cute quæ sequitur ipsum, tunc accipe radiū & pone ipsum super locum eminentem ex siphac, & preme ipsum ad profundum uentri, deinde sue duobus locis eminentiam super extremitatem radij ex siphac, & auereste cum sutura unum eorum cum altero, deinde extrahe extremitatem radij & non incidas ad siphac omnino, neque tendas ouum, neque aliud, sicut dictū est in curatione ramicis intestinalis, deinde cura illud curatione uulnerum.

uulnerum. Cum ergo incidis fila mūdifica illud, & restaura uulnus donec consolidetur, siphac enim cōtrahitur & non additur eminentia rupturæ, & cauterium est melius in loco, nam citius & melius curat.

De mollificatione cutis testicularum, Cap. LXVIII.

Multoties mollificatur cutis testicularū in quibusdam hominibus propterea quod mollificant carnes quæ sunt intra ea, & secū datur aspectus eius, ergo necesse est medicum qui accedit ad curationē eius, ut iubeat iacere infirmū super dorsum suū & incidat totā cutem quæ mollificata est super cutem naturālē, deinde coniūgat duo labia cum sutura, & si uis sue inprimis superfluitatem cutis mollificatæ tribus suturis, aut quatuor, & firma futuram, deinde incide inter suturas, mox cura curatione uulnerum reliquorum usq; quo sanetur & cadent fila.

De castratione, Cap. LXIX.

Scias quod castratio in lege nostra excōmunicata est, & phibita. Idcirco posseam eam præterire silentio in hoc opere: Nec est necessaria eius traditio nisi propter duas causas. Quarū una est, ut sit illud in scientia medici, quando interrogat de ea, & ut sciat curationē eius cui accidit. Et causa altera est, quod nos multoties indigemus castratione quorundam animalū, sicut arietum & hircorū, & cattorum, & similiū animalium. Dico ergo quod castratio fit duobus modis, aut per attritionem, aut per fissurā & sectionē. In illa autem quæ fit per attritionem, oportet ut nos faciamus sedere animal in aqua calida, donec mollificent testiculi eius, & leniantur & pendeant, deinde attere eos manu tua donec resoluant & non appareant sub tactu. In castratione autē per fissurā & sectionē, oportet ut teneas animal & premas cutē testicularū eius manu sinistra, deinde liga superforiū, & seca super omne ouū sectione una, donec quando procedunt duo oua, tunc incide ea postquā excoraueris utrunq; & non dimittas super ea exsiphac, & aliquid præter siphac subtile quod est super uasa. Et iste modus castrationis est melior eo qui fit per attritionem, quoniā sæpe aliquid relinquitur non contritum ex testiculis, quare desiderat animal coitum, deinde cura uulnus, donec sanetur.

De cura hermaphroditii, Cap. LXX.

Hermaphroditia ex uiris est secundū duos modos, unus est, quia apparet in eo quod sequitur spacium, aut in cute testicularum in eo quod est inter duos testiculos, figura uulnæ mulieris in qua sunt pili, & quandoque exit urina ex eo quod est in cute testicularum. In mulieribus

ribus autem est species, & est uulua mulieris super pectinem sicut testiculi rari, parui omnino eminentes ad exteriora, quorum unus est sicut priapus uiri, & duo sicut duo testiculi. Et curatio specierum duarum ex uiris, & speciei unius ex mulieribus est, ut incidas illas carnes additas, donec & fugiat impressio eorum, deinde cura eas curatione reliquorum uulnerum. Speciei autē tertiae uirorum ex qua egreditur urina quæ est in cute testicularū, non est quod coneris mederi, neq; enim in naturālē habitū potest restitui.

De inossione tetiginis & carnis eminentis ex uuluis mulieris, Cap. LXXI.

Tetigo sæpe augetur & excedit modum naturalem, donec secdus & turpis aspectus eius fiat, & quandoq; ad eam magnitudinem peruenit in quibusdam mulieribus ut expādat sicut in uiris, & peruenit usq; ad coitum. Oportet ergo ut teneas superfluitatem tetiginis manu, aut uncino, & incidas, sed ne altius feces præcipue in profundo radicis, ut non accidat fluxus sanguinis. Deinde cura ipsam curatione uulnæ, donec sanetur. Caro autē sæpe nascitur in orificio matris, donec impleat ipsum. Et nonnunquam egreditur ad exteriora secundum similitudinem caudæ. Et propter illud nominant quidam ægritudinem caudatam, oportet ergo ut incidamus eam sicut incidimus tetiginē, & curemus eam donec sanetur.

De curatione alratice, Cap. LXXII.

Alratica est ut uulua mulieris non perforata, aut sit foramen paruum, & est aut naturalis, aut accidentalis, & accidentalis est ex ægritudine quæ præcessit, & ipsa quidem fit aut ex carne nata aut uiri, aut siphac subtili aut spissa, & fit aut in profundo matricis, aut in lateribus eius, aut in superiore, aut inferiore eius parte, & prohibet à coitu & p̄gnatione & partu, & nonnunquam prohibet & mensura, & cognitio illius fit per aspectum obstericis. Si oppilatio est apparens propinqua. Si autem non apparet, tunc quære eam digitis, aut radio. Si autem oppilatio est ex siphac subtili & est propinqua duobus labijs, tunc propera & disrumpe ipsam, oportet autē ut ponas super duo labia puluillos, deinde pone indices tuos duarum manuum simul, & mulier sit super dorsum suum expansis cruribus suis, deinde extende duo labia fortiter, donec dirumpitur siphac subtile, et aperiatur oppilatio, deinde accipe lanam & imbue eam oleo, & pone ipsam super locum, & coeat mulier omni die, ut non denuo consolidetur locus. Si autem siphac est crassum spissumue, tunc oportet

oportet ut feces ipsum spatium lato simili folio myrti. Si autem oppilatio est ex carne nata, tunc suspende eam uncinis & incide eam, & sint apud te medicinae quae sistant fluxum sanguinis absque mordicatione, sicut acacia, & sanguis draconis, & thus cum albumine oui, deinde a sinistra carnulam ex plumbo amplam, ut non consolidetur vulnus uelociter, teneat eam diebus aliquot, & administra licinium ex lino sicco, deinde curetur reliqua curatione consolidationis, donec sanetur. Et quandoque accidit in matrice ut nascatur alius generis auctiores praeter naturam carnes, oportet ergo ut incidantur secundum hunc modum. Cum uero est apostema cancerosum in matrice, ne ferro tangas neque enim ullus omnino est ferri usus in cancroso apostemate matricis.

De cura haemorrhoidarum & thellii, & bothiorum rubrae, quae accidunt in uuluis mulierum, Cap. LXXIII.

Hæmorrhoides sunt apertio orificiorum uenarum ut fluat ex eis sanguis multus assidue. Cum ergo antiquantur hæmorrhoides sunt thellii. Dictæ autem sunt à me in diuisione species earum, & dicam nihilominus hoc loco species quae recipiunt curationem. Scias ergo quod hæmorrhoides & thellii, quando sunt in profundo matricis, & non apparent sensui, tunc non debent ferro curari neque possunt. Quae autem sunt in orificio matricis quaeque uideri possunt ferro curantur. Oportet ergo ut intromittas mulierem in domum frigidam, deinde extende althellii forficibus, aut panno aspero, & incide eas extradicibus suis, deinde pulueriza super eas ob fluxum sanguinis ex uno puluerum qui sistant sanguinem absque mordicatione, sicut acacia & sanguis draconis, & thus, & similia. Deinde impellat pedes suos ad parietem hora una, postea depone eam in aquam frigidam. Quod si perseverat fluxus sanguinis, tunc fac eam sedere in decoctione sumach, & corticum granatorum, & gallarum, & similium. Deinde accipe farinam hordei, & confice eam cum melle & aceto, & fac emplastrum cum eo super dorsum eius. Si ergo absconditur sanguis bene est, & si non, admoueas dorso uentosas, & mammillis absque scarificatione, deinde accipe lanam & imbue ipsam in succo taratriti, aut succo arnoglossae, aut succo ramorum aulalachi cum uino pontico, & fac ut adhæreat loco. Cum ergo quiescit apostema, tunc cura locum unguetis, donec sanetur. Althellii uero rubeum est simile capitibus althellae, & est asperi aspectus. Oportet ergo ut incidas quod apparet ex eo secundum quod dixi in

dixi in thellii æqualiter, & cura ipsum, donec sanetur.

De perforatione exiture quae accidit in matrice, Cap. LXXIII.

Accidit in matrice species multæ apostematum sicut cancer, & apostema lapideum, & ulcera, & dubelati, & allekilati ut uocantur medici, & fistulae, & hæmorrhoides, & rhagadiae, & thellii, & apostema calidum. Ego iam ante dixi omnes has ægritudines, & species, & signa ipsarum, & earum curationes in diuisione. Operæ precium autem uidetur ut repetam in hoc tractatu apostema calidum quod accidit in matrice. Si est ex apostematis quae colligunt sanguinem. Oportet ut confideres, si dolor eius apostematis in inceptione sua est acutus, cum percussione, & flamma, & febre, & uides ipsum rubere, tunc non properes curare ferro, nec perforatione, sed cura ipsum eo remedium genere quod facit ad maturitatem, donec quiescat acuitas accidentium, tunc oportet ut facias sedere mulierem super sedem quae habeat duo sedilia, & reclinetur super dorsum suum, & contrahat pedes suos ad partem inferiorem uentris, & sint coxae eius expansae, & ponat brachia sua sub genibus suis, & liget utraq; ligamento conueniente ad illud, deinde sedeat obstetrix à latere dextro, & ad sinistra instrumentum quo aperitur orificium matricis. Cuius forma ob oculos in sequentibus ponetur. Et oportet quando uis administrare hoc instrumentum ut figas cum radio profundum matricis mulieris, ut non sit illud instrumentum quod ingreditur longius quam matricis profunditas ne lædat infirmam. Si autem fuerit instrumentum longius quam profundum matricis, tunc oportet ut ponas puluillos super os matricis, ut prohibeatur introitus instrumenti totius in profundum matricis, & oportet ut ponat uertiginem quae currit in instrumento ex latere superiore, & ut teneat instrumentum & reuoluat minister uertiginem, donec aperiat profundum matricis. Cum ergo appareat exitura & tangitur manu, & est lenis, mollis, tunc oportet ut feces caput eius spatium lato. Cum ergo euacuatursanies, tunc oportet ut ponas in uuluis licinium imbutum oleo rosato, aut oleo uiridi, in quo sit quiddam stipticitatis, & pone licinium extra sectionem in profundo matricis, & exterius quoque supra matricem & super peritinem lanam mundam submersam in aqua bullitæ sunt maluae, deinde curetur post duos dies unguento quod conuenit, donec illud sanetur. Et quandoque ablutur matricis & uulnus, ita quod clysterizatur cum aqua & melle, deinde cum aqua in quo cocta sit radix hiliij, aut aristolochia longa, deinde

L

redeat

reseat ad unguentū. Quod si uulnus fuerit absconditū interius in matrice tunc non debemus ferrū adhibere, sed ueniendū est ad eam curationē, de qua diximus in tractatu quem inscripsimus diuisionem, cum eo quod diximus in diuisione.

Ad docendum obstetrices qualiter medicentur embryonibus uiuis, quando egrediantur secundum formam non naturalem, Cap. LXXV.

Necessē est obstetrici ut cognoscat imprimis figurā partus naturalis. Signa autem naturalis partus sunt, quando uidēs mulierē comprimi ad inferiora, & desiderat odorare acrem, & propter descendētē fetum leuatur in superioribus uteri partibus, & festinat exitus embryonis, tunc scias quod iste partus est secundum figurā naturalem & est exitus eius super caput suū, & secundina cum eo, aut suspensa uel pendens ex umbilico. Cum ergo uidēs ista signa, tunc oportet ut comprimatur uterus eius, ut descēdat embryon uelociter. Nam quando descendit super caput suum descendit secundina cum eo & mundatur ab illis superfluitatibus mundificatione salutarī. Qui autem fetus non exit hoc modo est immaturalis, illaudabilisq̄, quoniā quandoq̄ egreditur fetus super pedes suos, & egreditur corpus eius ante caput ipsius, & pedes eius, & manus eius unā, aut pes eius unus, alijsq̄ multis modis, ineptissimis ad emittendum. Nam nonnunquā uertitur super collū suum, & prorsus transuersus exit. Necessē est ergo obstetrici ut sit prudens, subtilis in istis rebus omnibus, & caueat ab errore & deceptione. Ego fideliter in presentiarum docebo, quid obstetricibus & astantibus alijs sit agendum quocunq̄ modo fetus se exiturum ostendat, ut obstetrices in prōptu habeant quid factū opus sit. Quando egreditur fetus super caput suum egressione naturali, & mulier non facile fert, doloresq̄ uehementiores fiunt, & adeo difficilis fit partus ut uideas uirtutē eius iam debilitatā, tunc iube eam sedere super sedem, aut mulieres teneant eam, & uapora uulua eius cum scenugræco decocto, & cum oleis humidis, deinde introrūmittat obstetrix inter digitos suos spatumile paruū & findat cum eo secundinā, & secet eam ungue suo donec effluat quod est in ea ex humiditate, & preme uentrē mulieris donec descēdat fetus. Si autem non descendit, tunc oportet ut clysterizet mulier ex mucilage scenugræci cum oleo sesamino, deinde præcipe ei post clystere ut comprimatur, & fac eam sternutare conditi, & simul tene os eius, & narium ipsius, fetus enim egreditur statim. Quod si egrediantur primo duæ manus fetus, tunc oportet

oportet ut reducas eas cum facilitate paulatim. Si autē non possunt retrudi, tunc pone mulierē super sedem, & eleua pedes eius sursum, deinde concute sedem super terrā, & mulier teneatur ut non cadat ad concussionem. Si ergo non ingrediunt manus & morit fetus, tunc incide eas, & extrahe residuum fetus, & liga corpus & manus eius panno, & extrahe ipsum magna diligentia, puerperæ salutem respiciens.

Exitus embryonis super pedes suos.

Quando egreditur fetus super pedes suos, tunc oportet ut impellat eos sursum, deinde cōuertat fetū paulatim, postea cōponat ipsum, deinde accipiat unum pedem eius & extendat eum paulatim. Cum ergo egrediunt usq̄ ad coxas, tunc præcipe ei ut comprimatur, & fac eam sternutare cum conditi, sepe enim sic, auxilio & gratia dei, uidimus euasisse incolumes, & matrē, & fetum. Et si non egreditur hoc modo, tunc reduc fetum paulatim, donec reponas eum secundū figuram naturalem. Si ita fetum reposueris recte, facile pariet mulier. Quod si nulla harum ratio subuenierit, tunc accipe ex mucilage althææ, & oleo sesamino, & gummi soluto, & cōtunde bene simul in mortario, deinde line eum eo uulua usq̄ ad hypochondria. Cum ergo uidēs quod iam lenificata sunt inferiora eius, tunc fac ex sieff de miri ha & suppone parturienti mulieri. Quando ergo tenet sieff hora una, tunc iube eam sedere super sedem, & fac eam sternutare, & stringe os eius, & narium ipsius, & preme leuiter molliter uē inferiorē partem uteri eius, & fetus egredietur statim.

Exitus fetus super gēnuū suū, & manus suas.

Quando egreditur secundū hanc formā. Primum conetur obstetrix in locum reponere fetū, quantum potest fieri manibus suis, & resurpine mulier super collū suum, & pendeant pedes eius ad inferiora, & iaceat super lectum & cōplicit manus suas, deinde preme uentrem eius paulatim, extrahe quæ est sub pedibus eius ex puluinaribus, donec sit præparata in inferiori parte. Quod si non egreditur fetus, tunc accipe pedes eius, & moue eos motu uehementi, deinde preme quod est super hypochondria paulatim, donec ascendat fetus ad superiora, deinde introrūmittat manus, & in naturalē figuram componat fetum paulatim, & præcipe mulieri, ut comprimatur, donec egrediatur fetus.

L 2 Exitus

Exitus foetus latitudinaliter pendente una ex manibus eius.

Primum est querenda ratio, qua retrudatur manus foetus, si autē non potest reduci manus, tunc eleua mulierem & fac eam ambulare. Si ue ro ambulare non potest, tunc fac eam iacere super lectum, & concute cru ra eius uehementer, deinde administra linimentum de quo dictum iam est, ex mucilagibus. Quod si inuadūt mulierem dolores partus, iubeas eam sedere super sedem, deinde stare in reductione manus, & compone foetum secundum figuram naturalem, & fac sternutare mulierem, & præcipe ei ut comprimat se, donec egrediatur.

Exitus foetus super collum expansis manibus suis, & facies eius ad dorsum matris suae.

Oportet ut teneat obstetrix manum foetus, deinde reuoluateum paulatim & componat eum sicut naturalis locatio exigit. Cum ergo re positus est, tunc pone super uuluum quod narrauimus ex oleo & mucilagi nibus, deinde præcipe ei ut moueat paulatim. Cum ergo feceris illud, tunc iube eam sedere super sedem, & præcipe ei ut inclinetur ad latus dextrum, deinde præcipe ei ut comprimat respirationem & fac eam sternutare cum conditi.

Exitus foetus præparati super latus.

Quando descendit ad orificium matricis secundum hunc modum cum secundina, tunc scinde secundinam cum ungue tuo donec euar cuetur ab humiditate. Si ergo expanditur super faciem foetus & collum ei us, tunc incide eam ex umbilico ut non retineatur & moriatur, deinde im pelle foetum ad interiora donec reposeris foetum in naturalem habitum, & præcipe mulieri ut comprimat spiritum aliquotiens, ipse enim egredie tur hoc modo.

Exitus geminorum aut foetuum multorum.

Scias quod gemini multotiens nascuntur, & quandoque nascuntur tres, & quatuor, ueruntamen illud raro cōtingit. Quinque uero est res extra naturam & non uiuunt penitus, & continet eos quotquot sint, secundina una, & separantur per siphac distinguens inter eos ligatam in umbilico cuiusque eorum, & quandoque egrediuntur sicut egreditur foetus unus exitu naturali facili, & egrediuntur quoque non naturali exitu, quemadmodum à nobis est dictum. Quod si difficiles sunt quidam eorum partus & perueniūt ad illud quod diximus ex figuris non naturalibus, tunc cura eos sicut narra uimus, & sit obstetrix subtilis, & faciat omnia cautē, prudētē & religiose, & querat

& querat rationem subueniendi ad omnes casus & in omnes, qui uarij sunt euentus. Nihilque omitat quæ ad salutem puerperæ, & foetus facere intellexerit ipsa aut ab alijs rogando didicerit. Debet enim omnino obstetrix non nitium sibi arr ogare & placere, sed quotidie discere à medicis & uetulis mulieribus in hac arte usu & longa experientia edoctis.

De embryonibus & abortu.

Quandoque formantur in matrice multi foetus, etiam quatuor, & quin que, & sex, & septem, & plures decem. Compertum habeo quamdam mulierem abortiendo emisisse septē, & alia quindecim omnes forma tos. Ad eò mirabilia sunt opificis rerum opera, cuius sapientiæ & potentia non est finis, hic ergo totum oportet ut sit in scientia obstetricis, ut cum usus uenerit perita sciat quid sit agendum.

De extractione foetus mortui, Cap. LXXVI.

Quando educere conaris foetum mortuum remedijs quæ diximus in diuisione, & non egreditur, & cogaris uti operatione manus, tunc oportet ut cōsideres, an mulier sit sanæ uirtutis, & non est cum aliquo ex accidentibus, ex quibus periculum est ne moriatur, tunc oportet ut resupinetur mulier in lecto super dorsum suum, & habeat caput suum inclinatum inferius, & crura eius eleuata, & minivster teneat eam à duabus partibus, aut ligetur ad lectum ut non sequatur corpus totum matris cum mortuus foetus extrahitur, deinde humecta os matricis ex oleis humidis, cum mucilagine altheæ, & fenugræci, seminis lini, in unguatque manum suam obstetrix cum istis oleis & mucilagibus mox intromittat leniter eam in matricem, & querat manu locum in mor tuo foetu in quo figat uncinos, oportet enim esse loca cōuenientia ad illud. Considera ergo si foetus est præparatus ut descendat super caput suum, tunc fige uncinos in oculis eius, aut in collo eius, aut in ore eius, aut in palato ipsius, aut in mento eius, aut in furcula ipsius, aut in locis propinquis costis, & sub hypochondrijs. Si autem descensus eius est super pedes, tunc in pectine & costis medijs, oportet ut teneat uncinum cum manu dextra, & introponat curuitatem eius in eo quod est inter digitos sinistræ manus, & intro mittat leniter cum manu & figat firmiter uncinum in aliquo locorum quæ diximus, deinde figat in oppositione eius uncinum alium, aut tertium si in diget, ut sit attractio æqualis, & non sit extensio secundum rectitudinem,

L. 3 & non


& non declinet ad partem, deinde extendatur extensione æquali, & non sit extensio secundum rectitudinem tantum, imò moueatur ad omnem partem ut alleuietur exitus eius, sicut fit cum dente qui radicitus extrahitur. Et omnino humidi mollesq; sunt reddendi locelli per quos est trahendus mortuus fetus. Quod si retineatur ex eo pars, tunc oportet ut inungat obsterix quosdam digitos cum oleo, & intromittat eos ita ut reuoluat quod retinetur. Si ergo egreditur pars fetus, tunc permouentur uncinæ ad locum alium qui sit altior, fac hoc donec egrediatur fetus totus. Si ergo egreditur fetus manus ante alia & non est possibile reducere eam propter coartationem eius, tunc oportet ut inuoluatur super eam pannus, deinde extrahe eam donec egrediatur tota, incide eam aut in iunctura plantæ, aut in cubito, & ita oportet ut facias in manu altera, & in duobus pedibus. Si autem caput fetus est magnum, aut accidit ei coartatio in exitu, aut est in capite eius aqua collecta, tunc oportet ut intromittat inter digitos spatulam spinosam, & findat eo caput & extrahat aquam, aut dirumpat ipsum cum instrumento quod nominatur almsdack, cuius formam cum formis reliquorum instrumentorum in capitulo proximo habebimus. Et similiter faciat, si fetus est magni capitis natura, tunc oportet ut secat algenget matu sic enim uocant, aut atterat ipsum cum misdach sicut diximus, deinde extrahat ossa forcipibus. Quod si egrediatur caput & coartetur apud furculam, tunc findatur donec effundatur humiditas quæ est in pectore. Si autem non cõplicatur neq; obedit ad exitum, tunc incide caput frustratim quocunq; modo potest fieri, unice studens ut quam minimum lædas mulierem. Quod si in inferiore uentre est apostema, aut hydrophilis, tunc oportet ut per fores ipsum donec effluat humiditas ex eo. Si uero fetus est super pedes, tunc attractio eius est facienda & directio ad os matricis est leuis. Si autem coartatur apud uentrem aut pectus, tunc oportet ut trahas ipsum cum panno quem inuoluisti super manum tuam, & findas uentrem aut pectus donec effluat quod est in eis. Si autem auferuntur reliqua membra & redit caput in matricem, tunc intromittat obsterix manum sinistra & si os matricis est apertum, tunc intromittat manum in profundum matricis, & querat caput & attrahat ipsum digitis usq; ad os matricis, deinde intromittat in eo uncinum unum, aut uncinos duos, & attrahat ipsum. Quod si os matricis coartat propter apostema calidum, quod nonnunquam conuenit accidere, ab hac extrahendi ratione cauendum est, oportet enim tunc ad ministrare

ministrare effusionem rerum humidarum pinguium, & ad ministra emplastrum, ut sedeat in aquis quæ mollescent & humectent. Quod si fetus est super latus suum, si possibile est ut restituatur & componatur in naturalem situm, ad ministra quod diximus in fetu uiuo. Quod si non est possibile illud, tunc incidatur frustratim & extrahatur, & oportet ut omnino nihil dimittas ex secunda in matrice. Cum ergo compleueris operationem illam in extrahendo fetum, tunc ad ministra quod diximus conuenire in apostematis calidis quæ accidunt in matricibus. Quod si accidat fluxus sanguinis, tunc descendat in aquas sstipticas, & ad ministra reliquam curati onem. Vidi ego mulierem in cuius uentre mortuus erat fetus, & nihilominus in prægnata, postea mortuus fetus etiam secundo conceptus. Accidit ergo ei post tempus longum, apostema in umbilico suo & inflatum est, donec apertum cepit emittere pus. Vocatus sum ergo ad curationem eius & medicatus sum ei tempore longo & non cõsolidatum est uulnus, posuit ergo super ipsum ex quibusdam emplastris fortis attractionis, & exiit ex loco os, deinde post dies aliquot exiit & aliud os. Miratus sum ergo cum in uentre non sit os, causam diligentius expendens & mecum per omnia putans, deprehendi quod erant ex ossibus fetus mortui. Caula igitur morbi certo cognita, mendicanti rationem hinc conlectus extraxi ossa multa muliere exiliente in melioribus dispositionibus. Et diu postea uixit mulier illa, ex ulcere autem semper puris non nihil fluxit.

De formis instrumentorum que necessaria sunt in extractione fetus.


Cap. LXXVII.

Forma uertiginis qua aperitur matrix.




Hæc est forma stricatorij quo æquantur libri, cui æqualiter sunt duæ uertigines in duabus extremitatibus duorum lignorum. Veritamen hæc uertigo oportet ut sit subtilior stricatorio, & ut fiat aut ex ebano, aut ex ligno buxi, & sit latitudo utriusque duorum digitorum, & margo utriusque est quasi digitus unus, & longitudo utriusque est palmus & medietas, & in medio duorum lignorum sunt duo additameta eiuſdem ligni quæ iam firmata sunt in utriusque, quorum longitudo est medietas palmi, aut paulo longior, & latitudo utriusque est quasi duo digiti, aut paulo latior, & ista duo additamenta introumittunt in os matricis, ut aperiatur quum reuoluis duas uertigines.

Forma alia ad simile illius subtilior & leuior,




fiat ex ligno ebani, aut buxi secundum similitudinem forcipum. Veritamen in extremitate eius sunt duo additamenta sicut uides, & longitudo utriusque additameta est quasi palmus, & latitudo utriusque est duorum digitorum. Cum ergo uis aperire matricem eo tunc fac sedere mulierem super lectum suum pendentibus pedibus, aperto quod est inter crura eius, deinde introumitte ista duo additamenta coniuncta in matricem, & tu teneas extremam instrumenti inferius inter coxas eius, deinde aperi manum tuam cum instrumento sicut facis cum forcipibus equaliter secundum quantitatem quam uis ex aperture oris matricis, donec faciat oblectrix quod uult. Forma uertiginis alterius de qua ueteres dixerunt.




Forma


Forma impellentis quo impellitur foetus.




Forma almisdach quo conteritur caput magnum,




assimilatur forcici cui sunt dentes in extremitate, sicut uides. Et quandoque fit oblongum sicut forceps, secundum hanc formam sicut uides, cui sunt dentes sicut dentes ferræ quo inciditur & conteritur. Forma misdach parui,




Forma uncini habentis spinam unam.



Forma uncini habentis spinas duas.




Forma forcicis cui sunt dentes ferræ quo conteritur caput foetus.



Forma spatulilis

Forma spatulilic habentis duas extremitates quo abscondit caput.



Forma duorum spatulilic.




Ista instrumenta omnia sepe in usum veniunt, & artificii opera danda est ut quam plurima præparata habeat, & ad quamlibet necessitatem idonea, pro morborum partiumque corporis variis modis differentia. Ita enim pariet sibi existimationem inter homines, & habebit industrius dignus que cuius diligentia credant se ægroti. Non ergo despicias ullum instrumentum, quin sint omnia apud te præparata, inexcusabilis est enim qui hanc artem proficitur, & non habet in promptu quæ ad hanc artem requiruntur.

De extractione secundine. Cap. LXXVIIII.

Vando retinetur secundina in partu, tunc oportet ut præcipias puerperæ ut retineat anhelitum suum, deinde fac eam sternutari recondisi, & stringe manum tuam super os eius, & nares ipsius. Si ergo secundina egreditur per hoc, bene est, & si non, tunc accipe ollam & perfora in coopertorio foramen unum, & pone in ea herbas aperientes os matricis, ut calamendium, rutam, anetum, chamæmilam, centauream, hoc genus herbas submerge cum aqua, & pone eam super ignem, deinde pone fistulam arundinis super foramen coopertorii ollæ, & extremum ratem alteram in os matricis, & teneat eam donec perveniat vapor ad concavitatem matricis, deinde sic eam sternutare, sicut diximus. Secundina enim statim solet sequi, per has herbas aperto ore matricis. Si autem manet post hanc curationem & non egreditur, tunc præcipe obsterici ut submergat manum

manum suam sinistram in oleo sesamino, aut mucilage altheæ, deinde in tromitte eam in uulvam & querat secundinam, cum ergo inuenerit eam, tunc capiat eam & extendat ipsam paulatim. Si autem fuerit annexa in profundo matricis, tunc introrumpat manum, quemadmodum narrauimus, donec nec inueniat secundinam, & extrahat eam paulatim secundum rectitudinem, ut non sequatur matrix ad attractionem uehementem, imò oportet ut permittatur leniter ad latera dextra & sinistra, mox paulo fortius trahat, ipsa enim secundina soluta à loco cui adhæserat, sequetur. Quod si os matricis est coartatum, nos iam narrauimus curationem cum sternutatione & ex medicamine ollæ cum herbis. Si autem nihil efficias istis omnibus rationibus quas diximus, tunc caue ne fatigeris & desperes. Verum oportet ut quod egreditur ad os matricis ex ea liges ad coxam mulieris, deinde clysteriza eam ungento tetrapharmakon, ipsum enim putrefaciet eam post aliquot dies & dissoluatur, & egredietur. Veruntamen quando putrefit, eleuatur ex eam odor malus ad stomachum, & caput, & lædit illud infirmam. Oportet ergo ut administrantur suffumigationes conuenientes ad illud. Quidam autem antiquorum experti sunt suffumigationem nasturtij & sicuum siccarum conuenientem esse. Forma instrumenti quo suffumigatur mulier in retentione menstruorum & secundinæ.



Fiat hoc instrumentum ex nitro simile alcatma, aut fiat ex ære, & ponat extremitas subtilis in uulvam, & extremitas ampla super ignem, & suffumigatio sit posita super prunas, teneat eam donec consumatur illa suffumigatio, & itera aliam. De curatione ani non perforati, Cap. LXXIX.

NAscitur multi puerorum quorum ani non sunt perforati, quos oppilauit siphac subtile. Oportet ergo ut obsterix perforet illud siphac digito suo. Et si non potest digito fieri, perforet illud spatulili acuto, & caueat ne lacertum tangat, deinde adhibe loco lanam imbutam uino & oleo, & cura ipsum cum ungentis donec sanetur. Si autem ritmes ne denuo oppiletur pones in foramine cannulam de plumbo diebus multis, & auferatur quando puer uult egerere. Aliquando accidit etiam oppilatio ani ex consolidatione uulneris aut apostematis, oportet ergo ut

secetur

secetur illa consolidatio, deinde curetur eo quod diximus ex curatione ex plumbo.

De curatione fistularum que accidunt in inferiori sedis parte, Cap. LXXX.

Fistulæ quæ accidunt in inferioribus sedis partibus sunt nodatio & crassitudo, quæ accidunt prope anum foris. Et est fistula una aut plures. Cum ergo antiquatior illa nodatio & effluit humiditas aquosa, aut pus subtile, & quandoque inveniuntur ex istis fistulis penetrantes. Penetrantes ergo cognoscuntur per illud quod egreditur ex eis egestio & uentrositas, quâdo egerere infirmus conatur, & sæpe egreditur ex eis uermis, & sunt eis fistulæ penetrantes usque ad uescicam, & usque ad meatum uirgæ, & sunt ex eis penetrantes usque ad iuncturam coxæ, & usque ad nodum caudæ. Cognoscitur fistula penetrans usque ad anum, si intromittas digitum tuum indicem in anum, & intromittas tentam subtilem in fistulam ex aere, aut ferro. Quod si in ea est tortuositas, tunc intromitte in eam tentam ex plumbo subtilem, aut pilum ex pilis equorum donec sentias tentam, aut pilum in digito tuo. Quod si sentis ipsam neque uermis sicut diximus, tunc scias ramine ex egestione, neque uentrositas, neque uermis sicut diximus, tunc scias quia non est penetrans, propterea ergo ad curationem. Et quando fistula est penetrans usque ad uescicam, aut usque ad meatum uirgæ, tunc significatio eius est exitus uirgæ, & nullis remediis auxilijs fistula potest impleri & consolidari. Si uero est penetrans usque ad iuncturam coxæ, aut usque ad os coxæ, tunc signum eius est quod peruenit tenta usque illuc, si non est in ea tortuositas usque ad os, & quod uicinæ partes uehementer dolent, item quod egreditur pus ex ea indefinenter, & quod nihil proficit ulla medicatio neque consolidatur ungentis. Et in istis fistulis omnibus penetrantibus non est curatio ulla, & omnis opera oleumque perditur. Et imperiti medici qui conantur has penetrantes medicari infamant se & pulcherrimam artium medicinam. In illa autem quæ non est penetrans & non est antiqua, speratur sanatio cum ferro, quemadmodum tibi exponam, & quod ego ipse probaui. Iaceat infirmus super dorsum suum inter manus tuas, & eleua crura eius usque supra coxas ipsius, & coxæ sint inclinatae ad uentrem ipsius, deinde intromitte tentam plumbi, aut æris, si est in fistula tortuositas, donec scias ubi peruenerit tenta. Si autem sentit eam infirmus circa anum, tunc oportet ut intromittas digitum tuum indicem in anum. Si ergo sentis digito tuo tentam iam penetrasse, tunc scias certo quod est fistula penetrans. Non ergo


coneris

coneris ille fistulæ mederi, neque labores in ea, quoniã non est possibilis eius sanatio, sicut diximus, sunt tamen inuenti qui putarunt posse sanari in quibusdam hominibus, sed rarius. Et si aliqua spes, remedium aut iuuamentum est, ignias cauterium subtile secundum amplitudinem fistulæ, quemadmodum in superioribus diximus, & intromittas ipsum ignitum in fistulam, donec peruenerit circa anum, deinde itera illud bis, aut ter, donec scias quia iam adustæ sunt omnes illæ carnes additæ præter naturam, quæ sunt similes cannulæ pennæ auis, deinde cura illud licinijs inuolutis in butyro donec egrediantur illæ carnes quæ adustæ sunt. Postea cura illud ungetis generantibus carnem & consolidantibus. Si ergo sanatur, bonum est, si non, tunc non sanatur alia curatione unquam. Et si ingreditur tenta & non penetrat usque ad digitum tuum qui est in ano, & est inter ipsum, & inter tentam uelamen spissum ex carne, aut siphac, & uides fistulam in ea quod sequitur superficie cutis, tunc seca cutem ab initio fistulæ, & secundo sequere tentam quæ est in fistula, donec peruenerit sectio ubi est tentæ extremitas, ut tenta exacta cadat. Deinde mundifica illas carnes filtratas quæ assimilantur canicule pennæ auis, & non remaneat ex eis aliquid. Si autem uincit te sanguis, & prohibet ne utaris hac secandi ratione, excogitandum est aliud præsens & tempellium iuuamentum. Poteris igitur cauterizare eam igne, aut medicina acuta. Quoniã cauterium cum igne habet duo comoda, nempe aduersionem illarum carniū additarum, & exiccationem sanguinis & aliarum humiditatum. Deinde cura illud licinijs inuolutis in butyro, aut caulibus tritis, donec locus emittat pus, & egrediantur illæ carnes adustæ in pus, cura tunc uulnus ungentis consolidatiuis, generantibus carnem duram. Quæ sunt medicinæ in quibus sunt stipticitas & exiccatio. Si recte percurata fuerit hæc fistula & caro sana resaurata, non est ut timeas ne redeat malum. Si autem fistula iam peruenerit ad profundum ani & elongatur a superficie corporis, tunc intromitte digitum tuum in anum & inquire cum eo. Si ergo sentis tentam & inter te, & inter ipsam est uelamen ex siphac, aut carne, & est propinquum penetrationi, tunc non est quod possis magnopere sperare, aut polliceri sanitatem ægroto. Non tamen proflus desperandum est, quin aliquid audendum, sed tamen prædicendum, parum esse spei, quo non infametur salutaris ars medicina. Administratur autem in hoc malo unus trium modorum, aut ut cauterizes ipsam, sicut diximus, aut ut leces eam donec consequaris concuuitatem eius, ut sit possibile tibi


M

intromittere

intromittere licinia & curationem ex proximo, & non procedas multum sectione, ut non incidas lacertum continentem anum, & accidat infirmo exitus egestionis absq; uoluntate. Deinde cura illud eo quod diximus, fortasse enim sanabitur. Aut ut illud uelamen mundes & lecas ipsum se re uel ad anum, sicut diximus, aut tenta, aut instrumeto alio acuta extremitatis, deinde mundifica illas carnes filtratas quae sunt in sectione, deinde conare restiturationem uulneris totius, cum sectione & orificio superiore ubi consolidatur & remanet fistula aperta in interiori parte anus. Quod sequitur erit leuius infirmo, & quadoq; enim suitur fistula secundum hunc modum. Intromitte tentam in fistulam in latere ani, curaq; superficiem corporis cum cute & margine ani, tunc accipe tentam perforatam extremitatis, quae est sicut acus aleskes secundum hanc formam.



intromitte in eam filum inuolutum ex quinque filiis, deinde intromitte tentam cum filo in fistulam donec consequatur cōcauitatem eius. Si ergo est penetrans in margine ani interiori prope, tunc extrahere filum ex illo foramine, ita ut intromittas digitum in anum & extrahas extremitatem filii, & coniungas duas extremitates simul & stringe utranque, & dimitte illud die uno, aut duobus diebus, & quanto plus incidit filum in carne stringe ipsum bene, donec incidantur illae carnes, quae sunt inter duas extremitates filii & cadunt, mox cura uulnus donec cōsolidetur & sanetur. Si autem orificium fistulae non est penetrans, tunc fac ipsum penetrare quocumque modo potest fieri, modo non sit nimium profundum & caute facias nec feces musculum ani. His ritè administratis, cura sicut docuimus, donec sanetur. Forma spatuliformis spinosi quo finditur fistula, cuius curuitas est acuta ualde, & pars altera non est acuta, ut non incidat illud quod non est necesse, sicut uides.



De sutura

De sutura haemorrhoidarum, ex quibus fluit sanguis, & incisione earum, & curatione futurarum, Cap. LXXI.

Sunt haemorrhoides uariae & differetes. Aut enim sunt intra anum similes uescis carbonum, uel prunarum, aut sunt sicut grana uuae, & ex eis sunt quaedam paruae, & quaedam magnae, & sanguis fluit ex eis semper, aliquando est tantum una, & sunt aliquando multae, & sunt extra anum, & in extremitatibus eius. Veruntamen quae sunt secundum plurimum paucae humiditatis ex quibus fluit aqua citrina, aut parum sanguinis fluxione assidua, has dolor grauior comitatur. Et curatio eius quae est inter anum, est ut praecipias infirmo ut asellet & exprimat donec egrediatur anus & appareant haemorrhoides, quas cum primum uideris apprehende & suspēde uncinis, aut tene eas ungue tuo, deinde incide eas ad radices suas, si autem non retinetur in eis uncinis propter humiditatem earum & ipsarum mollificationem, tunc cape eas panno aspero, aut cum coto ex diploide lanea, & extrahere eas digitis tuis, deinde incide eas & pulueriza super eas post incisionem quosdam pulueres calidos, ut sint eis loco cauterij, aut cauteriza eas iuxta eam rationem quam exposuimus in loco quo tractauimus cauterizandi modos, deinde cura eas reliqua curatione, donec sanentur. Quod si non obedit anus egressioni, tunc clysteriza infirmum clysteri in quo sit mordicatio parua, ut lauetur eo quod est in ano, & obediat egressioni cito quando exprimit se infirmus. Si autem haemorrhoides sunt extrinsecæ ab ano, tunc cura earum est facilis. Capias igitur eas ungue tuo, aut capias eas cum uncinis & incidas eas, deinde cura eas eo quod diximus, donec sanentur, & qui abhorret ab incisione cum ferro, tunc oportet ut administret suturam earum, secundum hunc modum. Accipe filum inuolutum, & intromitte ipsum in anum, deinde extrahere alteil, quas uocant haemorrhoides ad superiora, & fac ut filum penetret cum actu, & inuolue duas extremitates filii in inferiori parte acus, & stringe theil fisturae forti, deinde noda filum & extrahere acum, fac illud omnibus alteil, & dimitte ex eis unum tantum nec suas ipsum, ut fluat ex ipso superfluitas sanguinis, deinde pone super anum pannum imbutum in oleo rosato, aut ceroto, & pone ipsum super anum, & praecipe infirmo ut quietus, deinde dimitte ipsum donec cadat. Cum ergo cadunt alteil cura eas unguetis, & reliqua curatione, donec sanentur.

M 2 De cura

De cura & fissuratum.

Mltotiens enim accidunt ex exiccatione stercoreis, & cōstrictio-
ne naturæ. Cum ergo antiquant, & nulla potest curare eos me-
dicina, tunc oportet efficere aut puncto spatulæ, aut ungue,
ut fiant humide, & auferatur ab eis cortex superior, qui prohibet eas à cō-
solidatione, deinde cura eas donec consolidentur, & caro sana reddatur.
Si autem non consolidant, tunc iterum eas frica & rade uehementius quā
primo, donec sanguinetur & excoerentur penitus, deinde cura eas donec
sanentur.

De curatione almiram inuertorum & non inuertorum, & althelil siccarum,
& formicæ, Cap. LXX XI.

Scias quod almiram est nodus rotundus adferens dolorem corpori,
ri, similis est capitis clauis, & fit in toto corpore, præcipue in inferio-
ribus partibus pedum & digitis, & accidit ex eis dolor cum homo
ambulat, aut aliās mouetur. Oportet ergo ut secetur quod est in circuitu
clauis & teneatur forcipibus, aut uncino & eradicetur ex radice sua, deinde
cura illud, & si uis cauteriza illud ratione, quā docuimus suo loco in superi-
oribus. Ex althelil quidam autem siccis est eminentia parua, aspera, filtra-
ta, rotunda super superficiem corporis, & multotiens accidit in manibus
puerorum, & curatio eius est ut extēdas althelil & incidas ipsum, aut strin-
gas ipsum cum filo de serico, aut cum pilo, donec cadat, & si uis cauteriza
ipsum igne, aut medicina acuta. Sicut supra præcepimus, etiam eradicantur
althelil inuersi & non inuersi instrumento quod ego dicam.

De cura formicæ.

Formica aut est eminentia parua, filtrata, crassa super superficiē cor-
poris, uadens in profundum ualde, & quando friget pars corporis
affecta, sentitur in ea simile mordicationi formicæ, & fit in corpore
toto, & plurimum fit in manibus. Curatio eius est, ut accipias cannulam
ex penna anseris, aut penna uulturis forti, & pone illam cānulam super for-
micam, ita ut contineat circulus cannulæ partes eius omnes, deinde reuol-
ue manum tuam cum cannula, donec feces quod est in circuitu formicæ,
& ponas eam in profundo carnis, & eradices formicam ex radice eius. Et
si uis facillud cum cannula æris, aut ferri secundum hanc formam.


Sit superius



Sit superius cannulæ ad subtilitatem trahens surdum inuolutum, ut al-
leuietur super digitum adprehensio eius & ipsius reuolutio. Et si uis caute
riza formicam eo modo, quem diximus in præcedentibus de cauterizatio-
ne althelil in capite de cauterio.

De formis instrumentorum quæ administrantur ad clysteria in ægritudinibus ani,
& solutione uentris, & colicæ, Cap. LXXXIII.

Quandoq; fit clystere ex argento, aut ex aurichalco, aut & ære sul-
pho, aut malleato. Et quandoq; fit ex istis instrumentis paruū & ma-
gnū secundum illos in quibus administratur. Illud autem quod
administratur in curatione puerorum paruorum sit paruū,
& quorum ani sunt debiles. Forma instrumentorum quibus clysteria in-
funduntur, maiorum & paruorum.



in superiori parte in qua ligat uter sit amplū, secundū hunc modum, & sit
ei distinctio ubi ligetur uter, sicut uides, & extremitas eius inferior quæ in-
tromittit in anum sit surda, lenis, trahēs ad subtilitatem, & in uno laterū eius
sint duo foramina, & in latere altero foramen unū, & sit amplitudo forami-
num secundum crassitudinē radiorum, aut crassius paruū, & sit uter in quo
ponuntur medicinae ex uestica animalis, aut ex charta ouis quæ sit secundū
formā alofratæ paruæ, cuius radix sit palmus unus, & perforet foraminis
bus multis sicut resoluū, & sit spaciū quod est inter foramina crassitudo di-
giti, deinde intromitte in illa foramina filū forte ex filo crudo quod sit ex
decem filiis, & cōiunge cum eo utrē sicut alofratæ. Cum ergo ponit in eo
uter, stringat in capite clysterij inter duo distinguētia cōstrictione forti,
deinde clysteriza cum eo. Et hæc est forma circuli utris & foraminis.

M 5 Qualitas



Qualitas autem clysterizandi cum eo est, ut impleas utrem aut uesicā ex medicina que sit calefacta, ita ut non excedat naturalē infirmi calorem, & ne frigidior sit naturali hominis calori, & magna diligentia debet curare prudens medicus, ne uel caliditate & frigiditate clystere peccet, incommoda enim sequuntur, si non seruat modus, magna & incurabilia. Deinde resupinetur infirmus super dorsum suum, & eleuet crura sua ad superiora, & pone sub eo linteamen extremitatēq; clysteri inunge oleo, aut albumine oui, aut mucilagine scenugraci, aut similia, deinde immitte ipsum manu leniter, deinde accipiat minister utrem duabus manibus suis simul, & exprimat ipsum cum uehementia donec euacuetur totum quod est in clysteri in intestinum, deinde extrahere clystere & eleuet infirmus crura sua ad parietem. Quod si medicina exire uolet teneat eam quantum potest, & si dormit cum ea nocte una plurimum solet iuuare. Si autem clysterizas eum in ægritudinibus solutionis uentris, & medicina exit citius quā oportet, tunc iterum clystere, donec sanetur. Quod si in ano sunt hæmorrhoides, aut apostemata latentia, tunc sit clystere subtile ualde lenē, & ex clysteribus quorum usus est sepius spectatus.

De curatione uulneris, Cap. LXXVIII.

Dixi in diuisione de curatione uulnerum, omnia quæ tum pro proposito opere erant dicenda. Hic dicam curationē eorum quæ fit manu & medicinis, ut quod potest uideri deesse in prima de uulneribus tractatione, hic compleatur. Differentiæ uulnerum sunt primum secundum illud quo sunt uulnera, & secundum locum qui accipit uulnus. Res ergo quibus sunt uulnera, plerumq; sunt aut iactus lapidis, aut incisio ensis, aut cuitelli, aut percussio cum lancea, aut ligno, aut sagitta, & similibus rebus multis. Vulnera autē que sunt secundū loca corporis, sunt sicut uulnus quod cadit super caput, aut collo, aut pectus, aut uentrē, aut epar, & similia mēbra. Proposui igitur in præsentiarum paucis tradere curationem quorundam

nem quorundam uulnerum, ut habeant curaturi methodum quam in alijs quoq; uulneribus sequi possint. Ego quidem incipiam à uulneribus capitis simplicibus, quoniam post tractatio compositorum sequetur in principio capituli tertij. Dico ergo quod quando accidit in capite uulnus simplex, & non est fractura ossis, considera tunc, si est ex iactura lapidis, aut ei similibus, & fregitq; cutem tantum, & est uulnus magnum, & times ne phlegmone, aut apostema calidū infirmo accidat, quam celerrime mitte ex cæphalica sanguinem, & extrahere ex sanguine secundum quantitatem uirtutis uulnerati, si modo nihil dehortetur à missione sanguinis. Magis autem accelera sanguinis missionem, si fuerit sanguis qui egreditur ex uulnere paucus. Et sit phlebotomia ex contrario partis uulneratæ, & caueat infirmus à repletionē & uino, & cibus crassis. Si autem minutionem prohibet aliquid, tunc dematur de cibo, & non gullet carnem, neq; uinum. Et pone super uulnus si accidat ei apostema calidum, cotum insulum in oleo rosato tantum, aut cum uino in quo est stipticitas. Si autem nihil est quare timeas apostema calidum, tunc pone super uulnus, si est recens cum sanguine suo & nō mutauit ipsum aër, puluerem de quo ego paulo post dicam. Et si iam mutauit ipsum aër, tunc pone super ipsum quædam unguenta, donec sanetur. Si autem est uulnus magnum, ex incisione ensis & similia, & non coniungi possunt labia eius per puluillos, tunc coniunge ipsa per suturam, id quo pacto debeat fieri exponam in uulneribus uentris, de sutura eorum. Si autem uulnus iam detectum est & pēdet ab osse, & non est retentio eius nisi in suspensorio paruo, tunc incide ipsum, mox post cura uulnus medici nis, & reslaura in eo carnem duram loco cutis, & præcipe infirmo ut cibe tur cibus in quibus est crassitudo sicut sunt capita, & triticum coctum, & eis similia. Quod si inuenis in cute putrefactionem & non adhæret ossi, tunc incide putrefactum totum & projice ipsum, deinde cura illud. Si autem in his uulneribus est arteria, aut uena ex quo fluat sanguis, & non sistitur per medicinas, tunc inquire arteriam, si ergo inuenis eam omnino non sectam, tunc seca eam cum spatumili, aut liga eam. Quod si & necessitas requirit non confert illud quod diximus, tunc cauteriza eam donec abscindatur sanguis. Si aut uulnera ista sunt parua simplicia, tūc cura eorum est facilis, ita ut puluerizes super ea hunc puluerem, quoniam consolidat ea antequam mutet ea aër.

De modo pulueris.

Recipe olivani partem unam, sanguinis draconis partes 2. calcis non extinctæ partes 3, teratur totum multum, & cribret, & impleatur ex eo vulnus, & confringatur fortiter, donec adhæreat super ipsum bene, & coaguletur cum sanguine, deinde stringe ipsum desuper cum puluillis, & dimitte ipsum, neq; soluas ipsum dum permanet, semper cauens ne apostema seu phlegmone accidat. Nam non debet auferri ab eo medicina donec sanetur. Et quandoq; facit illud calx sola, quâdo non sunt tibi præsentia oliuani & sanguinis draconis, sæpe adhibuimus hanc eandem operationem in multis uulneribus magnis, quando cõuenit uel cõtingit ut ponat super ea & stringant, & sunt uulnera recentia cum sanguine suo quæ non alterauit aër. Quod si aër iam alterauit ea quadã alteratione, præcipue quando est in tẽpore æstatis, tunc non est hic puluis adponendus. Cura ergo ipsa cum eo quæ diximus ita ut ponas super ea quadã ungenta digestiua, aut ponas super ea pulues ex farina hordei factas cum aqua & melle, donec emittat pus. Postea cura reliqua curatione, donec sanet. Si uero accidat cum uulnere fractura in osse & est parua, tunc extrahere ea cum gesti. Dicam curationem fracturarum capitis in sequentibus.

De uulneribus colli.

Si autẽ uulnus accidat in collo, tunc non est inter ipsum differentia, ut in ster uulnus capitis, quum est simplex. Si autẽ iam incisus est neruus colli, aut arteria, tunc si est neruus non est alia subueniendi uis, nec sunt alia adhibenda, studio sit tibi ut deuitet curatio quæ sit eo quod facit stipticitatẽ uehementẽ, sicut ziniar, zegi, & eis similia, quoniam nocent neruis, & contrahunt eos. Et non ponas omnino super uulnus aliquid frigidum, quonia substantia neruorũ est frigida, & cõtinuatio eius est cum cerebro, quod est sublimius membrorũ. Et sit illud quo curat ex medicinis lene, sicut calx ablutata cum aqua dulci aliquoties infusa cum oleo, aut oleo rosato, & thuria quando abluit, & cum aqua dulci, & reliqui lapides minerales, secundum hunc modũ & unguenta humida. Si autẽ uulnus est magnum, tunc admiuistrat sutura, aut coartant labia eius cum puluillis, deinde cura ipsum donec sanet. Si uero uulneri est pfunditas, aut accidit in eo sinus in inferiori parte eius in quo iam colligit pus, tunc perfora ipsum in magis depresso loco. Quæ si incisa est iam in uulnere arteria, & cõsequutus est sanguinis fluxus,

xus, tunc separa uel seca eam & liga ipsam, aut cauteriza eam, si prouocat necessitas ad illud. Si aut incidit spondililis gutturis illæis arterijs, nullo fluxu entis sanguine, tunc coniunge labia cutis cum sutura super cãnam gutturis & non tangas guttur, imò æqua ipsum unguentis in quibus est stipticitas & exiccatio, donec sanetur. Si autem uulnus iam fecit impressionẽ in osse, tunc perquire ipsum si in ipso sunt fragmenta ossis, extrahere ea omnia, aut saltem quæ extrahi possunt, si quod non potest eximi dimitte illud donec putrescat uulnus, & separetur & alleuietur egressio eius. Quod si uulnus fuerit recens, tunc pulueriza super ipsum puluerem quem narraui. Si autem uidetur in uulnere os, & sit fistula, tunc cura ipsum quemadmodum suo loco explicabimus.


De uulnere quod est intra spatulas & alij.

Silest percussio lanceæ, aut cultelli, & uidetis eius profunditatem, tunc considera, si ergo ex uulnere egreditur uentofitas quando anhelat ex eo infirmus, tunc scias quia uulnus est mortale, quod si uero fuerit ei profunditas & est recens cum sanguine suo, tunc non ponas in eo statim puluerem, neq; stringas ipsum, ut non retineatur sanguis in profunditate eius & reuertatur ad cor & interficiat infirmũ, sed pone in ipso ungentum attractiuum, & solue ipsum in die bis. Si uero ungentum non est tibi præsens, tunc pone in orificio uulneris cotum uetustum ut sugat illud quod egreditur de eo ex humiditatibus, & fac ut dormiat infirmus super uulnus ut quod colligitur in uulnere effluat. Si uero iam præterierint post uulnus acceptum tres dies, aut plures & non accidit infirmo spasmus, neq; tremor cordis malus, neq; strictura in anhelitu, & uidetis reliquas dispositiones eius bonas, tunc scias quod uulnus non est letale. Cura ergo ipsum cum licinijs & reliqua curatione, donec sanetur. Si uero repugnat sanationi, & denuo aperit semper, tunc scias quod est factũ fistula, cura ergo ipsum ex loco suo. Et si uulnus est ex incisioe ensis, aut cultelli & est simplex in superficie pectoris, aut dorsi, tunc cura ipsum sutura si est magnũ, aut cum puluere si est paruũ, quemadmodum dictum est. Si autem iam fecit impressionem in osse & incidunt ex eo frustra, tunc inquire uulnus, & propera ad extrahendum illa frustra, si sunt separata. Si uero non sunt separata, tunc dimitte ea donec putrescat uulnus, alleuiatur enim extractio eorum. Reliquorum autem uulnerum accidentium in reliquis membris iudicium facile erit ex his quæ diximus.

De uulneribus

De uulneribus uentris & exitu intestini & exitura eorum, Cap. LXXXV.

Disruptio quæ accidit uentri est uel magna, uel media, uel parua. Ex magna igitur quandoq; egreditur intestinum, aut nervus intestinorum. Quare sit intromissio eorum, & eorū sutura uehementior & difficilior. Et disruptio parua etiam sit difficilis ex modo alio, sequitur ergo ut sit reductio eorum difficilior si non prope relictus ad locum suum, quoniam aperitur & incrasatur, quare difficillime potest immitti, propterea melior disruptio media est, quoniam non sit difficilis reductio intestini, sicut sit difficilis in his duabus speciebus. Et scias quod sutura uentris est secundum quatuor modos. Duæ suturæ communes conueniunt in sutura uentris, & in sutura reliquorum uulnerum corporis. Et duæ suturæ aliæ propriè comunicant reliquis uulneribus, ueruntamen sunt magis propriè cum sutura uentris. Singulatim igitur unâquaque dilucide explicabo. Quando uulnus est paruum & egreditur ex eo aliquid ex intestino & sit difficile reducere ipsum, tunc illud est aut propter paruitatem disruptio nis, sicut diximus, aut in intestino est inflatio propter frigus aëris, quum ergo refrigeratū est, oportet ut calefacias ipsum, ita ut submergas spongiā, aut pannum humidum in aqua tepida, aut decoquas in aqua cyperi, & spicæ, & embroces ea intestinum, donec resoluatur inflatio & quum illud sit uino in quo est stipticitas, est melius quam aqua sola in resolutione inflationis. Cum ergo uides inflationem iam resoluti, tunc humecta intestinum aqua in qua decocta est althea, aut malua, nam hoc modo ad naturalem temperiem & magnitudinem restitutum facile in suum locum immitti potest. Si autem non ingreditur etiam post hanc curationem, scinde in disruptione parum instrumento quo secantur hæmorrhoides, sed curatio prius ma est melior, quū præparatur, quam sectio. Sed cum necessitas exquirat, à sectione non est nimium abhorrendum. Videndum est ut idoneū sit præparatum instrumentum.



Sit pars eius una quæ torta est acuta, & pars eius altera non acuta, & extremitas subtilis non sit cum subtilitate spatulæ, imò sit obtusior parumper, & est illa quæ simulatur caudæ, sicut uides. Cum ergo amplificatur

amplificatur uulnus & ingreditur intestinum, tunc oportet ut fiat reductio eius secundum formam suam naturalem in loco suo sibi proprio, si possibile est, quoniam est melius. Quando uero disruptio est ampla, & est in inferiori parte uentris, tunc oportet ut facias iacere infirmum super dorsum suū, & pone crura sua altiora capite suo, & si est in superiori parte uentris, tunc pone intentionē tuam, & tuam considerationē semper in hoc ut pars in qua est uulnus sit altior in parte altera, & ita oportet ut administres illud in uulneribus magnis & uulneribus medijs. In uulneribus autē paruis administra hæc omnia ut uidebit tibi exercitato, cōmodissimum, deinde fac ut sit præsens manus ministri diligentis qui teneat disruptionē totam manu sua, & cōiunge labia eius, mox aptè, ministri manibus tibi seruentibus, cōiunge labia cōiuncta. Ille autē est modus futuræ cōmunis, nempe ut accipias acum secundum quantitatem amplitudinis uulneris, deinde dimitte ab extremitate disruptionis quantitatem digiti annularis, & fige acum unam, præter quod intromittas in eam filum in duabus extremitatibus cutis cum duabus extremitatibus. Siphac quod est sub cute ab interioribus, donec facias eā penetrare ab illa parte. Et ritè coniunctis illic duabus extremitatibus cutis, & duabus extremitatibus siphac, sunt quatuor ordines, deinde stringe cum filo duplo in circuitu acus, aliquotiens à duabus partibus simul, deinde cōiunge duo labia uulneris aptè dimitteq; crassitudinē digiti, & fige in eis acum aliā, postea collige eam filo sicut fecisti acu prima. Nec cesses facere illud cum eo quod indiges ex acubus donec cōpleas constructionē uulneris totius. Et sint acus mediæ inter subtilitatem & crassitudinē, quoniam acus subtiles ualde, uelociter incidunt carnē, & crassæ difficile penetrant cutē, propter illud ergo oportet ut sint mediæ in subtilitate & crassitudine. Et non oportet ut figat acus in duabus extremitatibus cutis multum, ut non incidat carnē uelociter, & aperiat uulnus ante consolidationē. Omnia studio sit tibi ut ita suturā facias, ut non prohibeat uulnus à consolidatione. Deinde incide extremitates acuum, ut non sedat infirmū cū dormit, & pone ad locū uulneris puluillos ex panis ab omni parte quæ teneat extremitates acuum, & dimitte eos donec scias quod iam uulnus est cōsolidatū. Et hæc quæ de specie suturæ cū acubus taliter est cōuenientior in uulneribus paruis, quoniam sufficit in sutura eorū acus una, atq; altera. Sutura autē secūda cōmunis est, nempe cōiugas ut cū sutura extremitates quatuor, extremitates duas cutis, & extremitates duas siphac, in uice una cū acu in qua sit filū inuolutū æquale

æquale in subtilitate & crassitudine, deinde quando penetraueris cum acui
has extremitates ani, reduc acum à parte à qua incepisti ut cadat filum
retatum à superiori parte uulneris, ut sit sutura, quata est sutura panni qua
stringuntur panni. Et relinque inter quamlibet suturam quâtitatem crassi-
tudinis digiti minoris. Hoc futuræ genus in usu est chirurgis, & diuturna
experientia comprobauit. Ego ipse consui uulnus quod acciderat uiro in
uentre qui fuerat uulneratus cultello, & erat uulnus maius palmo uno, &
exierat in intestinis circiter duos palmos ex intestino medio, & erat disru-
ptio in medio uentris. Reduxi ergo illud, postquam stetit intestinum extra
uulnus uiginti quatuor horis, cõsolidatum est ergo uulnus spacio quinde-
cim dierum. Et quamquam pleriq; etiam artis medicæ periti, iudicauerunt,
esse uulnus letale, necesse molendam curationem eius, tamen auxilio dei
perfanatus est, & uixit homo post in multos annos, sanitate inculpata pror-
sus. Et quod maiori miraculo est, non curauit ipsum unguento, quoniã fuit
in loco in quo non inueniebatur unguentum, neq; aliquid ex medicinis, po-
sui ergo super uulnus cotum uetustum bis in die, & uisus sum assidua ablu-
tione eius cum aqua mellis, donec sanatum est. Duas autem species futuræ
proprias dicam sicut ordo instituti sermonis requirit. Oportet ergo in-
cipias cum sutura & intromittas acum ab exteriori ad interiorum par-
tem, cum ergo penetrat acus in cutem, & in laertum euntem secundum
rectitudinem in lōgitudine corporis totius, dimitte extremitatem siphac
in latere in quo intromissisti acum, & fac penetrare acum in extremitatem
aliam ab interiori parte ad exteriorum in extremitate alia mirach. Cum
ergo feceris eam penetrare, tunc fac eam penetrare secundo in eadem ex-
tremitate mirach ab exteriori parte ad interiorum, & dimitte extremita-
tem siphac quæ est in hoc latere, & fac penetrare acum in extremitatem
alteram ab interiori parte ad exteriorum, & fac ut penetret in siphac in ex-
tremitate mirach quæ est in parte eius donec penetrat ipsum totū, deinde
incipie etiam ab hoc eodem latere, & sue ipsum cum extremitate quæ est
ex siphac in latere alio, & extrahere acum ex cute quam penetravit, deinde
reduc eam in illam partem, & sue extremitatem siphac in latere alio quæ
est cum hac extremitate mirach, & extrahere eam ex cute quæ est ex parte
eius, & fac illud deinceps cõtinaua serie usque quo suas extrinsecam totum.
Et summa modi huius futuræ est ut suas sutura pellipariorum qua suunt
pelles, ita ut suas siphac uice una ex parte una ex extremitate cutis, & ut

dimittas

dimittas eam, & uice alia donec compleas.

De specie secunda suture.

Species autem secunda futuræ est ista proprie, de qua diximus, & Gale-
nus, ex cuius sententia ego explicabo pro uirili quo pacto debeat hæc
sutura fieri. Et hodie quidam medicorum utuntur hac sutura, coniungunt
omnem partem ad comparem suam convenientem ei per naturam, & ap-
plicant extremitatem siphac ad extremitatem aliam, & extremitatem mi-
rach, ad extremitatem eius aliam, & illud fiat sicut subiiciam. Oportet ut
figas acum in extremitatem mirach propinquam ab exteriori parte, & fa-
cias eam penetrare ad interiorum, & dimittas duas extremitates siphac,
deinde resolue acum & fac eam penetrare ab exteriori parte ad interiorum
extremitates siphac utraq; deinde resolue utraq; etiam & fac penetrare
utraq; ab interiori usq; ad exteriorum in duas extremitates alias quæ sunt
in latere opposito. Hæc ratio consueudi uulnera ista, præstat reliquis, mo-
do à perito & in anatomicis speculationibus exercitato medico fiat, nam
anatomes ignarus nullas corporis partes recte potest tractare. Iste est ser-
mo Galeni etiam: Quidam probant suturam uentris cum duabus acubus,
Quod est, ut intromittas in eis utrisq; filum unū, & incipe cum intromissio-
ne acus ex eo quod est apud te, & fac eam penetrare usq; ad latus aliud, ser-
uandum suturam eorum qui suunt coria æqualiter. Et scias quod quando
disruptio est in medio uentris, tunc sutura eius est difficilior quam reliquo-
rum locorum uentris. Iudicium uero & ratio medendi huic uulneri, non
differt à modo quo reliqua uulnera curantur. Quum igitur cõsequeris uul-
nus recens cum sanguine suo antequam alteret ipsum aer & reducis inter-
stinum, & luis ipsum, & aptas ipsum decenter, tunc pone super ipsum pul-
uerem incarnatiuum. Quod si aer iam alterauit uulnus, tunc pone super
ipsum quædam unguenta quæ sunt præsentia, donec faciat pus, & cadant
fila, & consolidentur siphac & mirach, deinde cura illud sicut est curatio
reliquorum uulnerum donec sanetur. Si autem non sunt tibi præsentia me-
dicinæ, tunc pone super ipsum statim ex quo incipit emittere pus cotum
uetus, & permuta ipsum bis in die, sicut docui in præcedentibus. Nam tu
non indigebis alia medicatione in pluribus dispositionibus quando uulne-
ra sunt simplicia. Si autem times ne communi cet uulnus membris principi-
palibus eaq; lædat, oportet ut submergas lanam lenem in oleo temperatæ
caliditatis, aut in oleo rosato, & pone ipsam in circuitu locorum quæ sunt

N inter

inter inguina & sub ascellis. Quod si sentitur dolor, aut putrefactione anis maduerit fieri in intestinis, nam multotiens accidit illud, tunc clysteriza ipsum cum uino stiptico, nigro, tepido. Præcipue si putredo iam peruenerit in intestina, & facta est exitura penetrans usque ad cõcauitatem eius. Et scias quod illud quod est ex intestino crasso est facillioris sanationis, & quod in tenuibus intestinis, est difficilioris sanationis. Intestinum autem quod nominatur ieiunum non suscipit sanatione ex uulnere, sed letale est propter multitudinem & magnitudinẽ uenarum quæ sunt in illo intestino, & propter subtilitatem corporis eius, & propinquitatem ipsius naturæ neruorum. Si autem illud quod procedit ex uulnere est scirbum, & coniequens ipsum recens, reduc ipsum secundum rectitudinem eam qua reducitur intestina æqualiter, si uero ita inueteratum fuerit, ut iam factum sit uiride, aut nigrum, tunc oportet ut stringas ipsum cum filo supra locum qui denigratus est ut non accidat fluxus sanguinis. In scirbo enim sunt uenæ & arteriæ. Postea incide de nigra & corrupta carne quicquid est præter illud ligamentum, & pone duas extremitates sili pendentes ex inferiori parte uulneris extra ipsum ut facilius curare possis uulnus dum erimit pus, & purgatur.

De uulnere quod accidit in intestino.

Quando autem accidit disruptio in intestino, & est parua, tunc possibi le est ut restauretur in quibusdam hominibus. Vidi enim qui fuit in uentre uulneratus percussione lanceæ, & erat uulnus à dextra stomachi, & inueteratum est uulnus, & factum est fistula, exiuitque egestio & uentositas. Quanquam non sperare sanari posse, tamen conatus sum mederi, ubi primo præter spem omnia melius habere incipiebant, non cessauit donec sanatus est & consolidatus est locus, postquam ergo uidi locum iam consolidatum tamen non mediocriter timui, ne mala aliqua in uentre eius symptoma acciderent. Sed nihil mali est consecutum, quin bene habuit, omnes suas functiones obiuit naturales, cibo, potu, exercitatione, somno, uenere, balneo uisus est secundum naturam. Porro medicorum quidam in arte exercitati talem curandi rationem tradiderunt, quando accidit in intestino uulnus, & est paruum, tunc oportet ut legetur secundum hunc modum, accipias formicas magnorum capitum, deinde coniunge duo labia uulneris, & pone formicam unam ex eis quæ habuerit os apertum super duo labia uulneris, apprehendet & stringet ore suo, adhærebit & non soluetur, deinde appone formicam aliam ad primam, & sic consequenter ad pone formicas

formicas cõtinenter per latitudinem uulnētis totius, deinde reduc ipsum & sue uulnus. Illa enim capita remanent annexa in intestino donec coalescat intestinum & sanetur. Ex hac curatione nihil potest mali accidere, si quid accidit, ascribendum est uulneris malitiæ. Est quoque possibile ut ligetur intestinum filo subtili, quod absterfum est ex intestino animalis annexo postquam intromititur in acum. Oportet ut accipias extremitatem huius sili ex intestino & excarnetur multum, deinde liga extremitatem eius filo lini subtili & intromite illud filum in acum & lue eo intestinū, deinde reduc ipsum in disruptionem. Et hæc ratio medendi & luendi quæ fit in intestinis per formicas nihil habet certi, nec debet medicus aliquid polliceri, nisi conatū in re desperata, ut si aliquid præter spem euenierit in lucro sit. Si autem uulnus est magnum, amplum præcipue si est in uno intestinorum gracilium, tunc non est profusus ulla sanationis recuperandæ spes. Quare prudentiores medici in hoc casu nihil aliud faciunt quam ut homo quam minime doleat.

De cura curkæ & fistularum, Cap. LXXXVI.

Scias quod omne uulnus, aut apostema quādo ueterascit & antiquatur, & fit ulcus & non consolidatur & erimit pus, tunc nominatur uniuersaliter in quocunq; membro fuerit fistula, et nos nominamus ipsum curkæ, & fistula quidem est nodatio filtrata, dura, alba cum qua non est dolor, cuius concauitas sicut concauitas pennæ auis, & propter illud nominant eam quidam rissati, & est quandoque humida quæ erimit pus, & sæpe abscinditur humiditas quandoque, & quandoque est hæc humiditas multa, quādoque uero pauca, & alia est crassa, alia subtilis. Et a me in alio opere quod inscripsi de diuisione, exposui uulnerum causas & remedia. In eo loco docui quod omnia ulcera contumacia & medicinis repugnantia, & in quibus caro non nascitur talia sint ex una harum causarum, scilicet aut propter paucitatem sanguinis in corpore, aut propter maliciam eius, aut quandoque intra ipsum, & super labia eius est caro dura, prohibens generationem carnis, aut quia multæ sordes, & malus humor infixus est in ulcere, & ulcus est putridum, & materia quæ mittitur ei est malæ qualitatis, aut quoniam medicina est inconueniens in curatione eius, aut quoniam corruptio aeris est in ea regione, & est genus pestilentis, aut alioqui est mala aeris qualitas naturæ humanæ aduersa, ut in qua fit difficilis digestio ægritudinum, & tardatur in ea sanatio apostematum. Aut quandoque

N 2

in ulcere

in ulcere est os, aut plura ossa. Ego declaravi omnes istas causas, signa & rationes cum medicinis in diuisione. Hic locus autem uidetur requirere, ut breuiter & fideliter tradam curationem fistulæ, & malignorum ulcerum, quæ sit per manum. Scias quod fistula accidit in omnibus membris corporis, nam & sunt fistulæ quæ perueniunt ad uenas magnas, & arterias, aut ad nervos, aut ad uescicam, aut ad aliquam ex spondilibus dorso, aut ad aliquam iuncturam quales sunt manuum & pedum. Sunt quoque fistulæ quæ penetrant ad membra principalia, quamquam deus opifex rerum sapientissimus & optimus quo membrum quodque principalibus est, hoc minus obnoxium fecit iniurijs morborum. Quæ ergo ex istis fistulis est in eiuſmodi membro, est ex ægritudinibus difficilis sanationis, & non recipit curationem, & medicus peritus anatomes & causarum morborum, non temerè suscipit curandos huius generis morbos incurabiles, & si quando periculum facit in cura tam incerta, omnia quæ iudicat euentura, prædicat quibus oportet. Quod stulti cum non faciunt infamant non solum se (quod esset utile mortalibus) sed artem medicam, quam esse omnibus admirandam oportebat. Quod si ex fistulis est aliqua cuius profunditas non peruenit ad hæc, quæ dixi, & confidis curari posse, & uis peruenire ad cognitionem illius, tunc accipe tentam ex ære, aut ferro, si fistula tendit secundum rectitudinem, & perquire eam instrumento quod tentam uocant. Si autem in ipsa fistula est tortuositas, tunc inuestiga eam cum tenta de plumbo subtili, quoniam plumbum cum lenitate sui corporis alleuiatur & curuatur circa tortuositatem. Quod si fistula est habens orificia multa non est possibile ut explores eam tentam. Clysteriza ergo ex eis orificiis unum, nam humiditas qua clysterizas ipsum uadit uerius orificia alia, & fluet ex eis, deinde exquisite inquire secundum quem modum est possibile, ut cognoscas an illic sit nervus, aut os. Atque est fistulæ concauitas, aut longinqua, aut propinqua, aut est fistula una cui sunt orificia multa. Summo studio operam dato ut partium affectarum naturam, locum, & humoris peccantis qualitatem percognoscas, interrogando ubi nam doleat, item comprimendo infirmum manu tua super locum, & similibus ex significationibus & causis accidentibus apostemati. Cum ergo omnia quæ bonum medicum scire oportet uere & certo tenueris, ita ut de causa & loco affecto magnitudinè que morbi nihil dubites, confidenter aggredere curationem à iunctura. Porro si intellexeris fistulam, non

nummum

nummum altam esse, & in parte ubi nihil est periculi, longius à iunctura, in parte non nervosa, & in qua nullæ sint arteriæ, & aut nullæ aut certe nullæ insignes uenæ, & apparet tota fistula, poteris eam secare ea ratione quam docui supra. Auferas autem quicquid corruptæ est carnis & putredinis in concauitate, & à iunctura, & quod nascit in orificio eius ex carne, aut thello, & similibus, & cura ipsam donec sanetur. Si autem fistula est profundior & est secundum rectitudinem, tunc oportet ut seces eam in profundo quantum est possibile, deinde mundifica ipsam ex omnibus carnibus eius corruptis, & admissa licinia inuoluta in medicinis acutis, & intramitte ea usque ad concauitatem fistulæ quam comprehendisti cum ferro, fac cum ea illud aliquotiens, donec corrodat medicina acuta totum quod remansit in concauitate fistulæ, deinde restaura ipsam cum unguentis quæ generant carnem sanam, donec sanetur. Si uero non sanatur per illud tunc cauteriza ipsam, secundum quod narrauimus. Si ergo causa fistulæ est os, & certo cognoscis hanc esse causam, tunc inquire eam & seca ipsam, quemadmodum antea diximus, si non phibet te aliquid ex uena, aut nervo, aut membro principali, sicut diximus. Si ergo detegitur os, & est in eo quiddam corruptionis & nigredinis, tunc rade ipsam donec auferat corruptio eius tota, deinde cura ipsam cum eo quod incarnat ipsum, donec sanet, quod si non sanat & emittit pus sicut faciebat, scias quod tu non peruenisti ad totam eradicationem corruptionis, detege ergo denuo fistulam exquisite, fac omnibus uiribus et toto arte tua ut altitudinè eius habeas perspectam, deinde restaura ipsam. Si ergo sanat bonum est, & si non, tunc scias quod illa corruptio est in profunditate altiore corporis quam non es consecutus. Non est tibi ergo in ea aliud agendum, nisi dimittere ipsam naturam. Quod si os corruptum est paruum, & est possibile tibi attrahere ipsum, tunc attrahe ipsum cum sorficibus subtilibus, qui conueniunt ad illud. Si autem sunt ossa multa, tunc exquisite fac attractionem eorum omnium neque dimittas ex eis aliquid quantum potest fieri. Si uero aduersat huic tuæ curæ aliquid ex humiditate illas humiditates & carnes si sint illic & libera ossa. Si uero non poteris commode eximere ossa, propter aliquam causam, quales esse multæ possunt, tunc pone super uulnus quod putrefaciat ipsum, & dimitte ipsum donec putrefaciat, quod est in circuitu illorum ossium ex carnibus & humiditatibus, & curasti uulnus ut non consolidetur & constringatur sectio, nam aperta conser-

nummum

N

3

uanda est,

uanda est, donec ab interioribus sana impleatur carne, propterea pone super uulnus cotum submersum in sulphure trito. in oleo, aut cotum submersum in unguento aegyptiaco, aut aliquo unguentorum uiridum. Nam quando putrescent illae humiditates & separatur ex eis ossa, facile poterunt eximi, & uulnus mundari. Si autem est os unum magnum, sicut os cruris, aut os coxae, & similia illis, & pars aliqua ossis est nigricans & corrupta, tunc rade ipsum rasione ultima, donec auferatur illa nigredo & corruptio, deinde restaura uulnus. Si uero qua ex eo corrupta est pars, magna est & corruptio iam consecuta est medullam ossis, tunc necesse est seruare ipsum & incidere ipsum totum usque ad locum ubi peruenit corruptio, & tunc cura ipsum donec consolidetur. Dicam hoc loco insignne huius rei exemplum, quod uolo tibi propositum esse ut in curandis fistulis respicias ad illud, sicut uir iuuenis aetate circiter triginta annos, cui accidit dolor in crure a causa quae incepit & mota est intra corpus, donec perueniret materiam ad crus & apostematum est apostemate magno, & non fuit ei causa extrinsecus. Extensum est ergo cum eo tempus cum errore medicorum, donec apostemum est apostema & effluerunt ex eo materiae multae, & dilata est curatio eius, donec fistulatum est crus, & facta sunt in eo orificia multa, quae omnia emittebant pus. humiditates corporis. Curauit ergo ipsum multum modo medicorum, & nullus potuit, tandem & ego uocatus sum, uidi igitur crus eius & materias quae effluebant ex illis orificijs copia magna, & corpus iam tabuerat, & color eius citrinus erat. Intromisi ergo tentam in unum illorum orificiorum, & perueni tentam ad os alterius orificij, deinde perstrutus sum orificia omnia, & inueni ea conuenire ad se inuicem ex omnibus partibus cruris, probaui ergo & secui unum illorum orificiorum donec detexi partem ossis & inueni ipsum corruptum, quod iam coriolum erat, & denigratum, & putruerat, & perforatum erat, penetraueratque puto usque ad medullam, seruauit ergo quod detectum erat ex osse corrupto, & ego putaui quod non esset in osse nisi illa corruptio quam abscedi & abraui, & credebam me eradicasse omnem corruptionem, deinde posui restauracionem uulneris cum medicinis consolidatiuis, & est consolidatum uulnus, Postea iterauit & detexi os secundo super deiectionem primam, & inueni corruptionem continuam cum osse, & seruaui quod apparuit mihi etiam ex illa corruptione, deinde conatus sum restauracionem eius, & non est restauratum, detexi ergo ipsum iterum, & non cessauit incidere os particulatim, & moliri restauracionem

restauracionem


restauracionem eius & non est restauratum, donec incidi ex osse circiter palmum unum, & extraxi illud cum medulla sua, deinde restauraui ipsum medicinis & consolidatum est celeriter, & sanatum. Et non fuit necessaria haec iteratio curatiouis & sectionis, nisi propter debilitatem & dispositionem infirmi, & infirmiores uires eius, nam uidebatur esse periculum, ne moreret antequam curaret uulnus, quonia accidebat ei in omnibus horis ex superfluitate euacuatiouis syncopis mala. Sanatus est ergo sanatione integra, & nata est in loco ossis caro dura, & bona facta est dispositio eius in corpore hominis, & redijt uirtus eius, & conuersatus est in dispositionibus suis, & non fecit ei contrarietatem in ambulatione neque noxamentum omnino. Si autem os eminens in loco corporis iam fractum est, tunc oportet ut ferres ipsum secundum hunc modum: Accipias ligamentum, & stringe ipsum in extremitate ossis eminentis, & praecipue astantium cuiusquam ut extendat ipsum sursum, & pone ligamentum aliud ex lana crassius ligamento primo, deinde liga ipsum super carnem quae est sub osse, & extende extremitatem eius ut trahas carnem ad inferiora, & ita omnia fac ut sint disposita ut quicquid corruptum est abradatur, quam commodissime fieri potest, & ut quam minime tangas sanam carnem. Relinquenda nihil est de corrupta carne & osse. Quare uidendum est ne relicta aliqua corruptionis parte, repetenda sit ferratura. Necessaria sunt ad hoc negocium idonea instrumenta ut ad uarias in ossibus concauitates sint aptae. Quod si os est corruptum & non est eminens, sed & corruptio eius in medio est, aut in parte ipsius, tunc detege carnem ab omnibus partibus totam, deinde pone lignum inferius post ista ferra illud ex parte prima ubi est corruptio donec conuenietur ferratura ex parte altera, & sit ferratura secundum longitudinem a corruptione parumper sicut diximus. Quod si corruptio est in iunctura, incide ipsam iuncturam corruptam, & ferra os ubi continuatur ex parte altera. Si uero corruptio est in conuinitate duarum iuncturarum, tunc non est in ea alius modus curandi nisi abrasio. Quod si corruptio est in pectine manus, aut pectine pedis, tunc malum est difficile ualde curatu. Verum oportet ut ita inquiras corruptionem ut appareat tibi & abrasas eam, & munde ipsam, quacumque uia & ratione poteris expurgare quicquid corruptum est. Sed dum persequeris altius corrupta, etiam atque etiam uide ne arteriam, neruum, aut uenam abrasas, malumque exasperes. Et scias quod incisoria & ferra ad incidendum ista ossa sunt uaria secundum situm ossium & praepa-

restauracionem


N 4

rationem

rationem crassitudinem subtilitatem, & magnitudinem, parvitatem, duritiam ipsorumque raritatem. Quia propter oportet ut præpares unicuique speciei cõueniens instrumentum, ut cum usus requirit in promptu habeas instrumenta ad quemlibet morbum apta. Ad totum autem illud negociũ, non solum est necesse habere idonea instrumenta parata, sed exercitatione longa, arte methodõue opus est qua possis quotidie pro casuum nouitate & diuersitate noua confingere. Subijciam autem aliquot instrumenta ad quæ ceu ad scopum respicies in reliquis formandis. Omnia enim præparare est impossibile, tam numerosi & multiplices sunt morbi qui accidunt humano corpori. Formæ ferrarum.




Forma serræ alterius.



Forma serræ alius.




Forma serræ alius.




Forma ratorij.


Forma ratorij.



Sit caput huius ratorij secundum formã capitis clauis stellati, & puncta eius sint secundum formam punctorum alesi legi, & non conuenit nisi ubi fricetur cum eo capita iuncturarum quando corrumpuntur, aut os animalum magnum. Forma ratorij maioris alius.




Forma ratorij minoris alius.




Forma ratorij lati.



Forma serræ alius decenter factæ, fiat arcus eius superior, & acuitas eius ex ferro, & manubrium eius ex buxo pyramidale decenter factum,



Forma ratorij quæ est concauitas.



Forma


Forma rasorii alterius subtilis.



Forma rasorii alterius curvatae extremitatis.



Forma rasorii parvi similis tentae.



Forma incisorij cum quo inciduntur ossa, & forma incisorij alterius minoris.



Forma etiam incisorij,



sed similatur radio, & extremitas eius est sicut ferra, exhibetur in locis multis ex razione ossium. Forma rasorii quae convenit ad rasionem eius quod perforatum est ex ossibus,



extremitas eius triangulata, acutarum extremitatum sit. Atque in hunc modum oportet ut ut fiant omnia quae diximus ex rasorijs, & incisorijs, & ferris.

De incisione

De incisione extremitatum & serratura ossium, Cap. LXXXVII.

PUtre sunt extremitates aut extrinsecæ, aut intrinsecæ. Cum igitur medicatus fueris corruptionem curatione medicinarum, & non confert curatio & videtur corruptionem inuadere membrum quod non ictu aut percussione aliqua est læsum, tunc oportet ut incidas illius membri partes corruptas omnes, ut euadat per illud infirmus mortem, aut certe damnū aliquid quod est maius defectu mēbri. Et signum cui accidit illud est, quod denigratur membrum, ut putetur ignem combussisse ipsum, aut putrescit post nigredinem donec serpat illa putredo usque ad illud quod consequitur illud membrum, & occupat totum corpus, propea erit cum incisione. Et similiter si caula corruptionis est à corruptione quorundam uenosoform animalium sicut scorpionis, uiperæ, rabiosi canis, & similia. Si ergo corruptio aut percussio est in extremitate digiti, tunc incide digitum, & non des spaciū corruptioni ut perueniat usque ad reliquam manū, & similiter si accidit in manu, tunc incide eam ex radice nihil de corrupta parte relinquens, & non des spaciū corruptioni ne & brachium inuadat, & si inuadit in eo, tunc incide brachium apud cubitum in iūctura ipsa. Si autem pertranlit corruptio & uidetur eam circiter cubitum, nihil est quod spes de sanitate infirmi, nam nullis remediōrū auxilijs succurri illi potest. Præterea est quoque respiciendum robur uirium infirmi. Et similiter fac de pede quando inuadit corruptio in digito, tunc incide ipsum apud unum nodorum, & si capit in pectine pedis, tunc incide pedem totū, si autem ascendit usque ad genu, tunc incide crus adiuncturam genu. Quod si corruptio iam peruenit supra genu, tunc non est quod cogites de salute, aut remedio, sed oportet linquere infirmū morti. Et modus incidēdi membrum, aut serrandi ipsum est ut stringas ligamentum in inferiori quemuis incidere, & stringe ligamentum aliud supra locum, & extendat minister ligamentum unum ad inferiora, & minister alius ligamentum superius ad sursum, & tu separa carnem quæ est inter duo ligamēta spatium lato dor nec detegatur caro tota, deinde incidetur aut ferret. Et oportet ut ponas ab omnibus partibus pannum lini, ut non tangat locum sanum ferra, & accidat infirmo læsio addita, & apostema calidum. Si autem accidat fluxus sanguinis intersecandum, tunc cauteriza locum uelociter, aut pone supra ipsum quosdam pulueres abscondentes sanguinem, deinde redi ad medicationem tuam, donec compleatur, deinde liga membrū uulneratum cum ligamento

ligamento cōuenienti ad illud, & cura ipsum donec sanetur. Non possum hoc loco siſtēto præterire casum insignem qui accidit cuidam uiro nostra memoria. Accidit illi in pede nigredo cum aduſione quæ assimilatur cōbustioni ignis, & corruptio illa in primis accidit in digito eius, donec occupauit pedem totū. Postquā ergo uidit corruptionem longius quotidie serpere in membro cum dolore & aduſione, iudicans celeriter malo crescenti resistendum, nullo adhito medico, ipse incidit pedem apud iuncturam, & sanatus est. Et longiore post tempore accidit ei illa eadem corruptio in digito manus suæ. Venit ergo ad me, & conatus sum auertere & expurgare illam superfluitatem medicinis, mundificando corpus eius, & superfluitas maliciosa tenaxq; nullis catharticis potuit reuelli, sed cepit inuadere digitum alium donec peruenit corruptio in manum. Vocauit ergo me ad incidendum manum eius, & nolui illud, sperans adhuc me efficacioribus medicamentis humores illos malos reuulsurum ex corpore hominis. Timui enim ne non posset perferre sectionem manus, erat enim admodum imbecillis ob humores quibus pessimis abundabat miser. postquā ergo me non potuit induci ut abicerem illi manus corruptas partes, reuersus est domum, & peruenit ad me de eo quod operauerit & incidit manum totam suam, & sanatus est. Hoc exemplum nullam ob aliam ob causam dico, nisi ut discamus hinc quid sit audendum in his corruptionibus serpentibus. Plurimum enim arbitror prudenti medico prodesse, si quam plurima notet exempla, quæ sequatur.

De cura, modo & qualitate clysterizandi cum medicinis, Cap. LXXVIII.

Quando accidit apostema in quibusdā membris carnis, & prolongatur spacium apostematis, donec collectionem facit saniet, deinde rumpitur aut perforatur, & egreditur sanies, & remanet locus uacuus. Quod si uas & cutis quæ est super ipsum, est siccut pannus qui iam subtiliatus est, & non peruenit ad ultimū in corruptione sua, neq; imprimit in os, neq; in neruum, neq; in ligamētum, uulgus medicorum nominant sinus & non fistulam. Veruntamen si prolongatur spacium eius donec imprimat corruptio in aliquod horum membrorū, tunc nominatur fistula, aut zukum, & cura eius est ut incidas illam cutem totā, & præcipue quando subtiliata est & facta est sicut pannus, & non adhæret loco suo propter corruptionem. Si autem speras quod adhæreat cutis, & non consequitur corruptio illa ultima, & in cute est spissitudo ex carne, tunc cura ipsum

cūra ipsum cum clysteri. Et primum oportet ut cōsideres ad sinum. Quod si est magnus & pus quod emittitur ex eo foetidi odoris, tunc clysteriza ipsum cum medicamine ægyptiaco, quod cōstat ex aceto, oleo, & ziniar, partibus æqualibus simul ponantur in uas & decoquantur super ignem donec rubeat medicamen, & ueniat in spissitudinem mellis, deinde accipe ex eo quantum tibi necesse est, & dissolve ipsum cum aqua & melle, & clysteriza cum eo sinum & stringe orificiū eius, & dimitte in eo medicinam duabus horis, deinde extrahe ipsum cum expressione, fac illud diebus tot donec mundificetur sinus & remoueat foetor. Sæpe etiam huius generis sinus curatur aqua cineris, quum non est præsens hoc medicamen. Accipias igitur cinerem lignorum uitis, aut cinerem ex lignis ilicis, & affundas super eum aquam, deinde cola eam & clysteriza cum ea, donec confidas quod sinus iam ablutus est. Quod si infirmi imbecilliores sunt uires quæ ut ferre possit medicamen ægyptiacum neq; aquam cineris, tunc cauteriza ipsum cum aqua & melle, admixtum sit etiam aliquid ex ziniar cōtrito. Aut clysteriza ipsum cum melle & uino permixtis. Quoniam de proprietate mellis est ut mundificet & abluat, & uinum facit adhærere sinum, præcipue quum uinum est stipticum & astringens. Cum ergo feceris illud aliquid quotiens & confidis quod sinus corruptio iam remota est, tunc clysteriza ipsum aliquo quod facit nasci carnē in sinu. Accipias igitur ex emplastro diaphœnicon & dissoluas ipsum cum oleo rosato & uino stiptico, aut clysteriza ipsum quibusdam medicinis & unguentis alijs, quorum proprietates scripsi in tractatu unguentorum. Quod si orificium sinus est strictum, ita ut clysteri non possit commode immitti, tunc amplifica ipsum ferro parumper, aut pone in ipso licinium inuolutum in unguento ægyptiaco, aut unguento basilicon quo reddatur amplius orificium sinus. Contra, si est orificium etiam amplum, tunc collige labia eius sutura. Non relinquito orificium sinus amplius quam ut possit clysteri immitti: item si orificium ex quo fluit pus est eleuatum ad superiora, tunc seca ipsum in depressiori loco ut fluat ex eo pus inferius, quoniam pus quando coartatur in profunditate sinus prohibet carnem generari in eo. Quod si non est possibile secare sinum in inferiore parte, conare ut præpares membrum ita ut fluat ex eo pus, quæ potest fieri facillime, omnino est efficiendum, ut sinus expurgetur quæ mundissime, ne quid puris relinquatur in eo. Alioqui nunquam implebitur carne. Post accipe medicinas consolidatias quæ ponuntur su

per sinum

per sinum convenientes ad illud, & extende eas super pannum lini, & sit pannus tantus ut contegat totum sinum. Deinde incide cum forficibus in directo orificij sinus foramen paulo amplius orificio sinus, deinde extende ex unguentis lenibus super pannum alium secundum quantitatem foraminis, & pone eum super ipsum remotius ab orificio sinus ne impediatur exitus pus ex eo, & non auferas pannum statim, sed post dies aliquot. Ille autem qui est super orificium sinus remoueat omni hora, ut pus possit effluere, & ut scias an illud quod effluit ex eo sit ne multum an parum, aut digestum, aut indigestum. Et cum hoc etiam considera locum sinus an in ipso sentiat dolorem, an non sentiat, & an sit in eo apostema an non sit. Cum ergo protenditur medicatio tua, & uides materiam protendi super orificium sinus, tunc scias quod sinus iam adhæret, aut certe breui adhærebit. Tunc ergo solue ipsum quotidie, aut die tertio, & quando soluis uulnus, tunc permuta pannum per alium, & renoua quoque unguentum. Si autem egreditur ex sinu post spatium longum uirus subtile, tunc non desperes de adhærentia eius, nam sanatio eius appropinquat. Sunt autem ex hominibus qui tardant generationem carnis in uulneribus, & sunt quibus ob sanguinis bonitatem, facile generatur caro. Si autem egreditur ex sinu post dies multos pus indigestum, tunc scias quod sinus non adhæret. Si autem tardat adhærentia sinus, & producit frustra curatio, tunc adde in exiccatione medicinarum, sed ita ut sint medicinae in substantia sua humidæ, & in uirtute sua sicca, sicut unguentum diaphœnicon, quando additur in eo paulo liberalius ex zegi. Nec est præstantius medicamentum quo hic sinus possit curari melius, quam si acceperis unguentum diaphœnicon, & soluatur cum oleo rosato, & misceatur simul uinum antiquum æquale in substantia sua, deinde confice ipsum cum eo, & utere ipso. Nec dissimilis facultatis erit, quando non est tibi præuens unguentum diaphœnicon, mel cum decoquente donec incrassetur, & sic uteris eo. Aut recipe mirram, aloën, olibanum tere singula, & pulueriza illa super mel, dum est super ignem, postea line ipsum super pannum & stringe illo sinum, & line cum melle quod decoxisti donec incrasatum est, & pulueriza in mel species, & pone super ipsum pannum & stringe eum. Quandoque administrant aristoloch. long. radices lilij cœlestis, farinam erui & centaurea. Vtere eis simplicibus aut commixtis, terea & cribella ipsa, & pulueriza super mel, quod narraui & utere eo. Quod si nec sic malicia sinus uincitur & non sanat hac curatione, tunc

scias

scias quod in profundo eius est corruptio, & iam fecit impressionem in ossibus, aut in reliquis membris solidioribus, aut ligamentis, tunc cura ipsam curatione fistularum ea ratione qua diximus esse curandos.

De cura panaricij, & unguis atrite, & incisione digiti additi & sectione consilii dationis digitorum, Cap. LXXXIX.

Panaricum est apostema quod nascitur sub ungue pollicis manus, aut pedis, & fortasse nascitur in reliquis digitis. Cum ergo temper suo remedio non occurrat in principio, & negligitur eius curatio, afficitur apostemate calido, aut corrumpitur & emittit pus donec corrodatur radicem unguis, & sæpe corrumpit eam totam, & fortasse peruenit corruptio ad os usque, & accidit ei odor fetidus, & fit extremitas digiti lata & fit color eius fuscus. Quando ergo tu curas ipsum eo quod diximus in diuisione, & non confert curatio, tunc oportet ut incidas ferro totam superficiem quæ remansit ex ungue, deinde cauteriza uniuersam, cauterium enim in hoc est iuuamentum ualde præfens. Si uero os est sanum & est unguis etiam sana, & additiones uacua, unguis iam cõprimat carnem ad interiora, & incipit pungeri ipsam & lædit eam, tunc oportet ut ponas radium subtilem sub angulo unguis quæ pungit carnem, & impelle eam sursum & incide illam carnem molliter, & pone super relictam carnem ex medicinis comburentibus corrosiuis donec remoueat totam quæ auferenda est carnem. Postea cura illud ungentis donec sanetur. Si autem corruptio iam imprimatur in os, tunc oportet ut incidas illud os & extrahas ipsum. Non enim sanatur unquam dum permanet in eo os corruptum. Quod si uides corruptionem & corruptionem inuadere digitum, tunc incide eum in uno nodorum. Quod qua ratione sit faciendum dictum iam supra à nobis est, deinde cura ipsum donec sanetur. Si uero accidit ungui percussio aut attractio, & contingit in ea dolor uehementis, tunc oportet primum omnium ut phlebotomes infirmum, deinde seca in claro lumine unguem spatium acuto sectione transuersa desursum, & uide dum est ne sectio perueniat ad carnem quæ est sub ungue. Nam si eam partem læseris, dolebit homo uehementer, sunt enim neruosa istæ partes ubi addideris ea quæ prædita sunt facultate generandæ carnis, cura locum aliquo quod sedat dolores. Digitus uero additus qui nascitur in quibusdā manibus hominum solet esse carnosus totus, & aliquando etiam in quibusdā eorum ossa, & nonnunquam est in eo unguis, & quidam eorum nascitur in radice iuncturæ, & generatur in quibusdā

O 2 nodis


nodis digiti. Ille ergo qui nascit in quibusdam nodis digiti non mouetur, & ille qui nascitur apud iuncturam digiti saepe mouet. Eius ergo, qui est carui nodus, sectio facilis est. Fiat autem eius sectio in radice unde primum orit, spatium lato. Eius autem cuius generatio est in radice iuncturae, curatio est difficilis, abstinere ergo ab eius incisione. In illo uero qui nascitur in digito apud ultimum nodorum, tunc oportet ut incidat in primis carnem eius incisione rotunda usque ad os, deinde ferram os una ferrarum conuenientium ad illud, deinde cura ipsum donec sanetur. Consolidatio autem, quam uocant, digitorum, accidit aut ex naturitate hominis, aut consolidatione uulneris, aut combustione ignis, & illis similibus. Oportet ergo ut feces illam consolidationem donec redeant digiti ad formam suam naturalem, deinde pone inter eo licinia, aut pannos imbutos oleo rosato, ut non consolidentur denuo & separa inter eos, aut pone inter eos laminam plumbi subtilē donec consolidetur locus, obducaturque cicatricem. Atque similiter si accidat consolidatio cum palma quibusdam digitis, tunc seca illam consolidationem eo modo quem diximus conuenire fissuram membri.

De extrahitione uulnium, *Varia* x c.

Vites sunt uenae inuolutae, crassae, plene superfluitatibus melancholicis, quae accidunt in pluribus membris corporis, & plurimum nascuntur in cruribus, praecipue in cruribus iter agentium & laborantium & portantium. Oportet ergo ut administrares purgationem totius corporis, expurges cholera nigram aliquotiens cataractico quopiam fortissimi. Post purgatum corpus phlebotomia patientis basilicam. Curatio uero earum cum ferro fit duobus modis. Vnus eorum est ut seces & extrahatur sanguis niger. Et modus alter est, ut eleuet uena & extrahatur tota. Sectio uero in hunc modum debet fieri: Embroca crus primo cum aqua calida multum, donec resoluatur sanguis crassus foetulentus, deinde frange crus infirmi à superiori parte coxae eius usque ad inferiorem partem genu cum uita, deinde seca uenam in loco uno, aut duobus, aut tribus sectione ampla, postea trahere sanguinem nigrum manu tua ab inferiori parte cruris sursum, & à superiori inferius, donec egrediatur tantum melancholici sanguinis, quantum satis uidebitur, & quantum tolerat uirtus infirmi, postea liga eam & praecipe ei ut abstineat à cibis generantibus choleram nigram, & itera euacuationem & phlebotomiam quando implentur uenae. Haec ratione extrahere & curare oportet hunc, quem uites, uulgus medicorum uocat, morbum.

morbum. Rade crus infirmi si in eo sunt pili multi, deinde intramitte ipsum in balneum, aut embroca crus eius aqua calida, donec rubeat & turgent uenae, aut exercitetur exercitio forti, si non est ei praesens balneum donec calefiat membrum, deinde seca cutem in directo uenae sectione per longitudinem, aut apud genu, aut in inferiori parte eius apud calcaneum, deinde aperi cutem uncinis, & excoria uenam ab omni parte, donec appareat sensui, & uideas primo eam rubeam ad nigredinem decliuem. Postea liberata ex cute uidebis eam albam quasi chorda, deinde intramitte sub ea radium, donec eleuetur & egrediatur à cute suspende eam uncinis toto leni, deinde seca sectionem aliam iuxta illam sectionem tribus digitis, deinde excoria cutem à superiori parte uenae donec appareat, deinde eleua eam radijs & suspende eam uncinis. Postea seca sectionem aliam, atque etiam sectiones plures poteris secare, si opus fuerit illis, deinde eleua & incide ipsam prope calcaneum, mox extrahere eam & euacua ex sectionibus ordine deinceps, usque dum uentum fuerit ad sectionem quae est superior uel altior sectionibus omnibus nec euacuare cesses antequam tota sit euacuata, tunc incide eam. Si autem non sequitur crassus & tardus melancholicus humor, tunc intramitte eam cum filo forti duplo & liga eam, & extrahere ipsam. Aut intramitte sub ea radium & reuolue manum tuam ad omnem partem, donec egrediatur, & caue ne incidatur. Nam si incidatur, sit difficilis euacuat ualde, & non potest esse sine maximis infirmi detrimentis. Cum ergo extraxeris eam totam, tunc pone super locum uulnium lanam submersam in uino & oleo rosato, aut oleo communi, & cura ipsum dolo nec sanetur. Quod si uitis est contracta habens tortuositatem cui sit inuolutio ad partes, & non est, sicut diximus, secundum rectitudinem, tunc oportet ut findas ad omnem partem tortuositatis & inuolutionum eius, postea suspende eam uncinis donec eleues eam totam. Et caue in sectione ne incidas aut uulneres eam. Nam sine magno incommodo non potest uulnerari, sit enim uulnerata difficilis curationis. Vide igitur ut cautus & prudens sis in sectionibus.

Forma incidentis qua inciditur cutis.



○ 3 Forma

Forma uncini cæci quo leuatur uitis,



non est ei curuitas sicut reliquis uncinis, neque est acuta extremitatis, ut non uulneretur uena, & est crassa flexuositatis, lenis, quoniam si esset acuta incidere uenam acie sua, imò sit crassior, ob eam quam diximus caulam.

De extractione uene cæcis, Cap. XCI.

Vena hæc generatur in cruribus, in terris calidis, sicut in terra arabum, & orientalibus, meridionalibusque regionibus, terris aridis. Et quandoque generatur in locis alijs corporis præter crura. Et generatio quidem eius est à putrefactione quæ accidit sub cute, sicut accidit intra corpora serpentes, uermes, ascarides & uermes, inter cutem & carnem, & signum inceptionis huius uene est, quod accidit in crure inflammatio uehemens, deinde uescitur locus, deinde incipit uena exire ex loco illius uescationis quasi sit radix plantæ, aut animal. Cum ergo apparet ex ea extremitas eius, tunc oportet ut inuoluas super ipsum frustum plumbi, cuius pondus sit drach. i. & s. ad drachmas duas, & noda ipsam, & mitte plumbum suspensum ex crure. Quotiens egreditur ex ea aliquid ad exteriora, inuolue illud in plumbo & noda illud. Quod si prologatur multum, tunc incide partem eius, & inuolue residuum, & non incidas eum rarditus antequam egrediatur tota, nam si incidis eam contrahitur, & egreditur carnem, & facit accidere apostema, & putredinem in loco, & ulcus malum. Qua propter oportet ut suauiter tractetur, & extrahatur paulatim, donec tota eliceatur, & non remaneat quicquam in corpore. Et ex hac quidem uena egreditur in quibusdam hominibus quod est in longitudine sua quinque palmorum & decem. Atque ego uidi longam uiginti palmorum, in uiro quodam. Cum autem inciditur intronitte radium in foramen eius, & perfora eam foramine longo, donec euacuetur totum quod est in ea ex materia, & administra medicinas diebus aliquot, quæ pus moueant, deinde cura ipsam curatione apostematam. Et hæc quidem uena

uena quandoque habet ramos multos, præcipue quando apparet in iunctura pedis, aut in pede ipso, & accidit ei foramina multa, & parum ex osculis illis exit. Cura ipsam sicut diximus in diuisione, & quemadmodum in superioribus diximus hæc esse curanda.

De sectione uermium generatorum sub cute, & nominatur hæc ægritudo bouina, Cap. XCII.

Hæc ægritudo nominatur in quibusdam locis apud nos ægritudo bouina, propterea quia multotiens accidit bobus, & est uermis paruus unus qui nascitur inter cutem & carnem, & uadit per carnem ascendendo & descendendo, & ostendit sensui dum ambulat de membro ad membrum, donec disrumpit in cute locum egreditur, & generatio eius est ex putrefactione quorundam humorum, sicut accidit uermes, & serpentes, & ascarides in uentre. Nec est contemnendum hoc malum, sepe enim maximos in corpore humano creat morbos, repit enim hic uermis aliquando per totum corpus, peruenitque ad oculum usque, & perdit excedendo oculum, similiter ad alias capitatis partes sepe perreptant hoc uermium genus. Cum ergo uis curare & extrahere ipsum, tunc non sit illud nisi cum ambulat & apparet sensui. Oportet ergo ut stringas quod est supra eum, & quod sub ipso cum ligamentis constrictione forti, deinde seca super ipsum & extrahere eam, quod si profundior latet in carne & non inuenis ipsum, tunc pone super locum cauterium cum igne, donec moriatur. Quemadmodum dictum est, cum alijs corporis partibus est periculosus, tum potissimum oculis, quare occurrendum est sine mora. Si autem uides eum iam peruenisse ad caput prope oculum, tunc stringe sub eo super supercilium strictura bona, deinde seca super ipsum & extrahere eum. Et oportet ut utatur infirmus purgationibus sui corporis cum medicinis soluentibus humorum res putridos, malos, & caueat sibi à cibis generantibus putrefactionem.

O 4 De sectione

De sectione super egritudine que dicitur nalis. Cap. XCIII.

A Egritudo hæc nominatur in terra nostra nalis, & est dolor qui accidit in quibusdam membris, deinde permutatur de membro ad membrum. Huius morbi exemplum uidi ego tale. Vocatus sum ad mulierem quandam infirmam in quadam uilla, & detexit brachium suum, & uidi inflationem paruam in uena brachij, & post horam unam uidi illam inflationem procedere cum focili sicut serpit uermis, ascendendo ad humerum celerius quam credi potest, & mouebatur sicut argentum uiuum quum currit de loco ad locum. Recessit ergo dolor ex loco qui primū doliuerat, & fixus est in humero. Deinde expectaui hora una & processit in reliquū corpus, donec peruenit in brachiū aliud. Deinde ut narrauit mihi, reuolebatur in toto corpore, quemadmodū & ego ipse facile deprehendere potui. Miratus sum ergo uelocitatē diffusionis eius de membro ad membrum, & ego quidem antea nunquā uideram hæc ægritudinem quæ esset qualis hæc in hac muliere. Multos quidē uidi qui senserunt dolorem permutari de mēbro ad membrū, sed non hoc modo aut hac celeritate. Nee ego aliam causam conijcere possum, quā quod mulier fuit sole & laboribus exhausta, sicuti sunt quæ ex uillis siccis corporis, detectarum uenarum, hinc ergo apparet sensui illa uentositas permutata, & est necesse ut non appareat secundum hanc rationem in illis qui sunt delitiosi & corporibus humidis occultarum uenarum. Cum ergo moliris curationem eius, & sentit patiens illum dolorē, tunc si est apparet oculis, sicut diximus, tunc stringe super ipsum & sub ipso uelociter, & seca super ipsum, donec egrediatur illa uentositas coartata, & cauteriza locum. Si autem non uides locum affectum & dolentem, tunc cura ipsum cum excussione corporis, & quopiam remedio quod expellit uentositates, & extenuat eas, commode autem fit pilulis foetidis, & pilulis de sapino, & similibus.

De extrahitione sagittarum.

Cap.

XCIII.

S Agittæ diuersificantur secundum species suas, & secundū loca corporis quibus sunt infixæ. Earum uero diuersitas est, quoniam ex eis sunt quæ habent cuspides magnos & paruos. Et sunt concauæ & surdæ, & ex eis sunt quæ habent tres angulos, & ex eis sunt quibus sunt arsellæ. Differentia uero sagittarum, quæ est pro membrorum uarietate, in quibus infixæ sunt, est talis. Aut enim membra sunt ex membris principibus


palibus sicut cerebrum, cor, epar, pulmo, renes, intestina, uesica, & his similia. Quando ergo sagitta cadit in aliquod horum membrorum, & apparet tibi signa mortis, quæ ego mox subijciam, tunc oportet ut deuites extrahitionem illius sagittæ. Nam mors consequitur illum, possunt enim cognosci signa, quæ certo denuntiant mortem. Et quando non apparent tibi signa mala, & sagitta non est infixæ in profunditate membri, tunc extrahere ipsam, & cura uulnus. Ex signis autem cerebri quādo cadit in illud sagitta, & penetrat os & egreditur siphac quod est super cerebrum, quoniam accidunt ex illo soda uehemens & scotomia, uertigo, rubedo in oculis, inflammationio, rubedo linguæ, spasmus, permixtio intellectus, uomitus cholerae, & aliquando egreditur sanguis ex naribus aut auribus, & sæpe amittitur sermo, & destruitur uox, & egreditur ex loco uulneris humiditas alba similis pului, & exit ex eo simile aquositati carnis. Si ergo apparent ista signa, tunc abstine à curatione, & noli extrahere sagittā, nisi prædixeris prius incurabile malum, mortēque consecuturam, post poteris extrahere sagittam, & anodina adhibere. Signa autem sagittæ quando cadit in cor, sunt quod ipsa est prope māmillam sinistram, & ita sentit quasi ipsa sit fixa in re dura nō in re uacua, & nō nunquā sagitta est motus similis motui pulsi, & fluit ex uulnere sanguis niger, & sequit illud frigus extremitatū, & sudor frigidus, & syncopis, scias ergo quod mors imminet pculdubio. Et signum sagittæ quando uulneratur pulmo est exitus sanguinis spumosi ex uulnere, & uasa quæ sequuntur collum apostemantur, & mutatur color infirmi, & expuit sputum sanguine mixtum, respiratio est difficilis, & quærit attractionem aëris frigidi. Quod si cadat sagitta in diaphragma & membranas costas succingentes, solet esse dolor iuxta costas paruas, & fit anhelitus magnus cum dolore uehementi & suspirio, & mouentur omnia membra circa thoracem. Et si cadit sagitta in stomachum, tunc sæpe egreditur ex uulnere aliquid indigestum, & si cadit sagitta in uentrem & figitur in eo egreditur aliquid stercoreis ex uulnere, aut scirbum, aut intestinum quod iam disruptum est. Hoc cum fit, nulla est spes recuperandæ sanitatis. Quod si sagitta cadat in uescam & egrediatur urina, & procedat ex ea aliquid ad exteriora, & fortior sit dolor super infirmum, tunc scias esse mortale. Reliqua autem membra sicut facies, collum, guttur, spatula, adiutorium, spondili dorsii, furcula, coxa, crus, & eis similia sanantur

nantur secundum plures dispositiones, modo non feriat sagitta arteriam, aut neruum, & non est sagitta uenosa. Operæ precium arbitror me factu- rum, si adscripero exempla de sagittis infixis, ut in talibus casibus habeas quo tua dirigas consilia, quia cuidam uiro cecidit sagitta in lachrymali oculi in radice nasi, extraxi sagittam ex ea parte quæ est sub adipe auris, & sanatus est, & non accidit homini neque in loco unde extraxi nocuum neque in oculo eius. Et extraxi sagittam aliam quæ cecidit cuidam in parte oculi sub palpebra inferiori, & sagitta occultata erat tam alte penetrarat, & non sum consecutus ex ea nisi extremitatem eius paruam qua adhæret ligno suo, & erat sagitta magna ex sagittis arcuum Turcorum cum ferro in qua non sunt aures. Sanatus est & hic homo, erat autem ludæus & nullum graue symptoma accidit in oculo eius. Et extraxi sagittam aliam ex guttu re hominis Christiani, & erat sagitta Arabica, cui sagittarum generi solent esse aures. Valde hæc alte erat infixæ iuxta guttur, sine sectione igitur extrahi non poterat propter aures sagittæ, subtilissime & cautiissime igitur paulatim aptis instrumentis secundo exemi sagittam: Et extraxi sagittarum etiam meam expectationem sanitati est restitutus. Et extraxi sagittam aliam uiro cuidam quæ ceciderat ei in uentre eius, & plerique iudicabant eum uiuere non posse. Postquam ergo præterierunt triginta dies, & nihil mutatum est ex naturalibus dispositioibus eius, secui super sagittam & uiam rationemque inueni qua extraxi eam & sanatus est, & non accidit homini post curationem aliquod malum. Et uidi uiuum cui cecidit sagitta in dorsum & consolidatum est uulnus, relicta in corpore sagitta, post septem demum annos exiuit sagitta in radice coxæ. Et uidi mulierem cui cecidit sagitta in uentrem, & consolidatum est uulnus, & remansit sagitta intra ipsam, & usa est inculpata sanitate & omnibus operationibus suis naturalibus. Et uidi uiuum alium cui cecidit sagitta in faciem & consolidatum est uulnus, & permansit sagitta infixæ, nec ferè ullo dolore affectus hominem. Et traxi sagittam uiro cuidam principi quæ ceciderat ei in medio nasi sui, & declinauerat ad partem dextram parumper, & occultata erat sagitta tota. Vocatus sum ergo ad curationem eius post acceptam sagittam cum in corpore habuisset tres tosos dies sagittam. Inueni autem uulnus sagittæ strictum ualde. In quibus ergo eam cum teta subtili, & non sensi eam, & ipse quidem sentiebat per cisionem & dolorem sub aure sua ex parte dextra. Iudicavi ergo quod erat illa punctio

punctio ex extremitate sagittæ. Adhibui ergo loco emplastrum in quo erat uirtus attractiua & digestiua, considerans quod sic apostemaretur locus, & apparet mihi signum sagittæ, ut secarem super eam, & non accidit in loco accidens significans quod sagitta esset in eo loco, sed nihilominus in proposito perseveraui, dimouens emplastrum dictæ facultatis diebus multis, & nullum signum apparuit sagittam esse in eo loco, & consolidatum est uulnus interim, & mansit infirmus sic nihil amplius adhibens remedia, donec post aliquot dies sensit sagittam inter nasum suum & narrauit mihi illud, posui ergo super uulnus medicinam acutam corrosiuam diebus multis, donec apertum est, & cum tenta tentauimus ipsum, & sensi extremitatem sagittæ subtilem quæ adhæret in ligno. Quare illam adhibui medicinam acutam donec apparuit nobis uisibiliter extremitas sagittæ. Et in hoc opere curando occupatus fui circiter quatuor menses, deinde postquam amplius factum est uulnus, & possibile fuit mihi intrinsece forcipes in ipsum & mouere ipsam tamen non sequebat trahentem. Quam ob rem multa tentauimus, consulimusque experientiam & rationem, & uix tandem extraxi. Ex tracta uero sagitta, curauimus remedijs uulnus. Et medici quidem iudicant quod carthilago nasi non restauratur. A me certe consolidatum est uulnus & sanatus est infirmus sanitate integra, nec quicquam nocuit homini in obsequiis functionibus uitæ. Ego in præsentiarum paucis dicam de sagittis extrahendis, ut habeas quorum collatione possis & ipse inuenire quibus opus fuerit ad præsentem casum, qui uariæ sunt, quoniam partes huius artis & distinctio earum non comprehendunt narratione & literis. Sed artifex prudens cum comparat paucis multa, & cum eo quod est præsens illud quod est absens, & quærit operationem nouam & instrumentum nouum. Neque enim casus & accidentia omnia comprehendere possunt literis, quoniam noua quotidie eueniunt. Primum igitur dico sagittæ egrediuntur ex membris in quibus sunt fixæ duobus modis, aut per attractionem ex loco in quo fixæ sunt ea parte qua immixtæ sunt, aut ex contrario partis aduersæ. Porro alia sagittarum in loco carnosissimo infixæ sunt, quæ cum non extrahi potest, necesse est eam dimittere, ut caro circa sagittam putrescat, & exitus præbeat sagittæ. Alia uero infixæ sunt in osse, quæ si tracta non sequitur, non statim est cessandum, sed omnia tentanda an possit extrahi. Quod si omnino non sequitur, tunc oportet ut perfores in circuitu sagittæ in ipso osse ab omni parte cum terebra subtili, donec satis amplum spacium ut exeat, habeat sagitta,

beat sagitta, deinde attrahe eam & extrahere ipsam. Si autē sagitta est fixa in osse capitis, & processit in unum ventrium cerebri, & apparet ex infirmo quaedam illorum accidentium quæ dixi, tunc absterge ab attractione sagittæ & dimitte eam ne te & artem saluberrimam infames. Nam si sagitta peruenit ad siphac, tunc mors breui sine dubio aderit. Si autem sagitta est fixa tatum in corpore ossis, & perdurat infirmus aliquot diebus, & non accidit ei ex illis accidentibus aliquid, tunc quare rationem & uiam quæ extrahas sagittam, nam non erit letale uulnus. Si autem est fixa ualde & non potest extrahi, tunc administra terebellam in circuitu sagittæ sicut dictum est, deinde cura locum donec sanetur. Si autem sagitta in loco corporis occultatur seu absconditur à sensu, tunc inquirere eam cum tenta, ubi inuenieris eam, attrahe eam quibusdam instrumentis, quæ conueniunt attractioni sagittæ. Si autem non potes instrumentis peruenire ad sagittam propter constrictionem uulneris, & propter altitudinem loci in quo sagitta est infixæ, & non est illic os, neque uena, tunc inde super eam donec amplius reddatur uulnus & sit possibile extrahere sagittam. Quod si sunt sagittæ aures quibus teneatur, tunc libera carnem fixam in eis ab omni parte quocumque modo potest fieri. Quod si uulnus non potest aut non debet propter aliquam causam laxius fieri, conare rationem aliquam inuenire qua aures de sagitta tollant, aut contorqueant, ut possit extrahi. Et quando tu administras extractionem sagittæ, in quocumque loco est, tunc utere contorsione manus tuæ, cum forficibus ad partes omnes donec commota exeat. Ita autem tractes sagittam cautè & molliter, ne frangatur & fiat difficilis attractio eius. Quod si non potest primo statim tempore extrahi, tunc dimitte eam diebus aliquot, donec putrescant quæ sunt in circuitu eius, deinde trahere eam, sic enim facilius extrahet. Si uero impedit te fluxus sanguinis, tunc administra quod diximus suo loco. Etiam atque etiam cauere ab incisione uenæ, aut nerui, aut chordæ. Excogitato uariarum rationes & modos sagittas extrahendi. Fiat autem cum facilitate, & tranquillitate, tarditate, & firmitate, sicut narrauimus, & oportet cum trahis sagittam ut infirmus sit secundum figuram secundum quam fuit cum accepit sagittam, nam incredibile est quantam hoc rem faciat. Si autem non est possibile, compone hominem in eam figuram, quæ commodissima uidebitur ad extrahendam sagittam. Sagitta autem quæ egreditur ex contrario partis aduersæ, aut iam procedit ex ea aliquid ad exteriora, aut facit gibbositatem extremitatis

extremitas sagittæ per sensum ex superiore parte cutis, & uides eam emittentē. Seca ergo super eam, & sit sectio tanta, quanta opus est ad forcipes, deinde attrahe ipsam, & si non potest extrahi sine aliquo incommodo, dimitte ipsam diebus aliquot, deinde itera super ipsam donec egrediatur. Quod si lignum sagittæ est in ea, tunc impelle ipsam cum eo. Si autem cecidit lignum, & uis administrare impulsionem, tunc intramitte ad eam instrumentum concauum ut ingrediatur cōcauitas eius in caudam sagittæ, deinde impelle eam cum ipso. Si autem sagitta est concaua, tunc impelle eam cum instrumento intrante in ipsam, sagitta enim alleuiatur per illud. Quod si sagitta est toxicata, tunc oportet ut auferas totam carnem in qua est uenenum, si est possibile, deinde cura eo quod conuenit ad illud. Quod si sagitta est infixæ in pectore, aut in uentre, aut in uescica, aut in latere, & est propinqua, ex eo quod tangis tenta, & possibile est tibi secare super eam, tunc secæ, & caue ab incisione uenæ, aut nerui, & extrahere eam, deinde siue uulnus, si indiget, & cura illud donec sanetur. Forma forcipum quibus trahuntur sagittæ.



Sint extremitates similes rostro auis quæ factæ sunt sicut ferra, quando apprehendendum sagittam non dimitunt eam. Et sunt eius species multæ scilicet magnæ, mediæ, & paruæ, secundum quantitatem magnitudinis sagittæ, & paruitatis eius, & amplitudinis uulneris, & constrictionis eius. Huius autem extremitas est concaua sicut penna auis, ut alleuietur introitus sagittæ in ipsam & impulsio eius. Forma impellentis concaui.



Forma impellentis surdi,



hoc est, surdæ extremitatis sicut radius ut alleuietur introitus eius in sagittam concauam, & impellatur cum eo.

De qualitate phlebotomice uenarum,

Cdp.

XCV.

Venæ de quibus cõsuevit sanguis emitti in corpore sunt 30. ex quibus in capite sunt sedecim, duæ uenæ pulsatiles, quæ sunt post aures, & duæ arteriæ quæ sunt in duobus temporibus apparentes, & duæ uenæ quæ sunt in duobus lachrymalibus duorum oculorum, quæ dicuntur aspicientes, & uena præparata in medio frontis, & uena quæ est in extremitate nasi, & duæ iugulares quæ sunt in collo, & duæ uenæ quæ sunt in labio superiore oris, & duæ uenæ quæ sunt in labio inferiore, & iste sunt uenæ quæ dicuntur algeherich, & duæ uenæ quæ sunt sub lingua. Venæ autem quæ phlebotomantur in brachijs, sunt quinq; uenæ in utroque brachio. Vna earum est cephalica, & nominat eam uulguis uenâ capitis, & est uena media, & est composita ex ramo basilicæ & ramo cephalicæ, & nominat eam uulguis uenam corporis. Et basilicam nominat uulguis uenam uentris, & finis brachij. Est & uena posita super focile, & est illa in qua phlebotomatur. Hæc est quæ apparet supra pollicem manifeste, & est uena quæ est inter auricularem & minimum digitum, & sunt ei duo rami. Et in crure & pede sunt tres uenæ. Vna earum est illa quæ est sub poplitis curuatura, & secunda est saphena, & locus eius est apud calcaneum. Et in crure altero sunt tres uenæ illis similes.

De uenis quæ sunt post aures.

Phlebotomia uero duarum uenarum quæ sunt post aures, iuuamentum est ad catarrhos antiquos, & hemicraneum, & saphaphati, & ulcera capitis mala antiqua. Operæ precium arbitror ut dicam quomodo istæ uenæ sint incidendæ. Primum oportet ut radatur caput infirmi, & bene fricetur occipitium eius in loco duarum uenarum cum panno alpero, deinde stringat infirmus collum suum uitta donec appareant duæ uenæ, & loca earum sunt post aures in duobus locis depressis capitis. Quare ergo eas digito


et as digito tuo, & ubi sentis pulsus earum sub digito tuo illic signa cum encausto, deinde accipe phlebotomum cultellare, & intromitte ipsum sub uena in cute donec perueniat phlebotomus ad os, deinde eleua manum tuam cum uena & cute ad superiora & incide uenam cum cute, & sit longitudo incisionis quantitas duorum digitorum iunctorum, aut circiter illud, & fac exire ex sanguine quantum uis, deinde stringe eam cum puluillis, & dimitte eam, donec sanetur. Etiam iam antea diximus in principio libri de incisione cum cauterizatione earum.

De uenis quæ sunt in temporibus.

Arieriarum uero duarum, quæ sunt in duobus temporibus, phlebotomiam iuuamentum est ad hemicraneam antiquam, & sodam pariuam, & ophthalmiam assiduam & fluxum superfluitatum acutarum ad oculos. Ratio autem illas uenas phlebotomandi hæc est. Stringat infirmus collum suum multum, donec appareant duæ uenæ sensui manifeste, & demōstretur pulsus earum sub digito tuo, tunc signa locum cum encausto, deinde eleua cutem desuper uenam ad superiora digito tuo indice, & intromitte phlebotomum incidentem de subtus, & eleua uenam ad superiora & incide eam, sicut fecisti in duabus uenis alijs, & tantum emitte de sanguine, quantum uidebitur necessarium, deinde solue coartationem infirmi, & pone digitum tuum super uenam, postea pone super ipsam cotum, & puluillos, & stringe ipsum desuper cõstrictione forti & dimitte ipsam donec sanes. Hæc omnia quomodo fieri debeant, dictum ab uide arbitror in superioribus.

De uena quæ est in medio frontis.

Iuuamentum uero phlebotomice uenæ frontis est ad ægritudines faciei antiquas, & ad hemicraneam, & rubedinem, & ulcera foeda. Quæ ratio one autem sit ex hac uena emittendus sanguis paucis accipe. Coartet infirmus collum suum uitta donec appareat uena, deinde accipe instrumentum quod nominatur fossorium, cuius hæc est forma.



Pone acumẽ eminentis quod est in capite fossorij super ipsam uenam, & percute super ipsum cum pectine, aut re alia in medio eius, & dimitte sanguinem fluere donec uidebitur sufficere, deinde solue coartationem infirmi, & stringe eam

P

2

stringe eam

stringe eam donec sanetur, & quandoq; aperitur cum phlebotomo lato. Veruntamen non oportet ut sit phlebotomus acutæ extremitatis, sicut reliqui phlebotomi, imò sit late extremitatis, & phlebotoma eam secundum transuersationem quoniã os est propinquum, quare est periculum ne in eo frangatur phlebotomus subtilior.

De uenis que sunt in duabus lachrymalibus.

Venarũ duarum phlebotomiã iuuamentũ quæ sunt in lachrymalibus duorum oculorũ, est ad oculũ ex scabie & rubedine, & sebel in oculo & ægritudine faciei. Ex his autẽ uenis sic debet mitti sanguis, stringat infirmus collũ suum uitta, deinde phlebotoma eas. Sedat homo apertẽ, & stato tu apertẽ missurus sanguinẽ, & trãuersum secato uenas, non nihil ad longitudine. Et phlebotomus non sit nimirũ extremitatis acutę, ne frangatur. Vbi emiseris de sanguine quantũ tibi satis uidebit, pone super eas cotum & stringe eas, nocte una, & solue eas.

De uena que est in naso.

Vena autem nasi phlebotomia est cõferens ad febre[m] acutã, & sodam uehementẽ, & ægritudines faciei, sicut hemicranẽa & rubedinem, quæ accidit in facie, & præcipue quãdo est antiqua. Qui autẽ ex hac narũ uena uolet mittere sanguinẽ, oportet ut stringat infirmus collũ suum, deinde tene nasum eius manu tua sinistra & accipe phlebotomũ subtilem longum, & diligẽter querẽda est uena, quoniã non apparet sensui illic. Et quũ sanguis incipit fluere statim, oportet ut amoueas manum tuam cum phlebotomo parumper & permittas fluere ex sanguine, quantum necesse est, deinde liga ipsam, per facile sistitur sanguis.

De duabus glandis, seu inguinalibus.

Dvarum uero guidei phlebotomiã iuuamentũ est ad cõstrictionem anhelitus & inceptionẽ lepræ, & ægritudines melancholicas, & impetiginem, & ulcera mala & corrodentia. Missurus ex his uenis sanguinẽ, stringat sub utriusq; in collo infirmi ligamento, & stet artifex super caput infirmi, & infirmus sedeat, deinde phlebotoma uenã ad longitudinẽ phlebotomia paulo ampliori, deinde extrahe ex sanguine quantitã temperatã, aut quantũ pro præsentĩ morbo sufficere iudicaueris, deinde fac similiter de uena alia, postea solue ligamentum, & stringe duas uenas strictura media, ut non præfocetur infirmus, & dimitte eum usq; in sequentem diem, sanabitur enim uulnus.

De phlebotomia

De phlebotomia algeberich, hoc est, uenis que sunt in utroq; labio inferiore & superiore.

Venarum autem algeberich phlebotomiã iuuamentũ est, quod confert ad alcola in ore & corruptionẽ gingiuarũ, & ulcera mala, & fistulas labiorum, & ulcera mala quæ sunt in naso, & in circuitu eius. Ex his uenis sanguinẽ detrahitur, iube hominẽ sedere coram te, & stringe collum eius cum uitta, deinde resolue labium eius, & aspice ad duas uenas, quarũ una est à dextera labij, & altera à sinistra eius, & demõstratio utriusque est per ægritudinẽ earum, item quod in circuitu earum sunt uenæ minime nigrae. Incide ergo utranq; si autem dubitas, quænam earum sit, tunc intende ad incisionem maiorẽ manifestiorem earum, & similiter fac de duabus uenis quæ sunt in labio superiore. Et plurimum quidem inualuit consuetudo ut incidantur duæ uenæ quæ sunt in labio inferiori.

De iuuamento duarum uenarum que sunt sub lingua.


Venarum duarũ quæ sunt sub lingua phlebotomiã auxiliũ, post phlebotomiã cephalicę, est ad præfociones quæ sunt in gutture, & ægritudine uulvæ, & ægritudines oris. Cum autem ex his uenis minuitur sanguis, sedeat infirmus inter manus tuas ad solem, & eleua linguam eius, & aspice sub lingua à latere eius uno uenam, & à latere eius alio uenam, & color utriusque est decliuis ad nigredinẽ, phlebotoma ergo utranq;, & uide ut cauet, non nimirũ duriter, aut p̄funde incidas in phlebotomando has uenas, nam subsunt arterię, ne forte accidat fluxus sang. ex illis arteriis.

De uenis que sunt in brachio.

Venæ sunt tres quæ phlebotomant in cubito, ubiq; consueuerunt omnes ferẽ gẽtes uenas has incidere, & phlebotomia earum fit duobus modis, aut pungendo cum phlebotomo myrtino lato, aut oliuari ad subtilitatem decliui, aut secãdo cum phlebotomo cultellari, & est alnessil. Et hæc est forma eius.



Iste alnessil cõuenit ad sectionem, & ex eis sunt species, late & subtiles, pro amplitudine & strictura uenarum. Forma phlebotomi super aliud, & magni nominis medici hoc utuntur. Forma phlebotomi myrtini.



fit latus sicut uides & conuenit ad aperiendas uenas concauas, plenas, pro cedentes, crassas, & illas quæ continent sanguinem crassum turbidum.

Et hæc est forma phlebotomiæ oliuariæ.



Et iste phlebotomus est minoris latitudinis & subtilioris extremitatis & conuenit ad phlebotomiã uenarũ subtiliũ, quæ continent sang. citrinum.

De basilica uena brachij.

Basilicę autem, quæ est una trium harum uenarũ, phlebotomię iuuamentũ est, quod extrahit sanguinẽ ex egritudinibus quę sunt sub gutture & collo, nimirũ in pectore & partibus quę sunt circa uentrẽ. Magna diligentia debet hanc uenam incidere qui phlebotomat eam, ut caueat ne profundius phlebotomũ imprimat, nam sub ea est arteria. Quare si errat & profundius quã oportet imprimat phlebotomũ, incidet illã arteriã, & accidet fluxus sanguinis. Quia propter oportet ne phlebotomet eam cum phlebotomo pungente, sed potius sit secas cum uestigijs. Quod si non apparet basilica manifeste, tunc oportet ut quæras aliquem ramũ eius, aut phlebotomes loco eius ~~sub~~ brachij. Ipsa enim est eo loco manifesta, & seca ea cum phlebotomo alnessil, sicut diximus. Si autẽ omnino uoles eam incidere in eo loco, in quo consueuerunt omnes ferẽ eam aperire, tunc oportet ante stricthurã brachij ut tangas locum, donec cognoscas locũ pulsus, deinde signa super locum cum encausto, postea liga brachiũ & seca uenã sectione concaua cũ phlebotomo alnessil, sicut diximus. Et caue ne ita incidas ut seces & arteriã, & si uideris cum tu stringis ligamen inflationẽ in loco quẽ signa si cum encausto, tunc illa inflatio est inflatio arteriæ, deuota ergo eam. Quod si uides sanguinẽ salire sicut urinã pueri, & est sanguis subtilis, rubeus, tunc scias quia est ex sanguine arteriæ, tunc ergo prope & pone digitũ tuũ super ipsum spacio lãgo, deinde aufer digitũ tuũ. Si ergo abscindit sanguis, sepe enim sic sistit, tunc stringe brachiũ & dimitte ipsum, & caueat infirmus ab omni motione. Precipue brachiũ non mouendũ sciat diebus aliquot, donec sanes. Si autem non abscindit sanguis, nec potest ita sisti, & non est tubi præsens in proptu medicina, tunc incide arteriã, si apparet. Nam extremitates eius contrahuntur & abscindit sanguis. Aut accipe corticẽ fistici & fide eũ, & accipe medietatẽ unam, & stringe eam super locũ uenæ stricthura decenti

ra decenti cum ligamento, & puluillis usq; ad diem sequentẽ, tunc si abscinditur sanguis est bonũ, & si non, tunc cura ipsũ quopiã puluerum abscindentiũ fluxũ sanguinis, de quibus est in præcedentibus dictũ. Nec est difficile sistere sanguinem in pluribus dispositionibus propter paruum uulnus, & commoditatem ligamenti in brachio.

De iuuamento uenę fuscæ.

Venæ autẽ fuscæ phlebotomiæ iuuamentũ est quod trahit sanguinẽ ex superiore parte capitis & inferiore corporis, propterea quia est cõposita ex ramo basilicæ, & ramo cæphalicę, sicut diximus, & conuenit phlebotomanti eam ut sit cautus in phlebotomia eius, nam sub ea est neruus. Si ergo altius imprimat in punctura phlebotomi tangit & lædit neruũ, & accidit stupor & difficilis fit sanatio eius, & fortasse non sanat penitus. Atq; iste neruus sepe apparet sensui. Occultat autẽ in quibusdã hominibus & ob subtilitatẽ non ostendit, tunc oportet ut ponas phlebotomiã tuã quæ eam phlebotomas sectionẽ cum alnessil & omni studio & diligentia cauea neruo. Quod si uena est inter duos neruos, tunc sinde uenã in longitudinem.

De uenã cæphalicã.

Phlebotomiã autẽ uenæ cæphalicæ iuuamentũ est, quod attrahit sanguinẽ ex capite, & cõfert ad egritudines oculorũ. Et oportet in hac uena proprie ut phlebotomes eam pungendo cum phlebotomo oliuari, aut cum phlebotomo myrtino. Nam uenarũ nulla minori periculo inciditur, quoniã non est sub ea neq; arteria, neq; neruus. Verũtamen conuenit in phlebotomia eius ut deuites cum phlebotomo caput lacerti, & quæras locum leniõrẽ. Et non nocet ei si non inuenit percussione prima, ut iteretur super eam cum phlebotomia aliquoties. Quamquã aliquãdo apostemat in quibusdã hominibus quãdo non phlebotomat in percussioẽ prima. Sed non nocet illud apostema. Quæ autẽ sit utilitas phlebotomiæ, & quando sit homini utendũ ea, paucis si dixerõ, non inutile arbitror fore medicis & ualitudinẽ curantibus. Primum ergo oportet ut scias quod phlebotomia non admissat nisi in cõseruatione sanitatis, & cautela ab aduentu egritudinũ. Et ut fiat phlebotomia in una uenarũ triũ quæ sunt in cubito, scilicet cæphalicæ, fuscæ, & basilicæ. Et ut fiat phlebotomia post ieiuniũ in principio uenis, in uere & autũno. Etiã hyeme quãdo apparẽt significationes repletiois. Et fiat phlebotomia in die primo aut tertio post repletioẽ, tertia à solis ortu horę. Phlebotomia autẽ quę admissat in egritudinibus non habet horã determinatã, sed quãdo prouocat conuenientia & necessitas, &

illud in

P 4

illud in nocte aut die, & in omni hora, & in omni tempore. Et non oportet ut phlebotometur pueri donec ueniant ad decimum quartum annum. Neque phlebotometur mulier prægnans nisi à mense quarto usque ad septimum. Neque phlebotomentur senes qui iam pertransierunt sexaginta annos. Cum ergo aliquis uult phlebotomari quocumque modo & propter quacumque causam sit, oportet ut mundificet intestina sua ante phlebotomiã clysteri leni, si in eis est steruus multum retentum, ut non attrahant uenæ post phlebotomiã ex intestinis superfluitates putridas nocentes mēbris principalibus. Neque phlebotometur crapulatus, neque temulentus donec concoctionis certa appareant signa, neque hydrofici, & caueatur phlebotomia etiam post colicam passionem, uomitum & fluxum uentris, & multiplicationem coitus, & laboris, & exercitij, & uigiliarum, & famis, & quid est quod dissoluit uirtutē ex corporea aut animali. Item antequam mittas sanguinē, conandum est ut subtilient humores, si sanguis est crassus subtiles autē & tenues redduntur humores cum cibus & potibus, & medicinis. Deinde introeat balneum, si nihil prohibet, aut exercitet aliquo exercitio, ut subtilietur sanguis. Et incide uenam circa tertiam diei horam, sicut diximus. Et conare ut euacuetur cor eius illa die ab omnibus accidentibus omnibus, quæ malis, sicut angustia, ira, timor, & ab omnibus accidentibus corporis, sicut labor & superfluitas est coitus, & illis similia. Sedeat autem missurus sanguinem in loco amœno & afficiatur animus hominis gaudio ex aromaticitate, & odoramentis & tripudio, & similibus, deinde sedeat phlebotomator super puluinem quod sit altius quam puluinem phlebotomandi, postea extrahat brachium, & fricet ipsum phlebotomator manu sua bis, aut ter, deinde stringat ligamentum, & inuoluat bis, & sit strictura temperata, quoniam strictura quando est inæqualis, aut strictior, tunc prohibet fluxum sanguinis. Aut mollior tunc prohibet etiam fluxum sanguinis, deinde post stricturam oportet ut fricet phlebotomandus manus suas simul ad inuicem donec inflentur uenæ & clare appareant, deinde abstergat phlebotomator phlebotomum cum pauco oleo antiquo, deinde ponat digitum suum indicem manus sinistrae super ipsam uenam, sub loco cuius phlebotomiam uult, & diligenter exploret & perspicat in qua parte debeat uenam incidere. Magna est uarietas in uenis. Videre enim est quandam sicut chordam fugientem cum tractatur, & ex uenis est quæ est plena uentositate, & quando ponis phlebotomum super eam contrahitur sub phlebotomo & decipitur phlebotomator. Quare sit sollicitus in his rebus omnibus, deinde deponat phle-

ponat phlebotomum. Si ergo aperitur prima percussione bonum est, & si non, tunc celeriter itera percussione sub illo loco parum, aut supra ipsum si non apostemat locus, & homo phlebotomandus non pauet. Quod si apostemat aut expauescit, tunc dimitte eum die uno, aut duobus diebus, & non stringat ligamentum, ne enim attrahat apostema calidum, seu phlegmonem, neque ingrediatur balneum, deinde iteret phlebotomiam si uidebit. Quod si apertio est parua, aut fluit sanguis subtilis, & times quod non egrediat ex sanguine tantum quantum uis, tunc denuo imprime phlebotomiã in uulnus ipsum secundum rectitudinem, & fac foramen paulo amplius, sed fac illud celeriter antequam apostemet locus. Apostemat enim locus in quibusdam hominibus statim etiam in minimo uulnere. Si ergo uides ipsum iam apostematum, tunc non iteres percussione, nec enim sine incommodo fieri potest. Et pone super ipsum aliquid ex fece olei, quoniam prouocat fluxum sanguinis, & est melior hoc in loco quam oleum ipsum, & quam reliqua olea, & similiter administra fecem olei in omni phlebotomia, facit enim hoc ad fluxum sanguinis, & faciunt illud tria alfaroch, & sagzenea, quãdo ponitur una earum super locum, sanguis enim subtiliat & resoluunt quum est crassus. Quod si accidit in loco phlebotomiæ apostema magnum, nam multoties accidit, præcipue ei qui antea non est phlebotomatus, aut est apertio uenæ parua, tunc propera & pone super locum spongiã infulam in aqua & sale calefacta parruper, & stringe eam. Sed illud tum demum est faciendum, cum satis emissum est sanguis. Emittere est autem ex alia uena sanguis cum ex hac non potest fieri. Quod si remanet in loco post dies aliquid nigredinis, aut uiriditatis, non nocet illud, & si uis pone super ipsum aliquid ex aloë, aut myrrha solutarum, aut aliquid ex succo mentastri, aut aliquid tale. Et multoties quidē accidit apostema & eminētia in phlebotomia basilicæ, pone ergo manum tuam super ipsam, tunc si senties mollietatem apud compressionem tuam illam eminentiam iudicato malam. Caue autem ut ponas super ipsam aliquid ex eo quod diximus. Ne fluat ex eo sanguis arteriæ, sed fac emplastrum cum eo in quo est stuporitas ut induretur locus, deinde cura ipsum cum reliqua curatione, donec sanetur. Et oportet ut extrahas cuique ex sanguine secundum quantum sit detrahendum. Nam si sanguis est niger, tunc dimitte ipsum exire donec rubeat, & similiter si uides ipsum crassum, tunc emitte ipsum donec subtilietur, & similiter si est acutus donec auferatur acuitas eius.

tas eius. Et oportet ei qui est plenus, fortis, & indiget extractione sanguinis, ut manus uulnus fiat, & sit phlebotomus latus. Et in eo qui est debilis contrarium debet fieri, nempe debet esse foramen strictum. Et melius quod administratur in phlebotomia uenæ est, ut sit transversa sectio non punctura, & iste modus phlebotomiæ est tutus à fluxu sanguinis, & ab incisione nervi, & est laudabilior & minori cum periculo coniuncta quam phlebotomia quæ fit per latitudinem & longitudinem. Et cui consuevit se peruenire in phlebotomia syncopis, oportet ut cibem ante phlebotomiam modico pane infuso in aqua granati, aut alio similibus facultatibus prædido. Et præstat ita affecto homini non semel extrahere, sed potius tribus uicibus, aut quatuor. Et si est frigidioris complexionis accipiat ante phlebotomiam panem infusum in syrupo de miva, aut de melle aromatizato, cum speciebus, ut pipere, aut in syrupo aromatizato odorifero. Quod si accidat syncopis apud phlebotomiam, & est causa eius exitus sanguinis multi, tunc oportet ut sumat in potu aquam carnis & syrupum odoriferum subtili, & utatur aromaticitate cum algalia & liniat pectus eius ea, & utatur reliquis quæ diximus in diuisione in capitulo syncopis ex euacuatione. Qui autem uult euentare brachium suum & soluere sanguinem secundo, oportet ei cuius phlebotomia est propter euacuationem multam, & uirtus eius est debilis ut soluat sanguinem paulatim aliquot diebus pro uirium infirmi modo ratione. Qui uero uult euentare brachium suum, & soluere sanguinem suum secundo, & est corpus eius forte, repetat phlebotomiam post septem horas, aut nouem à phlebotomia prima. Qui autem uult trahere sanguinem suum in corpore suo ad contrarium partis ad quam declinat, oportet ut euentetur ei in die secundo, aut tertio. In cuius uero corpore est sanguis multus iam calefactus & acuitur, & facit accidere febrim, oportet ut emittatur semel per amplius uulnus, & extrahatur ex eo quantitas multa usque quo accidat syncopis. Has omnes rationes & conditiones phlebotomiæ serues diligenter, & ponas manum tuam super pulsum eius dum fluit sanguis ut non accidat mors, loco syncopis. Multotiens enim accidit illud, quando imperitus est phlebotomator, & errat aut incitit, aut negligit. Et non oportet quando uis soluere brachium, & mittere sanguinem secundo, cum iam clausum sit orificium ueng, & fiat difficilis exitus sanguinis, ut premat super ipsum cum uehementia & curuatur extendat uehementius, nam illud est malum ualde: imò dimitte ipsum donec phlebotomem secundo, aut remoue

aut remoue cum acuitate phlebotomia illud quod coagulatum est ex sanguine orificio ueng. Et pone super ipsum aliquid salis dissoluti in aqua, aut aliquid aliud eius facultatis, & preme ipsum leuiter donec egrediat sanguis. Si uero iam a postemata est uena, tunc dimitte eam, & non tangas eam donec sedat apostema. Quod si necessitas puocat ad soluendum sanguinem secundo, & non potest omitti aut differri, ob quam uentem causam, tunc aut phlebotomia supra illum locum aut brachio alio in uena alia. Fumis autem brachij phlebotomatur loco faucis & basilicæ cum non inueniuntur & sunt occulæ, quonia est composita ex eis. Qui hinc missurus est sanguinem, hoc modo debet facere, intror mittat infirmus manum suam in aquam calidam donec rubeat facile, & appareat uena manifeste, deinde stringat super ipsam cum ligamento mediocri, deinde phlebotomia secundum transversum paulatim non latitudinaliter neque secundum longitudinem & sit apertio ampla, & sit phlebotomia qua cum phlebotomas super iuncturam manus parum per. Quod si prohibetur exitus sanguinis, tunc iterum manum in aqua calida, & dimitte sanguinem fluere in aquam, donec iudica ueris satis pro tempore hominis & morbi magnitudine satis effluxisse. Et plurimum quidem ponitur fluxus sanguinis in tempore hyemis. Et phlebotomia huius ueng est minori periculo obnoxia quam ullius ueng, quonia non est sub ea uena pulsatis neque paruis. Phlebotomia uero saluæ manibus dextræ confert ægritudinibus epatis. Ratio autem incidendi hanc uenam talis est. Oportet ut ille qui minuerit sanguinem uolet, ut stringat manus ligamento, aut manu, postquam immiseris eam in aquam calidam donec infletur & uenæ oculis demonstrant manifeste, deinde phlebotomia eam transversum, & si incidis eam totaliter non nocet ei illud in aliquo. Et tamen conseruane nimium profunde imprimas manum cum phlebotomia. Sub ea enim sunt nervi digitorum denudati ex carne. Post immitte iterum manum tuam ad aquam calidam, & dimitte fluere sanguinem in ea, si tu non iterum eam in aqua calida, coagulatur sanguis in orificio uenæ, & prohibetur fluxus. Cum ergo extraxeris ex sanguine tantum quantum necesse censet, tunc pone super uenam oleum & sal, ut non consolidetur statim, & similiter oportet ut facias cum omni stricto. Inuamentum uero phlebotomiæ ex manu sinistra est, quonia confert ad ægritudinem splenis, & similiter fac in phlebotomia eius sicut fecisti in ea de qua iam dictum est. Saphenæ autem iuuamentum est, ad ægritudines quæ sunt in inferiore parte corporis sicut ægritudines

tudines matricum, & retentio mensurorum, & infirmitates renum, & ubi
cera coxarum, & crurium antiqua, & huius generis alios morbos. Hæc
autem phlebotomia sic fieri debet, introritat infirmus pedem suum in
aquam calidam, & inde ipsum fricetur donec exuberent uenæ, & liga supra
iuncturam pedis, & uenæ quidem locus est apud calcaneum apparatus uersus
pollicem, & ramificatur ex ea rami multi, phlebotoma ergo illam in an-
teriori ramo eius apud calcaneum, quoniam eo loco tutissime incidit. Quod
si phlebotomas eum in superiore parte pedis, tunc caue à neruis qui sunt
illic, & pone phlebotomiam tuam qua eam phlebotomas extransuerso,
quasi tu uelis incidere eam, & sit phlebotomus nessim. Si aut prohibet exitus
sanguinis, tunc denuo iube pedem ponere in aqua calida, & dimitte san-
guinem fluere in ea, donec euacuetur. Quod si errat phlebotomator &
non tangit uenam prima percussione, tunc iteret phlebotomiam ad super-
iora parumper. Nam locus est sine periculo, nec est quod timeas aliquid
inde malum, modo caueas à neruis, sicut diximus. Et similiter cum saphi-
na pedis alius æqualiter. Venæ uero sciaticæ locus, sicut diximus, est pro-
pe calcaneum ex latere. Et inuamētum phlebotomiæ eius est, ad dolorem
anchæ quando est propter sanguinem calidum. Et modus huius phlebo-
tomix est, ut ingrediatur infirmus balneum, & stringe crus eius à latere
anchæ supra calcaneum quatuor digitis uirta subtili longa, non enim ap-
paret uena nisi hoc modo. Quando ergo apparet, tunc phlebotoma eam
quacunque ratione commodius potest fieri. Siue enim secundum transuersi-
onem phlebotomes, quod solet esse melius, aut incidit eam ex incisione,
aut seces eam sectione, hoc loco enim nullum est periculum. Et hæc uena
est in pluribus hominibus occulta ualde. Quod si inuenis eam & non appar-
et oculis omnino, tunc phlebotoma aliquem euidentiore ramum eius,
& est ille qui apparet in dorso pedis & uersus auricularem & anularem.
Et caue à neruis, & permittit fluere ex sanguine quantum uoles, deinde sol-
ue stricturnam, & pone super locum phlebotomiæ cotum & stringe locum,
uelociter enim sanatur.

De uentosis, qualitate, usque, eorum.

Cap. XCVI.

Ventose sunt ex cornibus, & ex ære, & ex uitro. Et uentofatio qui-
dem fit duobus modis, cum scarificatione & extractione sangui-
nis, & alia est uentofatio sine scarificatione. Et hæc uentofatio quæ
est sine scarificatione fit duobus modis, aut enim fit cum igne, aut fit absque
igne

igne, & uentosis quæ administrantur cum scarificatione, & extractione
sanguinis, sunt quatuordecim loca corporis. Quorum unus est alnostrati
ut uocant, & est postremum capitis, & alkelel, & est medium colli, & uen-
tosæ alagdeni, & sunt duæ laming colli à duabus partibus simul, & uentofa-
sa sub mento & est sub mandibula inferiori oris, & uentofæ duarum spatu-
larum, & uentofæ alabofos super sinem caudæ, & uentofæ foeliū, & sunt
medium duorum brachiorum, & uentofæ duorum crurium, & uentofæ
duarum caullarum. Et uentofatio quidem extrahit sanguinem tantum ex
uenis minutis, parvis in carne, & propterea non est tantæ efficacitæ & poten-
tiæ, sicut est phlebotomia. Neque oportet ut comministreretur uentofatio si-
ue cum igne, aut absque igne in aliqua ægritudine quæ fuit ex repletione
nisi antea euacuetur corpus totum. Quod si necessitas prouocat ad uentofa-
tionem ex ægritudine, aut propter consuetudinem administramus eam
non superstitiosa tēporis obseruatione, sed quocunque tempore fuerit opus.
Cum enim ita auctus sanguis est ut copiosior sit quā uasa possint sine mole-
stia ferre, est causa grauedinis & sode, & aliorum similitum affectuū, quam
ob rem debet extrahi per uentofas, & quidā cum copiosior est in illis san-
guis, sentiunt repletionem & rubedinem in facie, capite, & collo suo. Et est
qui sentit pruritum in facie, & fronte sua, & tenebrositatem & hebetudinem
in oculis suis. Est qui scilicet locum uentofationis suæ. Est quoque cuius
risus multiplicatur, & est qui uidet in somno suo sanguinem & rubedinem
& interfectos, & plagas, & similia illis. Quando ergo uidemus aliquid ho-
rum signorū scire debemus abundare sanguinem nimium in corpore, quare
præcipimus uentofationem quæ quanquā omni tempore potest fieri, re-
ctius tamē sit secūda aut tertia diei hora. Commoda autem uentofationis
quæ in occipitio fit, sunt quod confert ad ægritudinem in capite grauitali-
tis, & ad illas fluxiones quæ effunduntur ad oculos. At non oportet ut fiat
post euacuationem totius corporis. Et hæc quidem uentofatio est loco phle-
botomiæ cæphalicæ. Et non licet ut utatur ea qui est frigida cōplexionis,
aut in quo est catarrhus, nam infert ei nocumentum magnum, & propter
illud non oportet ut utatur ea senex, & in cuius capite sunt ægritudines fri-
gidæ. Qui autē ea utitur assidue, generatur in eo obliuio, & propter illud
oportet ut precipias ut uentofæ ponatur ad inferiores & remotiores à ca-
pite partes, ne noceant memoria. Ventofatio autem alkelel est loco phle-
botomiæ fusæ, & phlebotomiæ cæphalicæ, & propter illud cōfert almati,
& constrictioni

& cōstrictioni anhelitus, & scissurę instrumenti anhelitus, & tussi, & repletur
oni, & oportet ut impellat uetola alkele paruper quoniam si ponit inferi
us, generat debilitatem in corde & stomacho. Ventosatio uero alagdeni
cōfert doloribus accedentibus in capite, & ophthalmiæ, & hemigraneę, &
præfocationi, & dolori in radicibus dentium, & est loco phlebotomiæ
basilicę. Et oportet ut præcipias uentolatori ne nimium imprimat manū
suam cum scarificatione ut non incidat arteriam, & accidat fluxus sangui
nis. Ventosatio autem sub mento cōfert exulcerationibus in ore, & corru
ptioni gingiue, & similibus egritudinibus quę sunt in ore, & est loco phle
botomiæ quę sit ex uenis quę sunt in duobus labijs. Vētosatio autem spa
tularum cōfert omnibus affectibus qui fiunt circa spatulas ex repletionē
& caliditate. Ventosatio uero interiorum partium duorum socium con
fert iuuamentum phlebotomiæ uenarum trium basilicę, sulcę, & cepha
licę quoniam ipsa trahit sanguinem ex omnibus illis uenis minutis quę sunt
in carne, & attrahūt ille uenę minutę ex uenis alijs crassioribus, donec per
uenit attractio ad uenas tres, & oportet ut præcipias uentolatori ne mul
tum procedat in scarificatione, quoniam locus est denudatus carne, & sub
eo sunt nerui & arteriæ. Ventosatio autē una qua uentosatur circa anum
cōfert hæmorrhoidibus ani, & ulceribus inferioribus, & oportet ut præ
cipias uentolatori ut sit uentosa magna, & sit ex ære, quoniam locus indu
get suctione forti, & sæpe franguntur uentosa subiles, & scarificetur sca
rificatione uehementi. Ventosæ autem crurium minuunt diminutione ma
nifesta, quoniam attrahunt sanguinem ex toto corpore, & cōferunt do
loribus antiquis in renibus & matricibus, & uelica, & prouocant mēstrua
& cōferunt bothor, & ad ememil, & sunt loco phlebotomiæ duarum sa
phenarum, uix alia uētosatio ita exhaurit superfluos corporis humores.
Veruntamen debilitant corpus multum, & faciunt accidere syncopim in
pluribus hominibus, & uentosarum alhorcobeni iuuamētum est propin
quum iuuamento uentosarum duorum crurium. Hęc autem est ratio &
modus apponendi uentosas, ponas uentosam in primis uacuam, & iugas
suctione temperata, & non prolonges positionem uentosarum, sed pone
eas uelociter, & remoue eas uelociter, ut ueniant humores ad locum ad
uentu equali, & non cesses iterare illud & conuocare donec uideas locum
iam rubere, & inflari, & appareat rubedo sanguinis, tunc ergo scarifica &
itera suctionē paulatim. Est quoq; contēplanda & consideranda temperies
incubans

& dispositio


& dispositio corporū. Nam qui ex hominibus est teneræ carnis, rarorum
pororū, oportet ut scarifices ipsum semel & non plus ut non ulceretur lo
cus. Et præcipe uentolatori ut amplifcet scarificationem, & profundet pa
rum, & teperet suctionē in facilitate. Quod si in sanguine est crassitudo, o
portet ut scarifices bis. In uice quidē prima aperit uia subtiliationis sangui
nis, & aquositate eius, & in secunda quidē crassior etiam sequitur sanguis.
Si uero sanguis est feculentus ualde, tūc fiat scarificatio uice tertia, ut con
sequatur etiam impurus & crassus. Postremo quando uolumus extrahere
parum sanguinis, sufficit nobis scarificatio una. Quod si uolumus extrahi
onem sanguinis multi, scarificamus scarificatione plena. Et si nos contem
plamur quod sanguis est crassus, tunc oportet ut scarificemus scarificatio
ne profunda, & terminus æqualis in scarificatione est profunditas cutis tam
tum. Nunc tempestiuum est, opinor, ut dicamus, quando quaq; unctione
olei opus sit in apponendis uentosis, & quid cauere debeat uentolandus.
In illo quidem cuius cutis est crassa, dura, sulca, & pori eius sunt stricti, o
portet ut ungantur loca uentosarum oleis aperitiuis, lenitiuis, & resoluti
uis, si est in tempore æstatis, sicut est oleum alkeiri, aut oleum uiolatium,
aut oleum de amygdalis dulcibus, aut oleum de semine cucurbitæ, & si est
in tempore hyemis, tunc oleum narcicinum, aut oleum de lilio, aut char
momælinum, aut oleum sambucinum, & similia. Si uero superfluitas est
crassa, frigida, tunc oleum amaracinum, aut oleum de balsamita, aut oleū
alberi, aut oleum anethinum, & similia. Si uero uētolandus est ampliorum
pororum, tenerę carnis, tunc oportet ut prohibeatur ab oleo, & oportet
ut isti abluant loca uentosarum eorum post uentolationem cum aqua rosa
ta, aut cum aqua frigida, aut cum aqua solatri, aut cum aqua cucurbitæ,
aut cum aqua portulacę, & similibus. Ille autem cuius sanguis est multæ
humiditatis abluat uentosas suas cum aceto, aut cum aqua myrti, & su
mach, & similibus. Cuius autem superfluitates sunt crassę, abluat uento
sas suas uino antiquo, aut aqua sambuci, aut decoctiōe anethi, aut chamom
ilæ, & similibus. Et oportet ut caueatur uentosatio in balneo, aut statim
à balneo, imò oportet ut administretur post exitum ex balneo post hor
ram, aut post horas duas, & non oportet ut dormiat aliquis post uentosa
tionem. Certa uictus ratione oportet ut regatur uentolandus, aut phlebo
tomatus ante uentosationem & post eam. Oportet autē consideret in pri
mis an uentosatus sit cholericus, aut phlebotomatus, & uincit in sanguine

Q 2 eius acuitas


eius acuitas & inflammatio, tunc oportet ut accipiat in frigidata, sicut granatum muzum, & endiuam cum aceto, & lactuca, & secaniabin, & iulep, & illis similia. Et sint cibaria eius pulli, & carnes auium, sekebiget, & cibi conditi cum agresta, & eis similia. Et cuius complexio est frigida oportet ut sumat in potu syrupum de melle, aut syrupum de miva, aut syrupum alsecaniabin, de seminibus, & sumat uinum odoriferum, medium quod est inter uetus & nouum, & praeicipiatur ut utatur paucitate cibi, & cibus eius sint pulli, & canebir, & passeris, id est, paruae aues, & pulli colubarum, & qui reliqui sunt huius generis cibi, boni nutrimenti. Et oportet ut deus in die uentositatis & phlebotomiae plusquam cibum. Et oportet ut deus in potu certo tempore quibusdam hominibus theriaca alfarach, aut medicamen de musco, id est, muscata, aut asselithe ante uentositatem, & ante phlebotomiam, aut post, ut confortentur membra principalia, & subtilietur sanguis, & non oportet ut sumant ea in potu calido. Ventosae autem quae sunt sine scarificatione, sunt uentosae quae ponuntur super epipar, splenem, podagram, uentrem, & umbilicum, & loca renum, & paxidem anchae, quoniam ista membra non ferunt scarificationem, & non queritur per eas nisi uersio & attractio sanguinis ex membro ad membrum. Sicut ponimus uentosam super mammillas in egritudine sanguinis fluxus narium. Et utimur eis ut soluamus a membro uentositatem frigidam inuiscatam in membro, sicut ponimus uentosam super uentrem & umbilicum. Ipsum enim rarificat membrum & calefacit ipsum, & mouet dolorem, propterea quia soluit illam uentositatem. Atque etiam ponitur super renes quum accidit oppilatio in eis, aut lapis. Virtute enim attractionis suae fastasse aperit oppilationem, aut eradicat lapidem ex loco suo. Et similiter fastat quando ponitur super epipar & splenem, & apud uentositatem retentam in eis utrisque. Et istae uentosae administrantur uacuae cum suctione tantum, & quandoque administrantur cum igne, & quandoque administrantur plenae aqua tepida in egritudinibus pleuritidis. Sic autem fit oportet ut impleatur uentosa magna aqua calida sola, aut aqua in qua decoctae sunt herbae quae conueniunt.

Forma

Forma uentosae administratae cum igne.



Sit amplitudo orificij eius duorum digitorum apertorum, secundum quod forma uimus, & quantitas eius in profundo sit medietas, & sit in late re eius in loco qui est circiter mediu eius foramen paruum secundum quantitatem quod ingrediatur ipsum acus, fiat ex aere, aut citrino crassorum marginum, lenium, & equalium, tersorum, ut non laedat membrum cui apponitur, sitque in medio eius uirga transversa ex aere, aut ferro, ubi ponitur candela cum igne. Et debet fieri haec uentosa pro magnitudine partium quibus apponitur. Ventosae enim puerorum & extenuatorum sunt aliae quam uentosae uirorum, & crassorum corporum. Ratio autem ponendi hanc uentosam cum igne super membrum est, ut accendas licinium cum igne ex lino decenter, aut candelam paruum ex caera, & pone eam super medium uirgae transversae quae est in medio uentosae, ut sit ascensus ignis circa inferiorem partem uentosae, ut non comburatur corpus infirmi, deinde ponatur super membrum, & digitus sit super foramen, quod diximus, donec quando tenemus uentosam dum indigemus, auferamus digitum, & egredietur uapor super illud foramen, & soluetur uentosa statim, deinde igni licinium secundum modum suum, & itera eam si indiges illa. In uento sa autem quae administratur in egritudine pleuritide cum aqua non est uirga transversa, neque foramen, & non administratur nisi quia impletur aqua, & ponitur super membrum. Et haec est forma eius. Et haec uentosa quo est maior, hoc est, melior, utile est enim ut capiat aquam multam,



Q 3 De suspensi

De suspensione sanguifugarum, Cap. XCVII.

Sanguifugæ non admistrantur in pluribus membris, sed tantum in quibus non est possibilis positio uetofarum propter paruitatem eorum, sicuti sunt labium, & gingiua, & eis similia, aut in membro denudato à carne sicut digitus, & nalis, & eis similia. Et uisus sanguifugarum est, ut ueneris sanguifugas in aquis dulcibus mundis à putredinibus, deinde dimittantur die & nocte in aqua dulci, donec famelicæ sint, & non remaneat in uentre eorū aliquid, deinde euacuet corpus in primis cū phlebotomia, & uentosis, deinde frica membrum infirmi donec rubeat, postea ponantur super ipsum. Cum ergo implentur & cadunt, & est possibile surctio loci cum uentosa, tūc nihil est melius quodque magis proficit. Et si non est tantum loco spacium ut apponi possint uentosa, ab iue locum cum aceto, deinde cum aqua multa & fricetur, & exprimat, quod si prolongatur fluxus sanguinis post sanguifugas, resudando scilicet tunc infunde pannum lini in aqua frigida, & pone ipsum desuper donec abscindatur resudatio. Quod si multiplicatur sanguis, tunc pulueriza super ipsum zegi tritū, aut gallas, & similia illis ex stipticis donec abscindatur sanguis, aut ponatur super locum medietates fabarum excorticatarum, & dimittantur donec adhæreant fabæ in loco, nam sanguis sistitur hoc modo. Et oportet si necessaria est iteratio sanguifugarum eas mutare, si plures sunt. Si autem noluerit apprehendere osculis cutem, & non poteris suspendere sanguis

ge, tunc aspergatur locus sanguine recenti, aut fige acum in locis donec egrediatur aliquid ex sanguine deinde ponantur, nam ipsæ quando sentiunt aliquid ex sanguine adherent statim. Quando autem uis ut cadant, pulueriza aliquid ex aloë trito, aut sale, aut cinere, & cadent statim.

Humani

HVMANI CORPO-

RIS, INTERIORVM ET EXTERIORVM, morbis medendi ratio methodica, & in omnem usum instrumentorum graphicè depictæ effigies, autore Albucase, Liber III.

De restoratione fracturarum & luxationis.



Huius rei tractatio etiam multotiens est necessaria in arte medicinæ, & est restauratio fracturæ, & dislocationis accidentium in ossibus. Scitote ò filij quia iactant se de hac parte solidi medicorum & uulgi, qui nunquam inspexerunt antiquorum libros, & propter hanc causam sit quod hæc pars medicinæ maxime necessaria, neglecta & cōtempa iacet, nostro tempore. Quod ego cum aduerterem, putavi aliqua ratione esse erroribus & necessitati subueniendum, quam ob rem ueterum de hac re traditiones cōsului, & quicquid huius teneo sum adeptus ex longa lectione librorum antiquorum, & studio ut intelligerem eos. Tandem extraxi aliquam scientiam ex eis, deinde adhæsi experimento diuicquid iam per uitam meam rationali methodo & experientia omnia probaui, & iam descripsi uobis hoc loco totum quod continet scientia mea. Nec autem iudicavi aliquid tradendum, quod non re ipsa expertus sum, sed ob occupationes plurimas cogor esse breuior, ita tamen breuis ero, ut tamen nihil omittam eorum quæ necessaria erunt. Nihil enim mihi eque studio est, atq; ut quam clarissime tradam quæ cunq; usui esse poterunt, ob quam causam etiam formas instrumentorum uariorum adscripsi, quemadmodum in præcedentibus duobus libris quoque fecimus.

Summe & collectiones fracturarum ossium, quarum præmissio necessaria est, antea quam incipiamus dicere membrorum fracturarum curas & diuersitates, Caput I.

Portet ergo ut dicamus in prologo huius libri summas fermonis & capitula, ad quorum intellectum cogitur in primis quicunq; uulter & uere conatur percipere hanc artem nobilem à nobis. Dico ergo primum, quando accidit alicui fractura, aut dislocatio, aut

Q 4 torso

corfio, aut casus, tunc oportet ut properes in primis ad phlebotomiam, aut ad totius corporis, uel per inferna, uel per superna purgationē, aut ut tranq̄ simul, si non prohibeat aliquid, sicut debilitas uirtutis, aut est cui accidit aliquid, puer aut senex decrepitus, aut est tempus uehementis caloris, aut uehementis frigoris ualde, tum conuenienti uictus ratione curabis illum, loco phlebotomiæ & purgationis. Nimirū frigidis oleribus & carnis bus auium, & hœdorū, & prohibe uinū, & carnes crassas, & repleti ex cibis, & præcipue cibo qui replet uenas sanguine. Hæc diligētē custodias, cauens ne apostema calidū phlegmonē accidat. Vbi horū nihil timueris redeat infirmus ad regimen suum primū cum quo fuit cōuetudo eius. Cum ergo incipit os fractū resaurari, oportet ut cibe infirmus cibis nutritiuis nutrimento multo, crasso, in quibus sit uiscositas, sicut cibaria facta ex tritico cocto cum aqua, & oryza, & capita, & pedes, uetres uaccarum, & oua, & pisces recētes, & uinum crassum, & similia. Cum hoc enim regimine fit coagulatio fracturæ uelocius & melius. Et scias quod ossa fracta quando sunt in uiris qui sunt in prima senectute & decrepitis, non est possibile ut cōtinuentur & cōsolidentur secundum naturā suam, propter excitationē membrorum eorum. Consolidant & continentur quæ sunt in sine lenitatis, sicut ossa puerorū paruorū. Verū natura annectit super os fractū ex omni parte aliquid simile ossibus, in quo est crassitudo quo adhaeret, & stringit ipsum donec conglutinant & ligantur ad inuicem, ita ut firmitate & robore omnes suas functiones obeat, quemadmodum secerat ante fracturā. Et propter hanc causam est necesse ut des nutrimentum infirmo cibaria in quibus est grauitas, et uiscositas, et crassitudo, sicut diximus. Et scias quod fracturæ species sunt diuersæ secundum diuersitatem membrorum, quandoquidē fractura cruris est diuersa à fractura ossis capitis, & fractura ossis pectoris est diuersa ossis dorsi. Et similiter habent, & reliqua mēbra magnā inter se differentiam. Ordine autem omnes species & differentias seorsum explicabo, & quo pacto sint curandæ pro uirili doctore. Diuersificatur species fracturæ ossis, quoniā fit fractura eius arcuata, & sæpe accidit in ea ascellæ, & quandoque fit fractura eius secundum longitudinem ossis, & sunt fracturæ eius sathagiæ, id est, ascellæ & additiōnes precedentes & non precedentes, sicut fit in calamo cum apertur cypello adscribendum. Et est fractura cum uulnere & disruptione in capite, & est fractura fissura parua. Atque singulis speciebus sunt sue curationes, suaque

suaque instrumenta in resauratione, sicut dicam de singulis distingē in locis suis. Cognoscitur fractura ossis, quod uidetur & sensu deprehenditur tortuositas, eminentia & sonitus eius quando comprimis ipsum manu tua. Quando ergo non est in loco tortuositas apparens, neq̄ sonitus ad tactum tuum cum tangis os cum agitatione, neq̄ sentit infirmus magnū dolorē tunc non est illic fractura, imò possibile est ut sit tortuositas, aut fissura parua. Non ergo oportet ut moueas ipsum manu & cōpressione, imò potne super ipsum ex medicinis illis de quibus mox in sequētibus dicam, deinde stringat strictura subtili. Et scias quod locus quando arcuat & scinditur in duo, & non accidit in eo sathagiæ, & remouet omnis pars à cōpari sua, tunc oportet ocyus properes ad rectificationē eius, & æquandū ipsum an tequā accidat ei apostema calidū. Si autē accidat ei apostema calidū, tunc dimitte ipsum diebus aliquot donec q̄scat apostema, deinde æqua ipsum leniter & molliter quocunq̄ modo potest fieri. Et scias quod resauratio eius & ipsius æquatio est facilior quam ossis in quo accidit sathagiæ, deinde stringe ipsum ea ratione quā in sequentibus audies. Si uero in osse sunt sathagiæ, tunc necessaria est extensio huius mēbri facti ex duabus partibus, siue manus sit, siue pes, aut cum manu tua, si membrū est paruū, aut cum duobus funibus, aut cum fune & manu, & sit positio qua ponis membrum super locū æquale secundū figurā suam naturālē donec quando extēditur tur partes mēbri fracti, tunc conare ut redire facias illas additiones in loca sua, omni industria & cura, & secundū quēcunq̄ modum potes. Et omni tuo conatu stude, ut quā minime doleat & lædat homo, & uide ut aptē, ritē, naturaliterq̄ unumquodq̄ os in suum naturālē locum & figurā applices & colloces. Ac diligenter & magna cura tangas ipsum pro uiribus ergo uides illic aliquid diuersum, rectifica ipsum, & æqua ipsum pro uiribus tuis, & caue extensionē uehementē, & cōpressionē fortē. Multotiens enim qui temere & imprudētē hæc tractāt, faciunt ut accidat phlegmone, aut apostema calidū, aut cōtractio in mēbra, id quod uidimus nos sæpe. Post æquationē & decentē operationē & stricturā in illius mēbri, & quietē, sic ut egrotus recubat in lecto aptē. Et caueat ut non moueat locū affectum, neq̄ cum uigilat, neq̄ cū dormit reuoluēdo & agitando se. Quanto potest studio caueat ab omnibus motibus. laccatq̄ ita ut quā minime doleat. Cū igit decumbit, obseruet quo modo, quāq̄ positioe affecturū partū minus doleat. Exēpli gratia: Cum ex aliqua mēbri cuiuspiā locatione sentit infirmus dolorē, tunc

tunc oportet ut permuet ipsum ad dispositionem aliam in qua non sentiat dolorem. Et operam da quoque ut sit positio eius æqualis rectaq; ut non accidat in mēbro tortuositas ubi sanitati fuerit restituti. Et fiat strictura mēbri fracti sicut dicam. Scias quod membra fracta diuersificantur in paruitate sua, & eorum magnitudine, & ipsorum forma. Quæ ergo ex eis sunt parua sicut brachium, & digitus, & focle, & similia eis, tunc oportet ut sit inuolutio panni mollis subtilis. Quæ autem sunt crassa sicut coxa & crus, oportet ut sit in eis inuolutio lata dura, quoniam ligamentum latum conuenit & connectit membrum magnum, & stringit ipsum ab omni parte strictura æquali, ita ut non ledatur & corrugetur. Deinde incipe post euacuationem ab æquatione, ponere linimentum conueniens ad illud in stupa leui super locum stricturæ ipsius, deinde incipe inuoluere ligamentum super locum fracturæ ipsius tribus inuolutionibus, aut quatuor secundum quod meretur membrum, & stringe manū tuam parumper cum ligamento, deinde trahere ad partem superiorē à loco fracturæ, & stringe minus quā fuit strictura qua strinxisti locum fractū, deinde amoue paululū inuolutionē à loco fracturæ, & mollifica stricturā paulatim donec capias ex loco sano anniplā partē. Deinde accipe uitam aliam & inuolue eam iterū super locum fractū inuolutionibus, postea duc inuolutionē ad partem inferiorē à fractura. Et sit operatio tua in strictura inuolutionis & mollificatione eius, sicut diximus in inuolutione prima superiore. Postea pone inter uolutiones mollem pannū cum quo æquat tortuositas fracturæ, si est in ea tortuositas, sed si non est, non ponas in ea aliquid, deinde inuolue super ipsam uitā aliam, postea æqua super has inuolutiones ascellas deceter factas statim, si non est in loco inflatio neq; apostema calidū. Si aut in ea est inflatio cum apostemate cōiuncta, tunc pone super eam quod sedet illud apostema & auferat inflationem, & dimitte eam aliquot diebus, deinde stringe super ipsam ascellas, & sint ascelle ex medietatibus canne late rase, formatæ sapienter, aut sint ex ligno unde fiunt cribra quæ fiunt ex pino, aut ramis palmae, aut castingi. Et sit amplitudo cuiusq; ascelle secundum crassitudinem digiti. Et hæc est forma eius.



Veruntamen

Veruntamen oportet ut sit ascella quæ ponit super ipsam fracturā crassior & latior parumper quam reliquæ ascelle. Et longitudo ascelle sit quātum requirit mēbrum ex magnitudine & paruitate, deinde stringe super ipsum ascellas cum uitta aīa, secundum stricturam tuam primam eandem. Deinde liga desuper cum filis decenter, sicut diximus de strictura. Oportet autem ut sit strictura tua super locum fracturæ, & quanto plus elongatur à fractura, sit strictura minor. Et oportet ut sint fila media in crassitudine & subtilitate, & sint ex lino molli. Quoniam si fila sunt crassa, qualia imperiti chirurgi accipere solent, non sine pernicioso errore, quoniā cadit strictura cum eis extra æqualitatem. Et fila subtilia etiam non conueniunt, quoniā tu non consequeris per stricturam illud quod uis. Et non oportet ut sit inter ascellam, & ascellam minus quam digitus. Quod si læditur infirmus per extremitates ascellarum post stricturam in locis sanis, tunc pone sub eis ex stupa leni, aut lana carminata donec nihil lædatur ex illo. Quādo autem fractura est cum uulnere, & accidit disruptio in cute, dicam de illa suo loco in sequentibus. Et scias quod non omne membrum fractum oportet ut stringatur cum ascellis statim primo die. Membrum enim quum est magnum, non oportet ut ponas super ipsum ascellas nisi post quinq; dies, aut septem, aut plures, si uideris periculum, ne phlegmone, seu apostema calidum accidat. Et iste est modus emplastrorum quibus restaurabāt antiqui, quæ ponuntur super fracturam, & dislocationem, & torsionem. Emplastrū commune abreuiatum restaurans fracturam, conueniens pluribus complexionibus, præcipue mulieribus & pueris, quoniam est temperatum, in quoq; uincit, neq; calor, neq; frigus. Est autem tale: accipias ex puluere molendi, & est medulla farinæ, quæ pendet in parietibus molendini apud motum molæ, & conficias ipsum cum albumine oui, & fac confectionē eius non spissam nimium, sed temperatam, deinde utere eo. Emplastrum aliud restaurans fracturam, & dislocationem, & torsionem. Recip. almest. ladanī, acatiæ, enulæ, migath, & omnium añ. drach. 10. mirrhæ, aloës amborum añ. drach. 5. alethil drach. 20. terantur omnia & cribellentur & miscantur cum aqua albetil, aut cum albumine oui, si complexio infirma est calidior mediocri temperie, deinde utere hoc emplastro, nam ipsum est bonum & bonæ complexionis, restaurat ossa fracta uelociter, & cōfert pluribus hominibus.

Emplastrum

Emplastrum aliud, quod etiam confert fracturæ & torsioni.

R Ecip. migath, mess. altheæ albæ añ drach. 10. myrrhæ, aloës añ. drac. s. acatiæ drach. 6. boli armeni drach. 20. teratur omnia minutim & cribellentur & conficiantur cum aqua aut albumine oui & administretur.

Emplastrum ad iuncturas & ossa luxata, & sedat dolorem accidentem eis, & fissuram ossis, & fracturam.

S Vmatur lana succida, & submergatur in aceto, & oleo decocto, & ponatur super locum. It in hoc quidem emplastro non est uirtus restorationis, sed est bonum in sedatione apostematis calidi, & est anodinum.

Emplastrum quod restituit os fractum.

R Ecipe folia fici surdi, folia papaueris syluestris, tere omnia & fac emplastrum ex utriusq.

Emplastrum aliud aduentum administratum ad restorationem fracturæ ossis, & ad resolutionem apostematis, seu phlegmones.

R Ecipe radicis altheæ, chamomilæ, florum uiolearum, farinæ erui, omnium añ. partem unam, terantur omnia, & conficiantur cum uino, si non est membrum calefactum. Si uero est calefactum, tunc confice illud cum aqua coriandri humidi, aut cum aqua, & utere eo.

Emplastrum aliud fortius in resolutione quam predictum, quando accidit apostemata durum iuxta restorationem membri.

R Ecipe radicis altheæ, feminis lini, balaustræ, meliloti, sambuci, floris uiolearum, chamomilæ, omnium añ. partem unam, terantur omnia & conficiantur cum aqua salicis, aut cum aqua dulci, aut cum uino, omnia illa sint temperata pro caliditate membri. Omni studio caue ne incalescat membrum fractum. Hippocrates non dixit in libro suo aliud quod ponatur super membrum fractum ad restorationem eius, nisi cerotum factum ex cera & oleo. Et præcepit ut sit medium inter crassitudinem & subtilitatem. Galeno autem uisum est ut ponantur super membrum fractum medicamenta quæ sunt temperatæ siccitatis & caliditatis, sicut myrrha, aloës, oli banum, & similia, quæ nobis alijs locis dicta abunde satis sunt.

Emplastrum conferens ad lesionem & dolorem.

R Ecipe migath, ciceris, capillorum hominis incisorum, aut pennæ auis, altheæ, salis partes æquales, terantur & cribellentur, & conficiantur, & fiat ex eo emplastrum. Tantum aut oportet accipere quantum requiritur ligatura. Postea soluat ut uideas quid in curatione mutandum, addendum, innouandumq. sit. Si non accidit infirmo dolor, neque pruritus, neq. mouetur os fractum à loco suo, tunc non resoluas ipsum diebus multis.

multis. Quod si accidat ei in loco pruritus uehemens, aut dolor inquietans, aut inflatio, tunc propra & solue ipsum statim & aufer emplastrum ab ea & accipe pannum lenem, aut spongiam marinam lenem humidam, & submerge eam in aqua tepida, & ablue eam ea locū donec quiescat pruritus, & sedetur dolor, deinde dimitte membrum quiescere hora una, deinde pone super ipsum lanam succidam submersam in aceto, & oleo, aut oleo rosato, & liga super ipsum nocte una. Hoc facies quousq. nullum sit amplius periculum phlegmones, & quiescat inflatio membri, & remoueat dolor eius. Deinde itera ipsum ad strictionem subilem, & emplastrum paruum, & non stringas ipsum constrictione prima, & subtilia cum eo donec sanetur. Quod si uides quod apostema, & rubedo, & dolor, & inflatio, & omnia hoc genus symptomata remota sunt penitus, & indiges emplastro & strictione, tunc itera illud sicut fecisti in primis equaliter. Quod si non accidit membro aliquid ex eis quæ diximus, tunc non soluas ipsum nisi post tres dies, aut quatuor, aut quinque, aut septem, & quandoq. dimittitur uiginti diebus. Illa omnia sunt administranda pro membri & morbi temperie & qualitate, sicut facile ex iam dictis potes colligere. Hoc tantisper est faciendum, donec adhaereat fractura, & approximata coagulatio carnis super eam, adde etiam tunc in strictione plus quam in strictione prima, & adde etiam in inractione cibi infirmi, quemadmodum supra est dictum. Si autem uides locum fracturæ iam exicari & attenuari plusquam oportet, tunc scias quod nutrimentum prohibetur peruenire ad ipsum. Embroca ergo ipsum cum aqua tepida quoties solueris ipsum, et fiat illud in omnibus tribus diebus, & alleuia strictionem paululum. Per hanc operationem perducatur nutrimentum ad membrum, & sanabitur uelociter. Illud autem quod faciunt solidi restauratores fracturæ membri, quando non restauratur & succedit primo conatu, restauratur secundum tortuositatem, est error & magnum periculum. Et si esset rectum, dixissent illud antiqui in libris suis, & quoq. usi essent isto curationis genere. Sed apud ueteres nullum huius curationis, quod sciam, uestigium extat, quare abstinemus & nos à curandi modo qui nec rationem nec experientiam habet.

De fractura accidenti in capite. Cap. II.

S Pecies huius fracturæ sunt multæ, & figuræ diuersæ, & causæ eius distinctæ. Nam alia fractura fit ex percussione cum ense, & percussio penetrat os totum usq. quo peruenit ad siphac, quod est sub osse, sicut

R facit axia

facit axia in ligno, & propter illud nominatur hæc species fracturæ axialis. Aut ensis incidit quiddam ossis & incidit superficiem eius, & non penetrat per os totum, & nominatur hæc species fracturæ particularis absolute. Et est vulnus harum duarum fracturarum, aut magnum, aut paruum. Et alia fractura est contractio, aut attractio, & causa eius est percussio cum lapide, uel casus super lapidem, aut eis similia. Et hæc fractura est etiam, aut penetrans que appropinquat panniculo quod est sub osse, aut est in facie ossis, & est vulnus harum duarum fracturarum etiam aut paruum, aut magnum. Et alia fractura est, quæ est occulta in osse, & est fissura parua, & propter illud nominatur hæc species fracturæ capillaris. Et ex ea est fractura quæ fit à casu, aut percussione lapidis, & similibus, quæ facit ingredi laminam ossis ad interiora, & fit in loco cõcauitas, sicut accidit caldarijs, quando accidit eis percussio, & tunc ingreditur pars eorum ad interiora. Et plurimum quidem fit illud in capitibus humidorum ossium, sicut sunt capita puerorum. Et sunt omnibus istis speciebus fracturæ sathares separatae. Et ego dicam de his omnibus loco suo, & cognoscimus omnes has species fracturæ, cum tangimus eas & per inquisitionem earum cum tentis, & ablationem carni corruptarum, quæ sunt super eas. Species uero capillaris cognoscitur per hoc quod detegitur os & abstergitur, & linitur super ipsum cum encausto, fractura enim apparet nigra. In curatione autem fracturæ considera in primis symptomata infirmi. Quod si uides ex accidentibus quod certum periculum portendat, sicut uomitus cholerae, & amissio intellectus, & amissio uocis, & syncopis, & febris acuta, egressus oculorum, & rubedo eorum, & similia symptomata in pluribus dispositionibus. Hæc si uideris inquam, caute aggrediaris curationem, & quod times euenturum, prædicito, nam procul dubio non sanat. Et si uides accidentia non terrentia te & speras salutem, tunc audacter aggredere curati onem, hac scilicet ratione, si uenit ad te uulneratus statim post uulnus accipitum & est illud in diebus hyemis, tunc oportet ut studeas in ablatione ossis ante diem quartum decimum, secundum omnem dispositionem. Et si est in diebus aestatis, tunc oportet ut properes remouere os ante diem septimum, ante quam corrumpatur quod est sub osse ex panniculo, si accidunt illa accidentia quæ narrauimus. Quod si fractura ossis iam peruenit ad panniculum tegentem cerebrum, & est cõminutum ex attritione, tunc oportet ut partem cõminutam attritam, hoc modo incidas, Radas caput

uulnerati,

vulnerati, & detege os quocunq; modo possibile est, secundum figuram uulneris. Operam autem des ut quam minimo dolore afficiatur uulneratus. Quod si accidat ad detectionem ossis, fluxus sanguinis, aut apostema calidum, tunc oppone illi aliquid facultate sistendi sanguinè præditum. Et impleas locum cum pannis infusus in ouo, & oleo rosato, & facias quietere uulnus donec sedatur apostema, & nullum amplius sit periculum fluxus sanguinis, deinde incipe in circutiõne ossis & ablatione eius, quod duobus modis fit. Modus quidem alter est, ut incidas os incisorio strictæ aciei, & hæc est forma eius.




Administra post hoc incisorium latius priore parumper, & hæc est forma eius.




Deinde administra etiam incisorium tertium latius etiam secundo. Et modus alter est, ut sit apud te copia incisoriorum diuersorum, quorum quædam sint latiora, & quædam breuiora, & sint in ultimo acuitatis extremitatum suarum, & sint ex ferro indo, aut saled. Et utere facilitate in percussione super incisorium ut non concutiat caput, & lædat ipsum. Si autem est os forte durum, tunc oportet ut in circuitu eius antequam administrares incisoria perfores terebris quæ nominantur terebra non profundantia, nominatur autem ita quoniam ipsa non pertranseunt terminum ossis cranei ad succin gētem membranam, propterea quod terebrum est margo seu extremitas rotunda super illud quod est sub capite eius acuto similis margini, & circuitus paruulus prohibet submergi & pertransire spissitudinem ossis. Et operæ præcium est, ut singulis ossibus habeas in promptu paratum sibi conueniens terebrum, ut conueniat quantitati spissitudinis ossis, quo ad manū sit tibi omni craneo terebrum cuius extremitatis acutæ quantitas in longitudine & breuitate sit secundum quantitatem spissitudinis illius cranei.

R 2 Et hæc est

Et hæc est forma trium specierum terebrorum.



Ratio autem perforandi in circuitu ossis fracti est, ut ponas terebrum super os, & reuoluas ipsum digitis tuis donec scias quod os iam penetratum est, deinde permuta terebrum ad locum alium, & pone quod est inter unum quodq; foramen circiter quantitatem crassitudinis radij, deinde incide incisorio spacium quod est inter foramina ex osse, & fac illud quam lenissime & mollissime fieri potest, ne concutias cerebrum, sicut diximus, donec eradices os, aut manu tua, aut quibusdam instrumentis quæ præparata debent esse ad illud, sicut & forcipes subtiles, & artificiose mollioribus traçtes siphac, si fuerit continuum cum eo & extraxeris ipsum, oportet ut radas & æques asperitatem eius quod remanet in osse instrumento alio simili incisorio. Veruntamen oportet ut sit tenuis & subtilius quam reliqua incisoria. Quod si remanet aliquid ex ossibus paruis, & sathagie, tunc accipe eam cum facilitate, paratis ad eam rem instrumentis. Deinde cura uulnus licinijs, & ungentis, quæ diximus. Et modus alius operationis est facit lis profusus, procul ab omni periculo, de quo dixit Galenus & prædicauit ipsum laude magna, & iste est sermo eius. Necessè est in primis ut incipias detegere partem ossis ex loco in quo fractura est uehementior, & manifestior, donec detexeris illam partem, & posueris sub eo extremitatem huius incisorij lenticularis, cuius hæc est forma.



Est pars

Est pars lenticularis eius lenis non incidit aliquid, & pars acuta eius in duobus lateribus incidit in longitudinem, sicut uides, & sit pars lenticularis innixa ad siphac, facie eius acuta incidente in osse, deinde per cute leniter & paulatim super incisorium à parte una cum malleo paruo, donec incidat totum os, sicut reuoluitur. Nec est quod tu timeas panniculo, ne accidat in eo symptoma aliquod graue & periculosum. Et si medicus non caueret ut nihil remaneret annexum ossi ex panniculo, & si incideret ipsum, extremitate incisorij lenticularis careret communi sensu, & esset stultior quouis ex plebe. Panniculum igitur esse soluendum sicubi adheret ossi, dicitur communis sensus. Liberatur enim ab eo sine nocimento, & absque timore. Et si fractura ossis non penetrat usque ad panniculum & illud quod abscedit ex osse est superior ossis pars, & remanent in ipso asperitas & sathagie subtiles, tunc oportet ut radas illam asperitatem & eradices illas sathagie rasorijs subtilibus, quorum debes habere præparatam copiam diuersarum quantitatum ut possent administrare conuenientiora & rectiora in omnibus casibus secundum os fractum & figuram eius. Et oportet ut administras in ratione prima latius rasiorum, deinde utere post ipsum subtilior re eo, & non cesses facere illud secundum continuitatem, donec peruenias ad omnium tenuissimum & subtilissimum in una quaque autem reliquarum fissurarum paruarum capillarum & fractura subtili, oportet ut administras curam secundum illud quod perducit ad refectionem eius. Atque hoc facile est cuique, qui modo mediocriter est uersatus in operibus illis chirurgicæ artis, & qui mente memoriter tenet ea quæ diximus facienda in fracturis magnis. Si autem panniculus retinetur detectus quando tu eradices os, tunc oportet ut accipias pannum lini secundum quantitatem uulneris, & submerge ipsum rosato, & pone ipsum super orificium uulneris, deinde accipe pannum alium duplicatum, aut triplicatum, & submerge ipsum in uino & oleo rosato, & pone ipsum super pannum primum. Et fac illud quam mollissime & lenissime fieri potest ut non grauetur super siphac, deinde administra super ipsum ligamentum, & non stringas ipsum latius quam uulnus est. Et dimitte ipsum cum hac cura die uno, aut duobus, donec nullum amplius periculum sit phlegmones futuræ, deinde solve ipsum & administra post illud medicinas exiccandi facultate præditas, sicut sunt radices lilij, & farina erui, & puluis thuris, & aristolochia, & similia, facias autem ex istis medicinis puluerem, qui puluerizetur super uulnus, sicut

R 3 sunt sicca,

sunt sicca, & uniuersaliter administrata omnem medicinam, cuius est quæ habet uim & proprietatem ut abstergat & non mordicat. Et omnibus uiribus tuis operam dato, ut uulnus sit purum, neque sint in eo sordes, neque dimittas in eo uirus colligi omnino, quoniam quando nimis colliguntur sordes super panniculum cerebri corrumpit & putrefacit ipsum. Ex quo accidunt letalia incommoda. Et sæpe accidit in siphac capitis cum munitur sicatur os, præcipue quando negligitur cura eius, nigredo in superficie eius. Considera ergo tunc si accidunt infirmo accidentia, quæ diximus, scias quia est perniciosum procul dubio, nisi nigredo accidat à medicina, quæ ponitur super ipsum, & est in uirtute illius medicinae ut faciat nigredinem illam. Tunc oportet ut accipias ex melle partem unam, & oleo rosarum partes tres, & linias cum eis pannum, deinde pone ipsum super siphac, postea cura ipsum cum speciebus curationis, donec sanetur.

De reslauratione nasi quando frangitur,

Cap. III.

Scias quod franguntur ex naso tantum duæ partes superiores simul, aut una earum, propterea quod ipsæ sunt duo ossa, quoniam inferius eius est cartilaginolum, non frangitur & accidit ei quidem attractionio, & tortuositas. Si uero frangitur una duarum partium eius, tunc oportet ut intromittas digitum paruum in foramen nasi, & æques fracturam illam deintus cum digito tuo indice, & pollice deorsum, donec redeat natus super figuram suam naturalem, & fiat illud leniter. Et caue ne accidat infirmo uehementior dolor. Quod si fractura est in superiori & interiore parte, & non potest peruenire ad illam digitus, tunc oportet ut æquetur cum extremitate radij in quo sit crassitudo parua. Si uero fractura est in duabus partibus, tunc fac similiter. Et propterea cum reslauratione eius in die primo fracturæ, si est possibile, & si non, tunc post diem septimum, aut decimum, ubi quiescit apostema calidum. Deinde intromitte in extremitate nasi licinia ex panno lini, si fractura est in parte una, aut intromitte duo licinia, si fractura est in duabus partibus. Et sit in licinio crassitudo quæ impleat foramen nasi. Et dixerunt quidam antiquorum medicorum ut imbuantur licinia in butyro, & permulentur omni die. Illud uero non uidetur mihi, imò oportet ut infundatur licinium in albumine oui confecto cum puluere molendini, deinde dimitte licinium donec firmetur os &

tur os & induretur cartilago. Et quandoque intromittitur in nasum lico licinij penna aseris inuoluta lineo molli panno, & ita teneat fracturam nasi, ut non prohibeat respirationem. Et non est hæc res necessaria, si uolles utere hac curatione, si uis, fac licinia. Quod si accidat naso interim dum in hunc modum mederis, apostema calidum, emplastra nasum cum ceroto, aut cum coto infuso in oleo rosato, aut modico ex diachilon. Si autem non accidat apostema calidum, tunc oportet ut emplastres ipsum foris farina lesami, & puluere thuris confectis cum albumine oui, deinde pone super ipsum stuppam lenem, & profusus non liges nasum ullo ligature genere. Si non frangitur os nasi fractura parua, aut comminuitur, tunc oportet ut scindas ossa & trahas ea instrumentis quæ conueniunt eis, deinde sue fissuram, & cura ipsum medicamento quod incarnat & consolidat ex emplastris, uel ungentis conuenientibus ad illud. Quod si accidat intra nasum uulnus, tunc oportet ut cures ipsum cum licinijs, & administras carnulam de plumbo, donec sanetur.

De reslauratione mandibule inferioris quando disrumpitur,

Capit.

III.

Mandibula inferior quando disrumpitur, & fractura eius non est cum uulnere, conspicere, tunc si est fractura eius foris tantum & non frangitur in duo, & curuatur ad interiora, tunc cognitio eius est facilis. Oportet ergo si est fractura in parte dextra, ut intromittas digitum indicem in os infirmi, & similiter si fractura est in mandibula sinistra, tunc intromitte indicem manus dextræ, & impelle gibbositatem fracturæ leniter ad exteriora manu altera ab interiori parte ossis, decenter æqua ipsam. Quod si fractura mandibulæ iam separata est in duo, tunc oportet ut administras extensionem à duabus partibus secundum rectitudinem donec possibilis sit æquatio eius. Si autem iam accidit in dentibus commotio, aut disruptio, tunc stringe illos, de quibus speras quod possint manere & sanitati restitui, filo auri, aut argenti, aut seta, deinde pone super mandibulam fractam cerotum, postea pone super ipsum pannum duplicatum, & pone super pannum ascellam magnam decenter factam, aut frustum cutis soleæ æquale in longitudine mandibulæ, deinde liga ipsum conuenienti ligatura ita ut non facile soluatur, & præcipe


R 4 infirmo

infirmo uti tranquillitate & quiete, & præscribe cibum ei forbitiones leues. Si autem uideris quod alteratur iam aliquid figuræ aliquo modorū, tunc propea & solue ipsum die tertio, deinde rectificata quod alteratum est ex eo, & emplastra ipsum ex puluere molendini cū albumine oui, aut cum farina sesami, postquam abstuleris cerotum ab eo, & pone super emplastrum lanam lenem. Dum ergo permanet annexum illud emplastrum super ipsum, & nō alteratur ossis dispositio dimittite ipsum, nec soluas ipsum, donec sanetur. Aut stringe fracturam, multotiens enim stringitur hæc fractura in tribus septimanis. Quod si interim accidat apostema calidum, tunc admissis quæ medicamenta mitigant phlegmonem donec remoueat in illud apostema. Satis in præcedentibus diximus de ea remediorum materia quæ cauet & curat ista calida apostemata. Et quoque considerandū est an fractura sit cum uulnere. Si uero iam separatur ex osse frustum, aut sathagie, tūc in hoc totus omni studio esto, ut auferantur sathagie, id est, frustra, auferes autem commodè idoneis instrumentis, ad eam rem factis. Si uero orificium uulneris est strictius, phlebotomo tam amplum fac, ut possis instrumenta immittere, & excipere auferenda. Postea ubi abstuleris ista sathagie, & non remanserit ex eis aliquid, tunc sive orificium uulneris, si est amplum, & si non, pone super ipsum unum ex emplastris quæ conueniunt ad illud, & incarnant, donec sanetur.

De restitutione fracturæ & quando furcula frangitur. Cap. V.

PLurimū quidem frangitur furcula ab interiori parte, & ex parte humeri. Et fractura hæc fit tribus modis potissimū. Aut enim frangitur & separat in duo, & non accidit in ea sathagie, & est facilius restit ratio. Aut ita quod accidunt in osse sathagie, & est difficilior restit ratio. Aut est fractura cum uulnere. Quum fractura est absque uulnere, habes præsertim duos ministros ut teneat unus eorum adiutorium quod sequitur furculam fractam, & alter extendat collum uersus partem, deinde æqua fracturam digitis tuis donec fiat forma eius naturali quam simillima, & non sit in ea eminentia neque concauitas. Quod si indiges extensione uehementiore, tunc oportet ut ponas sub titilico infirmi spherā ex panno, aut lana, & sit tanta quātam ulus posulat, & extēde & eleua furculā, & coarta spherā manu tua, donec æques fracturā, sicut oportet. Quod si non potest trahere extremitatē furculæ ad exteriora, propterea quæ peruenit ad ipsum

dum, tunc oportet ut resupinetur infirmus super cervicem suam, & ponas sub humero eius puluinar, & premat minister humerum eius ad inferiora donec eleuetur os furculæ quod est in profundo sursum. Tunc rectificata fracturam, & æqua eam digitis tuis. Si autem senties aliquid contritum & imminutas partes confractum ex furcula & mouetur, tunc oportet ut findas super eam & leniter diligenterque extrahas particulas confractas. Si autem istæ cōtrite partes cōtinentur intra os, cogitato ut incidas os uno incisori orū quæ preparasti ad illud, postquam tu posueris sub furcula instrumentū quod seruat spherā, & est instrumentū ex ligno, aut ferro, & hæc est forma eius,



assimilatur cochleari cui non est concauitas, & sit latitudo, longitudo eius pro magnitudine ossis, ut quam cōmodissime possis quæ uolueris exequi. Et habet duas extremitates sicut uides, extremitas una sit ampla, & altera stricta. Si autem disruptio uulneris ex quo extraxisti sathagie ut uocant, ossis est ampla & non uereris futurū apostema calidū, tunc coniunge duo labia uulneris sutura, & si disruptio est parua, aut times apostema calidum, tunc imple uulnus pannis & puluillis, secundum quantitatem fissuræ uulneris. Quod si accidat apostema calidum, tunc imbue pannum in oleo rosato, aceto, & uino, & pone super ipsum. Strictura uero ossis quando est absque uulnere & absque sectione, est ut ponas super os emplastrum factum ex farina molendini cum albumine oui, & pone stuppam lenem super ipsum, deinde pone spheram sub titilico eius. Omnia illa facias pro partibus curandæ mensura, & magna industria adhibeas. Postea pone puluillum duplicatum super stuppam & emplastrum, deinde accipe a cellam ex tabula subtili, cuius latitudo sit trium digitorum, & sit longitudo æqualis latitudini. Postea inuolue eam in panno, deinde inuolue pannum illum cum ascella in loco alhamemati qui cadit super fracturæ locum, deinde pone alhamemati super fracturam, & inuolue eam super collum eius, & sub titilico eius sano, & sub titilico eius infirmo, & reduc eam super omnem partem. Et stude ut strictura teneat fracturam a partē, & ne moueatur loco, sed semper, donec sanitati restitutus sit homo, strictura maneat. Et propterea

Et propter hoc oportet ut aspicias infirmum in omni die. Quotiens ergo mollescat ligamentum, & uides a scellam iam remoueri, tunc restifica illud, & stringe infirmum in omni die si ligamētum motum loco, aut laxatum fuerit. Præcipe quoque homini ut supinus dorso iacens dormiat, pone sub titillo dormientis in nocte puluinar paruum, ut cum eo eleuetur ad iutorium eius à latere ipsius. Eleuatur ergo fractura furculæ per eleuationem humeri. Aut liga brachium eius ad collum ipsius. Et non soluas ligamentum si non accidat in loco accedens ex pruritu, aut apostemate, usque ad duodecimum diem. Post quod tempus renoua emplastrum. Si iudicat ueris renouandum, & denuo stringe & dimitte ipsum donec restauratum fuerit. Et fractura quidem furculæ stringitur & confortatur secundum plurimum in uiginti octo diebus, & quandoque in quibusdam hominibus citius fit.

De restoratione fracture spatule, Cap. VI.

Spatula raro frangitur in loco lato eius, & non frangitur ex ea nisi margines eius. Quando ergo frangitur ex ea locus, & frangitur in medio eius, non cognoscitur illud nisi per tactum, tunc secundum figuram fracturæ excogitato quomodo quidque adhibeas, & reduce eam super figuram naturalem omni conatu, deinde pone super locum puluerem molendini cum albumine oui, & stuppam lenem, & pone de super puluillum ex panno duplicato, deinde pone super ipsum a scellam latam ex tabula subtili secundum quantitatem totius spatulæ, aut etiam ampliorem. Si uero sub a scella est concauitas in aliquo locorum spatulæ, tunc æqua illam concavitatem cum stuppa leni, donec descendat a scella in omnibus partibus æqualiter, deinde stringe de super cum alhimentati longa cōstrictione decenti, & firmitudine a scellæ, ut non remoueat à loco suo. Et quotidie uide num ligamentum sit solutum, aut aliqua parte motum loco. Quotienscunque ergo mollescat ligamentum stringe ipsum, & æqua a scellam si remouetur à loco suo, & iaceat infirmus super latus suum sanum. Et spatula quidem restauratur serè in uiginti diebus, aut uiginti quinq. Quando ergo completur iste numerus, tunc solve ligamētum. Porro nihil est in hoc osse fracto quod magnopere sit formidandum, spatula enim est ex ossibus quorum comminatio non timetur neque eorum solutio. Si autem procedit ex osse frustū & pungit sub cute, tunc inde super ipsum, & aufer ipsum, & fac quod diximus in fractura furculæ ex sedatione apost. calidi, si tale aliquid acciderit.

De restoratione

Pectus quandoque frangitur in medio sui, & raro accidit illud. Extremitates uero eius plurimum quidē frangunt & comminuntur. Ee ex accidentia sunt cum in medio sua parte frangitur, quod declinat ad inferiora, & accidit ei dolor uehementis, & difficultas in anhelitu, et tussis, & aliquando euomit sanguinē, & deprehenditur concauitas in osse fracto & non occultatur sensui. Et restauratio eius est, ut resupinetur infirmus super dorsum suum, & pone inter spatulas eius puluinar, deinde preme humeros eius & aggrega costas manibus tuis à duobus lateribus, & subtiliter repone ossa, uel fracta, uel luxata in naturalē suum locum, ut redeat si gura ossis secundum quod oportet, & quantum fieri potest. Deinde pone super ipsum emplastrum & stuppam, & pone de super a scellam ex tabula subtili ex salice, aut tilia, & similibus in lenitate, postquam tu inuoluis eam in panno, deinde molliiter & tamen firmiter liga eam super os fractum, ut non remoueat, & duc ligaturā secundum rotunditatem ad dorsum aliquotiens, & stringe ipsum strictura decenti. Atque considera ligaturā omni hora, & quotienscunque mollescat stringe eam. Et si necessitas prouocat ad soluendum propter corrosionem, uel pruritum quod accidit in loco, aut dolo, aut apostema, tunc propera & solve eam, & eradica emplastrū, & restifica quod accidit, & corrige si quod est in emplastro quod nimiam uim erodendi habet, deinde reduce emplastrum si uides ad illud facere & annexerē ei stricturam, donec sanetur.

De restoratione costarum quando franguntur, Cap. VIII.

Costarum fractura non accidit nisi in locis crassis quæ sequuntur dorsum & extremitatibus earum ab interiori parte. Et non accidit eis attractio nisi propterea quia sunt carthilaginosa. Et cognitio illius non occultatur sensui, si recte inquiras digitis. Et restauratio earum sit, ut æques fracturā digitis tuis, ratione aliqua, qua optime fieri potest, donec æquet figurā naturalis, deinde emplastra & stringe os fractū cum a scella, si indiget illo. Et si fractura costarum est declinans ad interiora, tunc accidit infirmo dolor uehementis, & punctura sicut punctura quæ accidit ei qui habet pleuresim, propterea quod os pungit membranā succingentē costas. Et accidit ei etiā difficultas anhelitus, & tussis, & uomitus sanguinis multi. Et hæc est difficilis curatio, & huic malo mederi conati sunt antiqui multi. Et ex eis sunt quod dicunt oportere ut ponas cibos infirmi quod generant inflationē & uentositatē, ut infletur uenter, & extendatur, & im-

pellatur

pellatur fractura ad exteriora. Nos uero abhorremus ab hoc cibi genere, periculum est enim ne apostema calidum accidat, quod cauendum ubiq; in omnibus morbis est, nec enim sinit coalescere fracturam, nec concrecere uulnus, nec carnem generari. Et docuerunt ut quidam ponatur super locum uentosa, deinde uehementer fugatur. Atq; hic modus est magis conuentaneus rationi. Veruntamen timetur ne attrahat uetosa superfuitates ad locum propter dispositionem debilitatis. Et dixerunt quidam utile esse remedium, si cooperiatur locus cum lana quæ sit submersa in oleo calido, & ponantur puluilli inter costas donec impleantur, ut sit ligatura æqualis quæ inuoluens eam secundum rotunditatem, deinde curetur infirmus cur ratione qua pleuritici medentur, & eam quoque uictus rationem præscribunt. Quod si coartatur infirmus uehementer, & os pungit uel amentum punctura lædente ita ut infirmus dolorem tolerare non possit, & timeamus infirmo, tunc oportet ut findamus super locum, & detegamus à costa fracturam deinde ponamus sub ea instrumentum quod conferuet siphac, de quo diximus supra, & incidamus os leniter & extrahamus ipsum, deinde cōiungamus duo labia uulneris, si est magnū sutura, & curemus ipsum emplastris, donec sanetur. Quod si accidat interim apostema calidum, tunc propria & imbuere puluillos oleo rosato & pone super locum, & curetur infirmus eo quod conuenit apostemati interius, & resupinet super latus super quod dormit, donec sanetur.

De restoratione fracture spondilorum dorso & colli, Cap. IX.

Ossibus quidē colli quādo accidit fractura, & raro accidit eis attractio, & similiter spondilibus dorso. Cum ergo accidit illud alicui, & uis scire an sanet, an non sanet, sic cōsiderato, si uideas manus resolutas, & stupefactas, & mortuas, & non potest mouere neq; extendere neq; constringere eas, & quando constringis ipsas digitis, & pungis ipsas acu, non sentit illud, & non sentit in eis dolorem, tūc scias quod ferè nunquā sanatur, in pluribus dispositionibus est mortale. Quod si mouet eas & sentit in eis cōstrictionem & puncturam, tunc scias quia nucha ossis salua est, & quod infirmus sanabitur curatione ritè adhibita. Quod si eueniat spondili dorso simile quidpiam, & si uis scire sanetur ne an non, tunc considera pedes eius, si uides quod resoluti sunt, & accidunt in eis quæ diximus letalia esse in manibus, & quando iacet super dorsum egreditur uentositas & egestio absq; uoluntate, & quando resupinatur super dorsum, egreditur egestio

egestio absq; uoluntate, & quando resupinatur super dorsum & uult minere & non potest, tunc scias quod est mortale. Quod si mouet eas, & sentit in eis cōstrictionem & puncturam, tunc scias quod nucha ossis salua est, & quod infirmus sanabitur idonea curatione. In omnibus autem istiusmodi casibus fracturis magna diligentia prudēs & peritus medicus præcauebit phlegmonem. Aut si accidat, mitigabit & tollet primum antequam quicquam incipiat. Et conuertet omnes remedium & artis uires ad sedationem apostematis calidi, ita ut ponas super spondilum attritum oleum rosarum solum, aut cum uitellis oui assati, pone super ipsam illud aliquot dies in die donec ledetur apostema calidum, tunc pone super ipsum locum unum ex emplastris confortatiuis exiccatis, & stringe super ipsum ligamento. Etiam præcipe infirmo ut utatur quiete & tranquillitate, & non dormiat super partem dolentem donec sanetur. Quod si accidat apud attractionem ossis sathagie, aut aliquid quod iam separatum sit ex eo, tunc oportet ut seces super cutem & auferas illud os, deinde coniunge duo labia uulneris, si est magnū uulnus, sutura. Postea cura ipsum aliquo incarnatiuo ex ungentis donec sanetur. Si uero frangitur postremum ossis sacri, ut uocāt, quod est finis caudæ, tunc oportet ut intromittas pollicem manus sinistræ in anum, & æques os fractum manu tua altera, quantum erit possibile. Vbi in naturalem formam restiteris pone super ipsum emplastrum, & ascellam, si indiges illo, deinde stringe ipsum. Si autem sentis sathagie fractum in eo, tunc sinde super ipsum, & aufer quod est contritione comminatum, & cura ipsum curatione de qua diximus, donec sanetur.

De restoratione nichæ, Cap. X.

Ancharum ossa raro franguntur, quod si franguntur, tunc fracturæ eorum est comminutio in extremitatibus ipsorum, & scinduntur in loco & punctura, & declinant ad interiora, & accidit infirmo dolore dem est, ut extēdas manum tuam super ipsum, ita ut tactu explores fracturæ formam & magnitudinem. Quod si fractum est in extremitatibus eius tantum, tunc æqua illam fracturam quacunq; ratione poteris, donec assimiletur figuræ naturali. Si autem fractura est in longitudine, aut iam declinat ad interiora, tunc iube iacere infirmum super uentrem suum donec præparetur tibi restauratio illius fracturæ. Quando ergo æqua ueris ipsam, pone super ipsam emplastrum, & ascellam ex ligno, aut ex cute. Et stringe

S stricatura


strictura apta, diligenter & modicè arcta, ita ut emplastrum & ascella non moueatur loco. Et aqua concuitatem illorum aliquo quod impleat eam, ut capiat eam strictura secundū æqualitatem. Et præcipe infirmo ut dormiat super dorsum suum, aut super latus sanū. Si autē accidat ei apostema calidū, tunc cessa ab extractione eius & ipsius restauratione, donec sedet apostema calidū. Et pone super ipsum quod mitiget apostema, quædam aliquidum aliquoties in præcedentibus docuimus. Apostemate sublato, redi ad restaurationem eius & constringe ipsum, sicut oportet. Si uero accidit in osse sathagie aut comminuuntur extrahere.

De restoratione fracturæ adiutorij,

Cap.

XI.

Adiutorij est illud os quod est inter cubitū usq; ad caput spatulæ, si ergo frangit, tunc restauratio eius fit duobus modis. Quorū unus est, ut accipias lignū planū medie crassitudinis, secūdū hanc formā,



Et ligetur in duabus extremitatibus duo ligamenta, deinde suspēdatur ex loco eleuato, & sedeat infirmus super sedē, deinde projiciat brachium suum fractum super lignum donec perueniat ad titilicum eius in cuius medio sit annexa curuitas ligni, deinde suspēde desuper ipsum aliquid graue, aut extēdat ipsum minister ad inferiora, deinde æquet medicus fracturam manibus suis simul, donec redeat fractura in locum et figurā naturalem. Et modus alter est, ut resupinetur infirmus super ceruicem suam, & suspende manum eius ad collum ipsius cum ligamento, deinde præcipe duobus ministris, ut teneat unus eorum quod est super fracturam cum manibus suis, & ut alter teneat inferiorem partem eius, & extēdat utraq; eorum ad partem suam. Et si uis sit extensio fortior, tunc stringe fracturam cum ligamento, & super ipsam cum ligamento alio, & extendat ea uterq; ministrorum ad duas partes suas. Si ergo fractura est propinqua extremitati humeri, tunc oportet ut ponatur medium ligamentum sub titilico, & alterum sub furcula uersus cubitum. Et similiter si fractura est propinqua cubito, tunc oportet

oportet ut ponatur ligamētum super illum locum & super cubitū ipsum, deinde aqua fracturam ita ut quam minimo dolore afficiatur ægrotus, ut quæ fractura sicut oportet, & apte & diligenter adplicetur. His recte peractis stringe eam, si non accidit apostema calidū. Si uero accidit apostema calidū, tūc omite stricturā eius aliquot dies, & pone super ipsum lanā succidam imbutam in aceto & oleo rosato, donec quieteat apostema, tunc stringe eam. Et modus stringendi eam est, ut ponas emplastrum super fracturam, postea pone inuolutionem ex panno nouo super emplastrum, deinde aggreget brachium super adiutorium, & ponat manum suam apertam super humerum, & pone pannum & stringe super adiutorium, & brachium, ut brachium stet loco ascellarum, si nihil prohibet, utere ascellis. Si autem oportet uti, ponas super fracturam ipsam ascellam quæ sit latior & fortior reliquis ascellis, & ponas inter unamquaq; ascellam latitudinem digiti, & sit longitudo ascellarum secundum fracturam cum additione trium digitorum ab omni parte, deinde stringe super ascellas eo modo, quod dixi in præcedentibus. Est autem talis, sit strictura super locum fracturæ strictior, & quanto plus elongatur fractura sit strictura minor. Si ergo uides fracturam nullam contraxisse phlegmonem, stringe ita aptè, ut tamen firmetur strictura, ne emplastrum imposita & ascellæ loco moueantur. Sed si uides apostema calidum, tunc dimitte stricturam & ascellas usque ad diem septimum, sicut diximus, deinde considera ligamentum in omnibus tribus diebus, ut non accidat in loco pruritus, aut inflatio. Aut prohibeatur cibi peruenire ad membrum, propter dispositionem superfluitatis stricturæ. Rectifica ergo illud totum quemadmodum diximus. Si uero uideris periculum nullum esse, ne superueniat phlegmone, tunc non soluas ligamētum nisi post tres dies, aut plures, & sic dormiat infirmus super dorsum suum, & manus teneat super stomachum suum. Et pone sub adiutorio culcitram plenam lana æqualiter. Et considera in omni hora noctis, & dicitur ut non soluatur figura membri fracti, aut relaxetur ligamentum. Vide igitur diligenter, ut rectum teneatur membrum, ut redeat in figuram naturalem. Et eam uictus rationem præcipe infirmo, quam supra diximus, ita ut sit cibi subtilis primo donec incipiatur stringi, tunc oportet ut crasso cibo utatur. Solent enim medici os adiutori, & cruris, stringere quadraginta diebus. Tunc ergo oportet ut soluantur, & administretur balneum, & medicentur ungentis quæ rectificanc illud. Quod si fractura est secunda,

S

2

attrita,

atrita, tunc non soluas ab ea ligamentum, & alcellam usq; ad quinquaginta dies, uel etiam quandoq; usq; ad duos menses.

De restoratione fracturæ brachij. Cap. XII.

Brachium est compositum ex duobus ossibus quæ nominantur duo focalia. Quorum unum est paruum, & est illud quod sequitur pollicem, alterum est magnum, & est illud quod est positum sub paruo ab inferiori parte. Aliquando ergo frangitur facile maius solum, aut paruum, & nonnunquam franguntur simul. Cum ergo frangitur facile paruum superius, tunc restauratur de facili, & sanatio eius est facilior. Et quando frangitur facile inferius, est fractura eius mala, & sanatio est difficilis. Et de tertio est quando franguntur utraq; ossa simul. Si ergo os quod frangitur est facile paruum superius, tunc conuenit in restoratione eius, ut medicus leniter & paulatim extendat, & in locum suum restituat, ut sequat ipsum. Si autem facile magnum fractum est, tunc oportet ut ponat stricturam fortorem. Et oportet ut ponat figuram manus in restoratione, & extensio ne eius extensam super puluinar. Et sit pollex manus ad superiora altior reliquis digitis, & sit auricularis inferior reliquis digitis. Et infirmus sedeat quadratus super se ipsum, & sit puluinar coram eo in latitudine, uel indirecto ut non incurrat infirmus laborem, deinde extendat minister brachium ab inferiori parte, aut manu sua, aut ligamento, & minister alius extendat desuper similiter, deinde æquet medicus os, donec reducat ipsum in maxime naturalē formam, quantum est possibile. Quod si in fractura ossis sunt sathagie, tunc diligenter conare reducere quodlibet frustum in locum suum. Si uero apparet in eo sathagie separatum, & pungit cutem, & non est possibile ut restauretur, tunc sinde super ipsum & aufer ipsum, secundum modum quem diximus in præmissis. Si autem fractura est cum uulnere, ei fracturæ suum locum delinamur, ex quo petas curandi modum & conuenientium remediorum auxilia. Quod si accidat in principio restorationis apostema calidum, tunc line pannum cum ceroto facta ex cera alba, & oleo rosato, & sit medium inter spissitudinem & subtilitatem, & stringe pannum super ipsum strictura subtili donec sedetur apostema, tunc remoue cerotum, & pone emplastrum præparatum ex puluere molendini cum albumine oui, postea pone alcellas, & sit alcella quæ ponitur super

super ipsam latior & fortior. Et scias quod numerus ascellarum brachij est sex in pluribus dispositionibus, siue sit fractura in foculo uno, aut in duobus focalibus simul, deinde pone stricturam super locum fracturæ fortorem & uehementiorem. Et quanto plus strictura ad superiora fracturæ, aut ad inferiora eius ueneris, pone stricturam tanto molliorem. Sicut antea abunde est dictum. Et sint panni qui inuoluntur super fracturam lenes, humidis & non sint duri, asperi, & sit solum quo stringitur ex lino proriprie, medium inter subtile & crassum, sicut narrauimus. Et considera membrum & ligamentum post aliquot dies. Quod si accidit aliquid quod infirmus non ferre possit, & quod auferendum sit antequam tractura curari possit, sicut pruritus qui accidit membro, tunc oportet ut embrocem membrum aqua calida, & dimittas membrum non strictum, donec pruritus cesset, postea itera stricturam. Quod si strictura iam laxata est, & os iam motum loco est, tunc restifica & reduc in suum locum os, quacunque ratione & arte poteris. Postea iterum aduerte, quo pacto succedat curatio, si nutrimentum prohibetur peruenire ad membrum propter arctiorem stricturam, tunc oportet laxius ligare ipsum, & dimittas ipsum aliquot diebus, donec perueniat ad ipsum nutrimentum, postea paulò arctius stringe membrum. Si autem non accidat infirmo aliquid eorum quæ diximus, tunc non oportet ut soluat nisi post uiginti dies, deinde suspendatur manus infirmi ad collum eius, & sit collum eius æquale. Et custodiatur omnibus modis à motibus agitatiuis, & iube eum dormire super dorsum suum. Et scias quod hæc fractura restauratur in uiginti diebus, aut certo in uiginti octo diebus. Totum hoc secundum dispositiones complexionum, & uirium.

De restoratione fracturæ extremitatis manus & digitorum. Caput XIII.

Scias quod uestigiū manus, & nodis digitorum raro accidit fractura, sed accidit eis sæpe attritio. Quando ergo accidit plantæ fractura, aut attritio, tunc oportet ut sedeat homo cui fractura accidit secundum æqualitatem, deinde pone manum eius extensam, & extendat minister ossa fracta, & æquet ea medicus donec coniungantur recte, tunc oportet ut imponat emplastrum, & stuppam, si non accidat apostema calidum, postea

dum, postea pone ascellam inuolutam panno lini, quæ facta sit pro quantitate fracturæ, aut membri. Si autem fractura est in inferioribus plantæ, tunc fac simile sphæræ ex panno, & præcipe homini ut premat pedem in quo est fractura super eam, deinde stringatur cum panno longo, & sit ascella ex corio molli, ut applicetur corium cum corpore plantæ, & stringe eam sicut oportet, diligenter. Si autem fractura est ad exteriora manus, tunc oportet ut ponas ascellam desuper, & ascellam aliam ab inferiori in planta, ut sit manus aperta recta, deinde pone stricturam sicut reuoluitur manus, & stringe inter digitos convenienti ligamento. Quod si accidas fracturam alicui nodorum digitorum, si est pollex, æquetur sicut oportet, deinde stringatur cum planta. Et si uolueris impone ei ascellam rectam paruam, ut eleuetur fractura, & non moueatur. Si autem fractura est in reliquis digitis, scilicet medio, indice, auriculari, anulari, tunc æquetur & ligetur cum digito sano qui sequitur eum, aut ligentur omnes secundum continuationem, quod est melius. Aut pone super ipsum ascellam paruam, sicut diximus in pollice, & considera in restauratione temperiem fracturæ partis, phlegmone ne premat an non. Si apostema calidum acciderit, occorre convenientibus remedijs, de quibus diximus abunde satis. Nec est necesse ut hic repetamus.

De restoratione fracture coxæ.

Cap.

XIII.

Coxæ multotiens frangitur & declaratur sensui, quoniam conuertitur ad anteriorem & posteriorem partem. Et restauratio eius fit ita quod stringitur ligamentum super fracturam & ligamentum aliud sub fractura, & infirmus prostratus iaceat super faciem suam, deinde extendat ligamenta minister ad partem suam, secundum æqualitatem. Hæc fractura quum est in medio ossis sic est curanda. Si autem est propinqua radici coxæ, tunc sit ligamentum ad partem pectinis, ut perueniat extensio sursum, & ligamentum aliud sub fractura. Et similiter si est fractura propinqua genu, ut sit extensio ad inferiora, deinde æquetur medicus os utrisque manibus suis donec reducat ipsum ad similitudinem figuræ naturalis, & coniungatur os diligenter & aptè. Tunc ergo oportet ut imponas emplastrum & stricturam, si non accidis membro apostema. Quod si accidat in eo apostema, tunc non est ligandum, sed in quiete permittendum diebus

dum diebus aliquot, donec sedetur apostema calidum, dein se redi ad curationem tuam. Strictura autem eius ita fit: Oportet ut inuoluas super fracturam lineum pannum & dupla eam bis, & ter, & remaneat ex ea superfluitas, deinde inuolue crus donec perueniat ad radicem rotis, & intronmit te solum longum inter coxam & crus propter genu ab inferiori, & ueniant extremitates filii à superiori parte duarum partium, deinde reuolue super crus & coxam quod superfluit ex panno, deinde pone super coxam in loco fracturæ ascellas. Et pone ex eis ascellam unam super os cruris, deinde imple uacuitates inter crus & coxam cum pannis lenibus ut æquetur strictura, & incipe cum strictura forti à medio super locum fracturæ tribus inuolutionibus, aut quatuor. Et quanto plus elongaris cum ligamento à loco fracturæ sit strictura minor, lenior & leuior, deinde intende ad duas extremitates filii quod intronmisisti inter coxam & crus. Liga ergo utrisque tres ascellas quæ sunt desuper, deinde duc duabus extremitatibus filii ad inferiora donec peruenias ad cauilam pedis. Et stringe utrisque extremitates ascellarum à parte altera, ut non remoueat ligamentum ex loco suo, deinde dimitte stricturam super illud dum permanet, ita quod non accidat membro corrosio neque apostema, neque inflatio, & similia. Quod si accidit aliquid tale, solue celeriter & cura primum quod impedit curatiorem fracturæ. Sunt enim quædam symptomata primum tollenda, aliorum qui non potest curari fractura. Si uero in osse est frustum ex osse quod pungat, tunc oportet ut æques illud, si est possibile, & si non, sinde super illud, & exime. Et cura illis remedijs & illa ratione, quæ prædiximus, donec sanetur. Et quandoque stringitur hæc fractura coxæ, & non additur ei ascella, sicut diximus in adiutorio & brachio. In restoratione taliter facta, non accidit infirmo claudicatio, & si restauratur sola & non applicatur ei crus alterum, tunc necesse est ut claudicet homo semper. Et scias quod coxa stringitur serè quinquaginta diebus. Quamquam uariatur hoc pro uarietate complexionum & aliorum circumstantiarum, nempe, temperis, ætatis, regionis, sexus, &c.

FRACTURA rotule genui raro accidit, sed attritio accidit ei sepe. Si uel
 ro accidit ei fractura, non est aliud nisi fissura, aut foramen, & est illud
 cum uulnere & absque uulnere. Et sensu deprehendi potest. Et resolu-
 tionis eius est, ut æquetur digitis quod disrumpit est ex partibus eius,
 donec coniungatur quantum possibile est, & admittit particulæ naturam.
 Deinde impone emplastrum, ascellam rotundam, si indiges illa, & strin-
 ge strictura conueniente ad illud, deinde considera omnes dispositiones,
 quas narrauimus in reliquis fracturis, sicut apostema calidum, & similia,
 ita ut apponas omni accidenti remedium quod conuenit ei, donec sanetur.

CRURI sunt duo ossa, quorum unum est crassum, & nominatur nomi-
 mine cruris, alterum est subtile & nominatur focile, & accidit utriusque
 fracturæ quæ accidit duobus ossibus brachij, & propterea non est alia ratio
 curandi in fractura cruris quam ea quam diximus in ossibus brachij res-
 tituendis. Quod si franguntur utrumque ossa simul, conuertitur crus ad omnem
 partem. Si frangitur os minus conuertitur crus ad anteriorem partem. Et est eis quæ non occultatur, sed facile est uidere quod
 nam os, & in qua parte sit fractum, quod ubi diligenter per spexeris admi-
 nistra extensionem, & æquationem, & ligationem ascellarum ea ratione
 qua iam ante diximus esse faciendum. Veruntamen oportet si fractura
 cruris, est fractura seeda habens sathagiemulta, ut sit extensio minor & le-
 uior, & omni studio cura ut malum non exasperes, ne dolore afficiatur mi-
 nio, & phlegmonem contrahat. Et quum tu æquas ascellas, & completes omnes
 operationes tuas, tunc accipe duas fascias ex ligno pini quod adini-
 nistratur in fabricatione solariorum quod ponitur sub tabulis. Et sunt ex
 spatulis palmæ, & elige ex eis quibus est crassitudo parua, uel mediocris.
 Et sit longitudo earum secundum longitudinem cruris à genu usque ad in-
 ferio rem partem, deinde inuolue super unamquamque pannum duabus
 inuolutionibus secundum longitudinem eius, & pone unam super partem
 cruris à parte una, & alteram à parte altera, & sint ex genu usque ad
 inferiorē partem pedis, deinde liga duas fascias in tribus locis ex duabus
 extremitatibus & medio. Cū hac enim strictura prohibet crus declinare
 ad dextram

ad dextram & sinistram, & stat statione firma. Et iam quidē administratur
 cunabulum ex ligno secundum longitudinem cruris, & ponitur in eo crus,
 ut conseruet ipsum à motu. Et plurimū quidem oportet ut facias illud in
 fractura, præcipue quando cum ea est uulnus, deinde considera crus in or-
 timi die, & operā da summo studio, ne accidat perniciosum aliquod sym-
 ptōma, aut apostema, aut inflatio, aut tale quiddam. Cum ergo accidit
 aliquid ex illis, tunc occurre malo quam primum, conuenientibus reme-
 diorum auxilijs usque quo sanetur, si deus uoluerit.

CALCANEO quidem non accidit fractura penitus, ossibus uero pedis
 accidit quandoque fractura, & digitis etiam raro accidit fractura.
 Accidit eis attritio in pluribus dispositionibus. Quod si accidit
 ossibus pedis fractura, & uides illa ossa sublimari super se ad inuicem, tunc
 ponat infimus pedem suum super terram preparatum sicut ambulans, de
 inde ista tu & pone pedem tuum super illud quod eleuatur ex illis ossibus,
 postea calca uel preme ea, & æqua ipsa donec redeant in locos suos, deinde
 pone emplastrum & stuppam desuper, & loco quo aptissime fracta ossa
 contineri possunt, adpone tabulam parua, & sint duo capita parua plas-
 ma, deinde stringe eam cum pede strictura decenti, postquam tu inuoluis
 eam cum pannis & reliquis quibus indiget. Cum ergo præterierint tres
 dies, aut quatuor, tunc solve ligamentum. Nam si recte ligata fuerint, in-
 uenies ossa æquata, siue sint fracta, aut sint luxata. Curatio ergo in eis est si-
 cut uides. Si autē franguntur aliqui digiti, tunc restaura eos, & æqua ipsos
 eo modo, quo dixi esse faciendum in resauratione digitorū manus, deinde
 de pone digito fracto ascellam secundum longitudinem digiti, & sit latior
 eo parumper, postea pone sub pede hanc tabulam quam iam dixi, & strin-
 ge eam strictura decenti. Si uero quæ franguntur ossa sunt duo, aut tria,
 aut plura, tunc pone super omnem digitum ascellam suæ quantitatatis inuo-
 lutam in panno leni, & stringe tabulam in inferiore pedis parte. Ita autem
 liganda est hæc tabellula ut firmiter cōtineat fracta ossa. Et operæ precium
 est, ut non obliuiscaris ea quæ dixi in reliquis fracturis. Nam si illa præsen-
 ti memoria tenueris, facile intelliges quid in his paruis fracturis sit faci-
 dum, & quomodo malis accidentibus sit occurrendum.

De fractura


De fractura uulvae mulieris & ossis pectinis, & uirgæ uiri. Cap. XVIII.

Mulieris uulua quando frangitur, iube eam sedere quadratam, si forte eam ad partem dorsi parumper, & teneatur retro, deinde impleat obsterix uuluam eius coto, ita ut sit plena, & fiat in uulua eius sicut sphæra, deinde concutiatur mulier, & eleua dorsum eius paulatim, illud enim cotū ingreditur ut sit ante portā uulvæ, sicut sphæra & os fractum redit, deinde pone puluillum super dorsum eius. Quando ergo uult mingere remoueat cotum leniter, deinde mingat, & iterū immitte cotum eo modo quo intromisisti ipsum primo, deinde redeat ad puluillum suum primum, faciat illud circiter septem dies, tot enim serè diebus restauratur. Et si placet, accipe uescam ouis, & stringe super foramen eius cannulam arundinis, & intromite uescam totam in uuluam eius, deinde suffla uehementer in cannulam donec infletur uescica intra uuluam, fractura enim redit, deinde impleatur coto, & hoc curationis genere perge per aliquod dies, donec sanetur. Et quando frangitur os pectinis uiri, aut mulieris, tunc administra in ressauratione eius, & ipsius æquatione illud quod narrauimus in osse anchæ. In hoc genus fracturis curandis, quamquam raro contingunt, tamen nihil est difficile, quoniam exiguæ sunt in exiguis ossibus, & sunt tactui oculisque expositæ. Quare nihil hic hærebit, præcipue qui est parum in arte exercitatus, & est natura prudens. Nam nisi medico insit ingenij sagacitas & ratio exercitata, ut ex illis paucis possit per methodum inuenire plurima quæ ad omnes, qui infiniti sunt, casus faciant, non erat ad medicinam admittendus, nec nomine medici dignandus est. In uirga autem uiri quando frangitur, accipe guttur anseris & intromite uirgam in ipsum, deinde pone super ipsum inuolutionem ex panno, & inuoluatur & dimittatur diebus tribus, aut circiter eos, & sanabitur, si deus uoluerit.

De ressauratione fracture ossium quando est cum uulnere. Cap. XIX.

Fractura cum uulnere cui accidit, conuenit, præcipue si os est magnum, sicut os coxæ, aut adiutorij, aut simile, phlebotomia modo nihil sit quod prohibeat, aut scilicet ætas, aut tempus, aut uires, aut aliud, de quibus dictum alijs locis à nobis abunde est. Quod si ex uulnere effluit sanguis, tunc oportet ut quamprimum sistas ita ut puluerizes super ipsum

ipsum zegi tritū, si non est tibi præsens, accipe aliud. Deinde incipe restaurare fracturam in eodem die, & non differas illud, si non accidit apostema. Si uero accidit apostema calidum, tūc omite ressaurationem eius usq; ad diem nonum, donec sedetur apostema. Et non trahes in die tertio, & quarto omnino, nam tu facies ei accidere accidentia mala. Si autem os fractum est eminēs super cutem detectū, tunc oportet ut coneris reducere ipsum, & æquare ipsum manibus tuis leniter, & extensione parua. Si autem non satis comode potest fieri extensio æquatio eius manibus tuis, reduce ipsum isto instrumento. Et instrumentum quod sit ex ferro cuius longitudo est quantitas septem digitorum, aut octo, & eius latitudo est secundum quantitatem uulneris. Et propter illud necesse est medico ut accipiat ex eis tria, aut quatuor, ut ad manum paratum habeat, qualecunq; opus sit ad quodlibet uulnus fracturæ. Et sit rotundum, & sit in eo aliqua crassitudo, ut non duplicetur cum ueteris illo, in æquandis & suis locis reponendis ossibus. Et sit acutæ extremitatis, cui sit margo in extremitatibus suis & sit superius eius ad crassitudinem, & in extremitate eius usq; ad inferiora. Et hæc est forma eius.



Sit extremitas eius acuta curuata super extremitatem ossis eminentis, & impelle ipsum & redeat os in locum suum & æquetur quadam æquatione. Conare ergo æquare extremitates fracturæ ad inuicem. Quod si extremitas eius fracta est subtilis, & non accipit eam instrumentū, tunc oportet ut incidas extremitatem illius ossis, donec instrumentum possit apprehendere. Si uero profus non potest reduci os eo quod narrauimus, tunc incide ipsum aliquo apto ex instrumentis, uel ex incisorijs, quæ diximus, aut ferra ipsum una ferrarum, quocunq; modo est possibile, deinde incide illud quod remanet in osse ex asperitate & corticibus minutis. Cum ergo reducit os, & sentit infirmus post reductionem eius dolorem uehementem ledentemq;, tunc scias quod os non redijt ad locum suum naturalem. Hic alia ratione medendi, est aggrediendum malum, soletq; plurimum in uare hæc: submerge pannum in uino stiptico nigro, & præcipue si est in æstate. Et non ponas super uulnus cerotum, neq; aliquid in quo sit oleum, ut non

ut non faciat accidere in ipso putredinem & corruptionem, deinde admittit
nitra alcellas ubi omnia diligenter administrata sunt, quæ requiruntur ad
restauracionem ossis, & dimitte vulnus detectum ita ut incidat forficibus
foramen inuolutionibus secundum quantitatem uulneris. Et caue omni cau
tela ne stringas uulnus arctius. Multotiens enim solidi medici durius &
arctius ligando, multorum malorum causa fuerunt, aut enim in uulnere cor
rodentem saniem, aut phlegmonem excitarunt, ita ut non paucos necarint,
quare sit strictura tua lenis, mollis, diuersa stricturæ reliquarum fractura
rum. Quod si uulnus est malum, aut est uulnus magnum, & times acciden
tia mala, de quibus diximus & sentit homo dolorem in loco suspensum,
tunc non oportet ut ponas super ipsum alcellas. Et fac ei inuolutiones ex
pannis duris in loco alcellarum, & stringe ipsum eis. Cum autem est post
diem unum, aut dies duos, & uides quod in uulnere incipiat generari pus
tunc aufer pannum quem posuisti super ipsum cum uino, & administra li
quia & ungenta, quibus consueuimus medicari uulnera, sicut ungentum
tetrapharmon, & similia illi, & conuenit ut soluas ligamentum, & consi
dera uulnus in omni die mane & uespere, donec consolidetur & sanetur,
& oportet ut præparetur membrum ita ut fluat ex eo pus ad inferiora.
Quod si prætereunt uulneri dies multi & non consolidatur, neque abscondi
tur pus ab eo, tunc scias quia illic sunt sathagie ossis parua. Quare oportet
ut inquiras uulnus tenta. Quæ uero ex illis sathagie sunt preparata ad exi
tum, uel separata, remoue ea & extrahere ipsa, & quæ ex eis sunt non separa
ta & pungunt membrum, ut grauius doleat, conare incidere & auferre ea
quocumque modo & ratione potest fieri. Quod si accidit uulneri corruptio,
& putrefactio, tunc oportet ut opponas conueniens medicamentum, aliud
aut alij corruptionis seu putrefactionis generi oportet adhibere, quem ad
modum in superioribus est dictum, suo loco. Oportet autem memori ter
nere merte, quæ diximus, & simul insistere methodo certe, ut cum opus est
possimus noua inuenire, neque enim omnia, quæ accidunt, possunt scribi.
Quando frangitur os & eminet super membrum sicut os coxæ, & adiuto
rij, & similia illis ex mēbris magnis, non præsumas attractionem eius, ne
que ipsius extractionem, multotiens enim accidit ex illo mors, imò dimit
te ipsum donec putrefiat, forsitan cadet ultro putrefactum post uiginti aut
triginta dies. Tunc demum cura uulnus, si uideretur tibi satis purum, ut in
eo gigni possit caro.

De curatione

De curatione nodationis que accidit in uestigio quarunda fracturaru, Cap. XX.

Multotiens accidit hæc nodatio in uestigio fracturæ, præcipue
quæ est prope iuncturas, & sedatur ex ea figura membri, & sæ
pe prohibet membrum ab operatione sua naturali. Considera
ergo si nodatio est nocens, administra in ea medicinas quæ siccitatem
faciunt, sicut aloë, olibanum, mirrha, acattia, & similia illis, ita ut accipias
ex istis quasdam, aut omnes eas, & confice eas cum uino stipitico, aut cum
albumine oui, aut cum aceto, & pone eas super nodationem in stappa, &
stringe eas super ipsam stricturam bona, nec soluas stricturam diebus multis,
deinde solve eam, & itera aliam donec remoueat nodatio. Aut stringe
super ipsam laminam plumbi decenter. Plumbo enim est proprietates rei
mouendi omne quod superfluum accrescit membrum. Si autem nodatio iam
in lapide conuersa est, & stricta, & festine prouocat necessitas ad auferen
dum eam, tunc fide super eam ex superiore parte eius & incide superflui
tatem eminentem, aut rade eam quibusdam rasorij donec remoueat
& cura ipsam donec sanetur.

De restitucione fracture, quando restat, & remanet membrum debilius,
& minus quam naturalis magnitudinis modis requirit,
Capit. XXI.

Ractura ossis quando restatur & remanet membrum post cura
tionem paruum debileq. Hoc fit propter causas multas. Quarum
una est multitudo solutionis ligamenti, et ligationis arctioris, aliâste
non apte, aut propter superfluitatem stricturæ ligamentorum, ut mem
brum ali non possit, ligamento alimentum prohibente ut non queat per
uenire ad membrum, aut propter multitudinem embrocationis super
flue, aut propter motus superfluos excitationemq; membri immodi
cam, potissimum tempore alieno, aut propter paucitatem sanguinis in cor
pore infirmi & debilitatem eius. Curatio nimis & præter naturam tenui
tatis est, cibare infirmum & tenerum facere corpus eius, donec multipli
cetur sanguis in eo, & administra balneum, & effice ut gaudeat & lætitia
afficiatur infirmus, ut feratur sanguis per omnia membra, euocat enim
gaudium, tristitia autem includit, deinde pone picem super membrum ut
attrahat pix nutrimentum multum, & sæpe affundat membro aquam ter
pidam donec fluat nutrimentum, & redeat ad figuram suam naturalem.

T De curatione

De curatione ossium fractorum quando restantur tortuose, & prohibet tortuositatis operationem naturalem, Caput XXII.

Tortuositas quando accidit membro post fanationē eius, & emir-
nencia ossi fracto, aut nodatio, & sedatur per illud forma mem-
bri, tamē mēbrum non prohibet ab operatione sua naturali. Ca-
ue solidorū medicorum exemplo, denuo membrum loco suo & sanitati
restitutū frangas. Nam inuenti sunt adē amentes qui hoc fecerūt. Quod
temerarium & insanum factum perdit sæpe aliquod membrum, nonnun-
quam totum hominem perdit. Et hæc quidem operatio vituperabilis est
valde, verū si claudicatio uel nodatio sunt recētes, tunc oportet ut embro-
centur cum aqua in qua decoctæ sunt herbæ mollificantes, sicut folia al-
theæ & radix eius, melilotum, & illis similia, & fiat ei emplastrum molli-
catium, sicut diachilon decenter factum, aut sumatur mucilago radicis al-
theæ, & cōcuriatur cum adipe gallinæ, aut oleo sesamino, & emplastratur
cum eo, aut sumantur ficus pingues, & terantur cum fimo columbino, &
similibus illis ex medicinis, que nominantur diminuentes consolidationē,
& quandoq; soluitur nodatio frictione assidua, & leui quæ sit manibus hu-
midis. Et moueatur membrū in omnes partes, motus enim uehemens mi-
nuat. Si autem tortuositas iam inueterata & fortis facta est, & conuersa est
in lapidem, ut amplius non possit curari sine ferro, tunc oportet ut secetur
superior eius pars & soluatur continuatio eius ossis, & incidatur quod sur-
perfluit ex nodatione aut osse, cum incisorijs subtilibus. Hæc omnia admi-
nistranda sunt magna cura & sollicitudine.

De dislocatione seu luxatione, Cap. XXIII.

Dislocatio est exitus alicuius iuncturarum à loco suo, quare prohi-
betur à motu suo, & sedatur figura membri, & infirmo accidunt
dolores, & læsiones uehementes. Quum ergo accidit alicui dis-
locatio, tūc oportet statim ad reductionem eius festinare, neq; tardet eam
omnino. Nam si tardatur apostematur locus, & fit difficilis reductio dislo-
cationis, propter illud non oportet ut moueatur, neq; tendatur si aposte-
ma acciderit, quoniam multotiens facit accidere spalmum & dolores læ-
dentes. Verum quando accidit illud, tunc oportet ut properes ad phlebo-
tomiam infirmi, deinde dimittatur donec quiescat apostema, postea em-
brocetur membrum cum aqua calida, & oleo, deinde reductatur leniter &
curetur quodlibet membrum suis remedijs de quibus dicemus suo loco.

Etego

Etego quidem iam disposui huius loci ordinem qualis fuit in fracturis scilicet à superiore corporis parte usq; ad infimas.

De curatione dislocationis mandibule inferioris, Caput XXIII.

Mandibulæ illæ duæ dislocantur luxantur te raro, & dislocatio
ambarū fit duobus modis, aut enim remouentur à locis suis re-
mouione parua, & mollificantur parumper, aut dislocantur dis-
locatione completa, donec mollificentur ad partem pectoris, ut fluat sali-
ua infirmi, & non possit tenere eam, neque possit claudere os suum, & in-
uoluatur lingua eius cum sermone. Quando autem dislocatio eius est par-
ua, tunc redit in pluribus dispositionibus ultro, aut adhibito paruo admo-
dum auxilio. Si uero dislocatio eius est completa, tunc oportet ut admini-
stretur reductio eius uelociter, & non tardetur penitus. Teneat minister
caput infirmi, & introrittat medicus pollicem manus suæ unius in radi-
cem mandibulæ dislocationis intra os eius, si dislocatio est à parte una.
Aut introrittat utrunque pollicem simul, si dislocatio est à duabus parti-
bus, & reliqui digiti manuum ambarum sint extra, quibus æquet. Et præ-
cipue infirmo ut mollificet mandibulas suas, & moueat eas ad omnem par-
tem, & medicus æquet mandibulam, & impellat mandibulam, donec re-
deat ad locum suum. Quod si difficilis sit reductio eius, præcipue si sunt am-
bæ mandibulæ luxatæ, tunc administretur uaporationem cum aqua calida,
& oleo, donec fiat facilis reductio ambarum omnino, sicut diximus. Cum
ergo redeunt, & æquatur, & clauditur os infirmi, & non mollificant, tunc
pone super eas puluillos pannorum cum ceroto, quod sit factum ex cera
& oleo rosato, deinde ligetur leniter ligamentis molliibus. Et sit somnus in-
firmit super dorsum suum, & caput eius sit stans intra duo puluinaria, ut
non moueat ipsum, neque ad dexteram, neque sinistram, neque cogatur
aliquid masticare, imò detur cibus forbitio lenis, donec remoueantur do-
lores, & firmetur mandibula, tunc comedat quod uult. Et administretur
primum cibus mollis, & comminutus ut non laboret aperiendo os, pro-
pter commotionem & potum, donec nodedetur mandibula, & sanetur.
Quod si difficilis fiat reductio mandibularum quando dislocantur, & non
conuertuntur ad loca sua, tunc multotiens accidunt inde febres, & sorda
assidua, & læpe uomit choleram puram. Cum ergo uides illud, tunc scias

T

2

quia

quia est letale signum, & plerunque moritur ille cui accidit illud, in decem diebus.

De reductione dislocationis furculæ & extremitatis humeri,
Capitulum XXV.

FVrcula quidem non dislocatur ex latere intrinseco, propter contriversionem suam cum pectore. Et dislocatur quandoque a dextera, declaratur illud sensui. Et restauratio eius est talis, iaceat infirmus super dorsum suum & extendat brachia sua, deinde fortiter coarta locum manu tua, nam nisi aliquid aliud impediatur, hoc modo restituitur, deinde pone super ipsam emplastrum & pulvillus, & stringe eam. Extremitas vero eius sequitur cubitum & continuatur cum eo, & ualde raro dislocatur. Quod si dislocetur aliquando, tunc oportet ut reducat & aequetur, quemadmodum supra abunde est à nobis explicatum, ubi restituta partes luxatae fuerint, tum pone super ipsas emplastrum, & pulvillus, & stricturam, & præcipe infirmo tranquillitatem animi, & quietem, donec sanetur. Et eadem curatione reducit extremitas humeri quando separatur etiam à loco suo.


De reductione dislocationis humeri, Cap. XXVI.

HVmerus luxatur plurimum tribus tantum modis. Quorum unus est ut dislocetur ad partem titillicæ ad inferiora, & secundus est, ut dislocetur ad partem pectoris. Et aliquando dislocatur ad superiorem partem humeri, & illud fit raro, & non dislocatur ad posteriora propter spatulam, & non dislocatur ad anteriora propter nervos. Et plurimum quidem dislocatur ad inferiora versus titillicam, præcipue in illis quorum carnes sunt paucæ, quoniam egrediuntur & ingrediuntur in eis uelociter. In illis autem quo rum carnes sunt multæ, contra fit, luxatur enim non leui causa, nec restituitur facile. Nonnunquam accidit quibusdam hominibus per cussio, aut casus, & apostematur humerus a postemate calido, & imperiti artis iudicium membrum esse luxatum, cum ergo affectum ignorent non possunt non plurimum errare in medendi modo. Necessario est ergo ut recte curatur per cognitam habeat naturam affectus, & loci affectus naturam, hæc si ubi explorata sunt, tunc procedas in curatione, & cognoscitur dislocatio quomodo est ad interiora versus titillicam, ut distinguatur inter humerum dislocatum, & humerum sanum. Nam sunt signa manifesta, in capite enim humeri est concauitas,

est concauitas, & sub titillico ad tactum caput humeri quasi ipsum sit os, & non potest infirmus reducere manum ad aurem suam, neque mouere eam naturalibus motibus. Et similiter si dislocatur versus pectus, aut ad uerum, tunc tu senties manifestum tactum, neque occultatur. Et huius quidem dislocationis fit facilis reductio, quando est recens, aut infirmus est puer. Et reductio in hunc modum fit, eleuet minister manum eius ad superiora, deinde pone tu pollices tuos sub titillico eius, & eleua fortiter iuncturam sursum ad locum suum, & minister eleuet manum eius & extendat eam sursum, deinde ponat eam inferius, sic enim celeriter restituitur. Si autem non redit per illud quod diximus, & sunt à principio quo accidit dislocatio dies multi & est inueterata luxatio, tunc oportet ut balneetur infirmus in aqua calida, & administretur embrocatio quæ mollificat & lenit. Decoquatur radix althææ, scænugræcum, melilotum in aqua, & administretur, deinde relinquetur infirmus super dorsum suum, & ponatur sub titillico eius sphaera ex lana quæ sit medio cruris quod attinet ad stricturam, deinde ponat medicum calcaneum suum super sphaeram, & eleuet caput humeri fortiter, & attrahat manum infirmam ad inferiora, & minister alius teneat caput infirmum, ut non moueatur ad inferiora, hoc modo statim restituitur. Si uis, reducere eum secundum hunc modum: Fac ut præiens sit tibi minister qui sit longior & stet à parte lateris, & intromittat humerum suum sub titillico infirmi, & eleuet titillicum eius ad superiora, ut sit infirmus suspensus in aëre, & minister alius trahat manum suam infirmam ad interiora uentris eius. Si autem infirmus est leuis, tunc oportet ut suspendatur cum eo aliquid aliud ut grauet ipsum, nam dislocatio redit statim. Et reducit etiam secundum modum alium. Figatur intra lignum longum, cuius caput sit sit rotundæ figuræ, sicut manica mortarij quod non sit crassum, neque subtile, deinde ponatur sub infirmo, postquam ponuntur super caput ligni panni lenes, & infirmus stet erectus secundum longitudinem ligni, & extendatur manus eius ad inferiores partes, & extendatur corpus suspensum totum sursum fortiter. Nam si hæc recte feceris, redit quod luxatum est, in locum suum cito. Quod si nec sic restituerit luxata poteris in suum locum, tenta hoc modo: Accipias lignum cuius longitudo sit quantitas duorum brachiorum, & eius latitudo quantitas quatuor digitorum, cui sit caput rotundum, ut facilius intromitti possit in pro-

T 5 fundum

fundum titillici, secundum hanc formam.



Deinde ligentur super caput rotundū panni lenes, ut non lædat lignū infirmum, postea ponatur sub titillico infirmi, extendatur manus, aut brachium super lignum usque ad inferiora, & ligetur lignum super adiutorium, & brachium, & extremitatem manus, deinde ponatur brachium super gradū scalę per latitudinē & extendatur manus ad inferiora, & dimittatur reliquū corpus suspensum à parte altera, iunctura enim sic in suum naturalē locum statim redibit. Cū ergo restituta fuerint suis locis partes quocunque modo fiat, tunc oportet ut ponas sub titillico sphaeram quantitatibus ex lana, deinde pone emplastrum præparatum ex puluere molendini cum olibano, & albimine oui super humerum totum, deinde stringe sub titillico strictura apta & conuenienti, & reuoluatur ligamentum super emplastrum desuper, & annectatur manus eius ad collum ipsius, & sic dimittatur, neque moueatur manus eius septem diebus. Et oportet ut utatur cibo infirmus pauco, donec membrum confortetur. Hoc enim faciet ad sanationem eius, deinde utatur ampliori post septem dies & exercitetur modico motu. Si ergo firmatur & non mollificatur, scias esse sanatum. Si uero iunctura dislocatur multotiens propter humiditatem quæ accidit ei, aut propter causam aliam, & his rationibus non potest curari, tunc oportet ut administretur in ea cauteriū cum tribus ramis, quod faciat tria cauteria, quod instrumentum est supra descriptum, ubi de cauterijs tractauimus. Quod si fiat hoc totum, & soluantur ligamentum post septem dies & non firmatur iunctura, tum reducatur emplastrū & strictura super ipsum. Si autem non firmatur sed cadit & non potest eleuari ad superiora, tunc scias quod nervi eius qui sunt ad caput humeri iam incisi sunt, aut extensi, aut mollificati, & scias quod iunctura nunquam figetur in loco suo cum sic sunt affecti nervi. Dislocationis autem, quæ sit uersus pectus, & manibus

lam, aut

lam, aut ad posteriora, reductio fit cum impulsione & extensione cum manibus donec redeat, & administratur in ea reliqua strictura, & cura de quibus satis est dictū, non est autem cessandum donec sanetur. Quod si accidat post sanationem grauitas in membro, & tarditas in motu eius, tunc utatur infirmus balneum multotiens donec leniatur illa grauitas, & redeat ad naturam eius primam.

De curatione dislocationis cubiti.

C. p.

XXVII.

Iunctura cubiti dislocatur non facile, & similiter restituitur in locum suum non facile. Et ipsa quidem dislocatur ad omnes partes, & præcipue ad anteriore, aut ad posteriorem. Et eius dislocatio satis apparet & manifesta est, quoniam cadit sub uisum, & sub tactum, secundum quancunque figuram dislocetur. Et quando coniungis cubitum dislocatum cum sano statim manifeste uidebis luxata iunctura sit. Concauatur enim iunctura, & non potest duplicare brachium, neque tangere cum eo humerū suum. Et oportet ut properes & reducas dislocationē statim antequam accidat apostema calidum. Nam si accidat apostema calidum difficilis fit eius reductio, & fortasse non sanatur omnino, præcipue quando est ad posteriora. Est enim deterior omnibus speciebus dislocationis, & uehementioris doloris, & multotiens sequitur eam mors. Et restauratio eius est (quando est ex eis quæ possibile est reducere) ut extendatur manus eius duabus manibus, & brachium eius sit expansum, & manus sint supra cubitum & sub eo. Et ipse impellat iuncturam cum pollicibus manuum suarum simul, aut cum radice palmæ, donec redeat ad locum suum. At si dislocatio est ad interiora, tunc redit ita ut duplicet manum cum manu sua, donec percussat cum radice palmæ suæ cubitum qui est contrarius. Quod si dislocatio non obedit ad reductionem, tunc administra extensionem uehementē ualde. Et extendant brachium duo ministri, & teneant ipsum duo ministri, ut non moueatur dum extenditur, deinde reuoluatur brachium ad omnem partem, post inuoluatur brachium panno duplato longo, aut alio ligamento lato. Et quando tangit medicus manu sua iuncturam, moliter inungat ipsam oleo, & sit illud ex eis quæ inuant in lubricitate iuncturae, deinde impellat iuncturam impulsione uehementi donec redeat.

T

4

Et post

Et post reductionem eius oportet ut ponatur super ipsam emplastrum in quo sit stipticitas, & exiccatio cum albumine oui, & stringatur strictura decenti, & suspendatur brachium à collo infirmi, & dimittatur diebus aliquot, deinde solvatur. Si ergo firmatur iunctura in loco suo, tunc solve ligamentum ab ea & dimitte ipsam: Sed si uides iuncturam non bene stringi, tunc itera emplastrum, & ligamentum, & dimitte ipsum diebus aliquot donec stringatur, deinde solve ipsam. Si autem accidat ei grauitas post reductionem iuncturæ, tunc administra humectationem in balneo, & frictionem mollem, & compressionem, donec mitigetur & leniatur, aut pone super iuncturam natem arietis pinguem. Deinde ligetur & dimitte ipsam super eam die & nocte, postea aufer eam & mitte ipsum in balneum. Cum ergo sudat, tunc frica iuncturam frictione temperata. Iterumq; mitte hominem in balneum, atq; etiam tertio, donec leniatur. Et si uis pone super ipsam sterus uaccinum humidum calefactum cum butyro, & stringe super ipsum, fac illud aliquoties, ipsa namque lenitur, & redit ad dispositionem suam.

De curatione dislocationis alimabossis, id est, iuncturæ que est inter brachium & manum, Caput XXXVIII.

Iunctura quæ est inter brachium & manum, multotiens dislocatur, & reditio dislocationis eius est facilior quam aliarum iuncturarum. Verum tamen oportet ut uelocitas sit in reductione dislocationis eius in hora in qua dislocatur antequam apostemetur locus, aut accidat in eo apostema calidum. Et reductio dislocationis eius est, ut ponas iuncturam illam luxatam, super tabulam & extendat minister manum eius, & ponat medicus palmam suam super eminentiam iuncturæ, & impellat eam donec redeat. Veruntamen oportet ut consideretur, si palma iam recessit ad uentrem manus, tunc ponat infirmus dorsum manus suæ super tabulam cum extenditur & reducitur, & si dislocatio est procedens ad dorsum manus, tunc sit positio manus eius intrinsecæ super tabulam, ut cadat manus medici super ipsam eminentiam iuncturæ. Si ergo redit statim, bonum est, si non, tunc stringe eam cum emplastro, sed ante apostema, & dimitte ipsum, neque iteres illud. Porro si iunctura illa restituta in locum suum, desinitur motu profusius aut magna ex parte, & mollificatur manus, & non potest stringere

stringere aliquid, tunc scias quod nerui sunt abscissi, aut attriti. Cui sic oblati sunt nerui, non est aliud auxilium nisi ut stringatur cum cauterio prope calum eius, quod tamen raro confert. Cum ergo iunctura illa restituta in suum naturalē locum, tunc pone super ipsum emplastrum, de quo diximus, deinde stringat et dimittatur diebus quinque, postea solvatur et dimittatur, & exercitetur manus. Si autem acciderit in ea aliquid grauitatis, tunc leni eam cum aqua calefacta, & frictione aliquoties donec leniatur.

De curatione dislocationis digitorum, Cap. XXXIX.


Quandoq; dislocantur ad omnem partem. Quando ergo ex eis dislocatur digitus ad dorsum palmæ, aut uentrem eius, tunc extendende digitum, & impelle dislocationem pollicibus tuis, donec redeat, deinde sustenta caput digiti, & suspende ipsum uersus partem ad quam dislocatur, & dimitte ipsum duobus diebus, deinde suspende eum & extende ipsum donec æquetur rectus. Curabis digitum ita luxatum nocte dieq; & non cessas ipsum soluere, & exerce inter diu eum motu, & liga ipsum in nocte, fac illud diebus aliquot donec stringatur. Et similiter fac eum si dislocatur ad uentrem manus. Et liga eum ad partem ipsam, & omnia administra eo modo sicut diximus. Et similiter fac eum quando dislocatur ad reliquas partes.

De curatione dislocationis spondilorum dorsii, Cap. XXX.

Dislocatio completa, quando accidit alicui spondilorum dorsii, aut colli, aut remouentur spondili multa à locis suis, tunc non est in ea curatio, sed mors excipit infirmum. Et signum illius est, quod egessio infirmi egreditur absque uoluntate, neque potest tenere eam. Et multotiens mollificatur ex eo quedam membra eius, aut utrunque crus, aut ambo brachia, aut oculi, aut remouetur spondilus unus de loco suo. Multotiens enim remouetur, & multotiens sit remotio eorum ad quatuor partes. Illa ergo quæ remouetur ad posteriora, nominatur gibbositas. Curatio uero eius est, ut causam morbi cognoscas, & qua acciderit ætate, & num inueterauerit morbus: Si enim gibbositas acciderit à pueritia, tunc non est quod speres ullo modo curari posse. In illa autem quæ acciderit à casu, aut percussione, aut similibus docuerunt antiqui modos curandi multos prolixos, & multa dixerunt superuacua, quorum scilicet nullus est usus in operibus artis, totam illam tractationē, utilia & in arte necessaria solum adscripsi

adscripti, resecavi quæ videbantur nihil ad usum artis facere. Ego uero iam abbreviaui, & formaui instrumentum alio planè modo quam est illud quo ueteres usi dicuntur. Dico ergo quod gibbositas quæ accidit ab anteriori parte in pectore non potest curari, & similiter illi quæ fit ad duo latera nemo mederi potest. Et nulla curatur nisi illa quæ accidit in dorso, mendendum est autem illi hac ratione, extendatur infirmus super faciem suam, super podiũ quale prope parietem, & expanda tunc sub eo stramentũ humidum, ut non lædatur pectus eius, deinde ponatur lignum rectum firmum in fouea intra in extremitate podij circa caput eius, & lignum alium circa pedes eius in extremitate altera podij. Et minister teneat lignum, & sit non firmatum in fouea, & minister aliter teneat alterum, secundum illam formam, deinde inuolue super caput infirmi, & sub titillicis eius ligamentum lene, firmum, & extende extremitatem ligamenti ad lignum, quod est apud caput eius, & liga ipsum in eo, deinde stringe ligamentum aliud supra anchas eius, & supra genua ipsius, & apud cauilias eius, deinde coniunge & colliga ligamenta omnia in ligno altero, quod est apud pedes eius, deinde extendant ministri ad partem ligni ligamentum, ut non remoueantur duo ligna ex locis suis in quibus sunt fixa, ueruntamen non sunt firmata sicut diximus, & medicus ponat fortiter palmas suas super spondilum, donec redeat. Si autem non redit per hanc curationem, tunc accipe tabulam cuius longitudo sit circiter tria brachia, & caua in pariete, de quo diximus quod est prope infirmum, locus in quem ingreditur extremitas tabulæ, deinde pone medium tabulæ super spondilum, & ponat pedes suos medicus super extremitatem alteram, & stringat bene, donec coartetur spondilus, & redeat ad locum suum. Sunt & alia rationes curandi hæc: Figas in terra apud caput infirmi in postremo podij duo ligna, quorum longitudo sit brachij unius, & apud caput podij etiã duo ligna, & sit longitudo quæ est inter unumquodque etiam lignum palmi unius, & sit in unoquoque ligno foramen in quo moueatur curuum, & firmentur ligna in terra, ne moueantur omnino, & intronmittatur lignum rotundũ, quod est tornũ in quo reuoluit ligamentũ in duobus foraminibus. duorum lignorum, & in extremitate eius sit foramen in quo firmas lignũ, cuius longitudo sit palmus cum eo quod reuoluit, et in duobus lignis alijs est simile illi, deinde stringe ligamenta quæ strinxisti in pectore infirmi in torno quod est iuxta caput eius, & ligamenta quæ strinxisti in cruribus eius in torno, quod est apud pedes eius,

III
eius, deinde stet ad omne tornũ minister qui torqueat manum suam cum licinio quo reuoluitur tornum, & medicus æquet spondilũ, sicut diximus. Et hæc est forma torni & podij.



Postquam redit spondilus in locum suum & æquatur locus, tunc oportet ut ponas emplastrum exiccatiũ cum albumine oui, deinde stuppam, postea pone super emplastrum a cellam ex tabula, cuius latitudo sit trium digitorum. Et sit longitudo tanta ut capiat locum gibbositatis, & super partem spondilij sani, deinde ligetur cum ligamento, quod diximus, & utatur infirmus nutrimento subtili, donec sanetur. Quod si remaneat quiddam eminentiæ in loco in sine sanationis, tunc oportet ut administrentur medicinæ quæ mollificent & leniunt cum administratione tabulæ de qua dictũ est in precedentibus. Et in usu iam est ut administretur in illo lamina plumbi. Et quandoque accidit eminentia in postremo spondilorum dorsi quæ eminentia cum non sit luxatio, sed os quod eminent. Quare non debes eius curationem tentare, hoc remediorum auxilio, nam magnum est periculum ne homo moriatur.

De curatione anche dislocatæ, Cap. XXXI.

Iuncturæ anche, & iuncturæ humeri non accidit nisi dislocatio tantum, neque accidit eis quod reliquis iuncturis. Et iunctura quidẽ anche dislocatur quatuor modis, uel in quatuor partes, luxatur ad interiora aut exteriora, & ad anteriora, & posteriora. Et plurimum quidem dislocatur ad interiora, & parum dislocatur ad anteriora, aut ad posteriora. Et curationis ratio dislocationis eius ad interiora est, quando tu coniungis crur infirmi sanum cum luxato appareat longius genu eius est eminentius sano, & non potest.

potest infirmus duplicare pedem suum apud inguen, & est locus qui sequitur inguen affectus apostemate calido, propterea quod caput coxæ iam peruenit illic. Et signum eius cui accidit dislocatio ad exteriora est, quod sunt accidentia eius contraria istis accidentibus. Et signum eius cui accidit dislocatio ad anteriora, est quod omnino expandit crus, veruntamen non potest duplicare ipsum absq; dolore qui est in genu. Et si conatur ambulare non potest super illud ad anteriora. Et retinetur urina eius, & apostemat in inguen eius. Et cum ambulat alter pedum alterius calcaneum lædit. Et signum eius cui accidit dislocatio ad posteriora, est quod non expãdit genu, neq; potest duplicare ipsum antequam duplicet inguen, & est crus eius etiam breuior altero, & inguen est mollificatum, & est caput coxæ apud locum ilei. Reductio uero huius dislocationis non potest recte fieri, nisi peñius cognoscas artuum situm naturalem. Et si dislocatio est uetusta, & est illi idonea medicina adhibita, & nihilominus remanet secundũ dispositiõnem suam, tunc non est in ea curatio omnino. Non ergo est consiliũ sapientius tangere illam, nam curari non potest. In illo autem cuius dislocatio est recens, & est luxationis una specierum quatuor à nobis iam commemoratarum, tunc propra ad hoc ut uoluas iuncturam, & extendas ipsam ad anteriora, & ad exteriora, & moueas eam in dextram & sinistrã, si enim sepe redit, & non indiget alia cura. Si autem non redit hoc modo, tunc oportet ut adhibeas ministrum fortem, & extendat crus luxatum ab inferiõri parte, aut manibus suis, aut ligamento, quod ligatur supra eius genu, & minister alius extendat manum eius desuper, ita ut intror mittat manus suas sub titillitibus eius, deinde stringat ligamento leni super radicem coxæ & teneat extremitatem ligamenti alius tertius. Et sit extensio eius, aut ab inferiõri à parte inguinis ad partem surculæ, aut à posteriori ad partem dorsif. Et fiat extensio earum omnium simul, ita ut eleuetur homo luxationem passum cum corpore suo à terra, & remaneat pendens. Hæc ratio mendendi per extensionem communis speciebus quatuor. Si ergo redit dislocatio hac curatione erit bonum, & si non, tunc necesse est singulis speciebus suam propriam adhibere curationẽ. In reductione quidem propria eius speciei, quando dislocatio est ad interiora, oportet ut relupinetur infirmus super latus suum sanum, deinde ponatur ligamentum super radicẽ coxæ, in eo quod est intra caput coxæ, & locum qui est sub inguine. Deinde de extende ligamentum sursum à parte inguinis ad anteriorem partem corporis

corporis ad partem surculæ, deinde accipiat minister alius fortis brachia eius, & munit locum crasium coxæ luxatæ, & uehementer extendat ad exteriora, sic enim solet redire in locum suum. Et hæc species est curæ facilioris reliquis speciebus, qua reducitur hoc membrum. Si autem hæc curatio non sufficit, membrumq; luxatum restitui hoc modo non potest, tunc oportet ut ligentur ambo pedes hominis simul, ligamento forti leui super utrumq; calcaneum, & super utraq; genua, & sit longitudo cuiusq; ligamenti pro quantitate partium. Et sit crus infirmi extensum plus altero quantitate duorum digitorum, deinde suspendatur infirmus super caput ligni quod sit in domo, & sit longitudo eius à terra quantitas duorum brachiorum, deinde præcipe iuueni forti ut munit caput coxæ, in omnesq; partes moueat donec in naturalẽ locum restituat, sic enim sepe celeriter iunctura redit ad locum suum. Cum autem in anteriorem partem luxatio tendit, alia ratio est reducẽdi luxatas partes, oportet enim ut iaceat infirmus super podium, quemadmodum narrauimus in habente gibbositatem. Et stringatur ligamẽtum super crus eius, & super pectus eius, deinde ponatur duo ligna, unum ad pedes eius, & alterũ iuxta caput, deinde ponatur additum in medio podij fixum bene, super quod inuoluiti sint panni humididi, ut non secat in firmum, ut sit lignum inter coxas eius, ut non attrahatur ad inferiora dum extenditur, deinde extendant ministri diuersi in diuersas partes, & medicus æquet reductionem manu sua. Si ergo hoc modo restituitur, & manet sanaturus, nihil est quod requiras amplius, sed si non potest hac ratione reduci in locum suum, pone super ipsam tabulam & pret me ipsam, sicut diximus in gibbositate æqualiter. Oportet autem ut iaceat infirmus super latus suum sanum. Et quando dislocatio est ad anteriora, tunc oportet ut extendatur crus infirmi uelociter, & ponat medicus palmam manus sue dextrę super inguen infirmum, deinde coartet ipsum manum altera. Et cum illa coartatione pone ipsum extensum ad inferiora ad partem genu. Et si dislocatio est ad posteriora, tunc oportet ut extẽdatur infirmus ad inferiora, & sit eleuatus super terram, imò oportet ut sit positus super rem duram, sicut oportet etiam si dislocatur ancha eius ad exteriora, sicut illud quod diximus de accubitu eius super duas anchas, & est super faciem suam, & ligamenta extensa, quemadmodũ diximus supra. Et oportet ut administretur compressio cum tabula etiam super locum ad quem egreditur iunctura. Cum ergo cõpleatur reditio, quemadmodum naturalis

habitus exigit. Porro si cupis scire an membrum loco suo sit restitutum, extendas duo crura infirmi, & quando uides ea aequalia, & infirmus stringit crura sua, & expandit ipsum, tunc scias quod redit membrum in naturalē habitum, tunc cōiunge duas coxas, & pone emplastrum, & stringe firmo & apto ligamento, ita ut non moueatur ancha ad aliquam partium, & infirmus quiescat tribus diebus, aut quatuor, deinde solue ligamentum & emplastrum. Et compara crura altero, si uides ea aequalia in statu, tunc scias quod dislocatio iam firmata est. Igitur ambulare poterit paululū primum & sic pedetētim uenire ad exercitationes ualidiores. Si uides aliquid molli- ficationis, tūc redi & emplastra illud, & stringe sicut prius, & dimitte illud tribus diebus, deinde solue illud, & denuo pedetētim ambulet, ne ualidius exerceatur primo aliquot diebus, donec confortetur bene.

De cura dislocationis genui, Cap. XXXII.

Genu dislocatur tribus modis, scilicet ad exteriora, inferiora, & ad interiora. Et nō dislocatur ad anteriora. Cum uoles scire an genu sit luxatum, precipias infirmo ut applicet crura ad coxam suam. Si non adheret cum coxa, tunc scias quod genu est dislocatum. Et restauratio luxati genu est communis omnibus dislocationis modis. Iubeas sedere infirmū erectum, ita ut extendat crura sua si potest, adherat dorso tuo, & pone pedem eius inter pedes tuos, deinde adherere fac genu eius cum palmis tuis & reta eas inter digitos tuos super genu eius, deinde fortiter applica cum palma tua duo latera genu eius. Et minister alius extēdat pedem eius donec redeat genu ad locum suū. Et signū restitutæ partis luxatæ est, quod adheret crura cum coxa sine magno dolore, deinde emplastra ipsum, & adherere fac crura cum coxa, deinde liga simul cum uicta tribus diebus aut quatuor, deinde solue ea, & non utatur infirmus ambulatione aliquot diebus, donec confortetur. Si autem luxatio ita restitui non potest, tunc ad sinistra extensionem fortem cum ligamenti anchæ, donec redeat, cuius curationis meminimus cum ageremus de remedijs anchæ.

De curatione dislocationis calcanei, Cap. XXXIII.

Calcaneus quandoque parum luxatur, & quandoque dislocatur profusus. Et dislocatio eius fit ad interiora, aut ad exteriora. Et signum dislocationis eius est, calcaneus inflatus procedens ad partē ad quā dislocatur. Curatio autem huius luxationis est facilis. Oportet autem ut extendatur manibus, & æquetur donec redeat. In curatione autem eius quando

quando dislocatur profusus oportet ut facias sedere infirmum rectum & teneat ipsum minister ualidus à posteriori parte dorso in medio ipsius, deinde tene tu cum manu tua dextra pedem eius à superiori parte eius, & cum manu tua sinistra ab inferiori parte pedis eius in loco cauillæ deinde trahere pedem ad te cum manu tua dextra, deinde cum sinistra atque hoc bis facito, deinde extēde cum sinistra, & impelle pectus pedis cū dextra uersus crura. Et illud quoque bis facito, sed leniter, ut non magno afficiat dolore, deinde impelle pectus pedis ad crura, & hoc ter fac, & tu trahes cauillam. Si ergo, ubi hoc feceris semel atque iterum, redit in locū suū secundū hunc modū, & uides pedem æquatū, est bonum. Et si non, tunc iterum eandem curam tandem restituetur. Si autem omnino hac ratione non potest curari, tunc iaceat infirmus super dorsum suum super terram, & fige paxillū in terra firmatum ualde, ut cadat inter coxas eius, & ubi inuoluiti super ipsum pannum ut non lædat infirmum, teneat minister coxam eius. postea extendat minister alter pedem, aut cum manibus suis, aut cum ligamento quod liget super collum pedis, deinde extēdat uterque minister ita ut bene & satis ualide liget. Et paxillus stet inter duas coxas infirmi, retinēs eum ut non attrahat corpus suum ad inferiora, deinde æquet medicus dislocationem manibus suis & minister alter teneat crura sanum ad inferiora. Sic enim sæpe solet luxatio restitui breui tempore. Quando ergo redit dislocatio, & est satis spe data tibi sanitas reditionis eius, tunc pone emplastrum & stuppā, & stringe ipsam ligamenti firmiter, & liga pedem ligamento ad crura. Et oportet ut caueas uel timeas de nervis qui sunt supra calcaneum posteriorius, ut non sit ligamentum super eos uehemens, & lædat eos, deinde dimitte ipsum duobus diebus, aut tribus. Quod si laxius erit ligamentum stringe ipsum, deinde solue ipsum in die tertio, aut quarto, & prohibe infirmū ab ambulatione quadraginta diebus. Si uero conatur ambulare ante illud tempus, non est quod sis securus, nam rursus loco mouetur luxata pars & corrumpitur ita ut postea non facile recipiat curationem. Quod si accidat apostema calidum, tunc oportet ut tu administres ad sedationē eius, illa quæ sæpe diximus iam suis locis.

De curatione dislocationis digitorum pedis, Cap. XXXIII.

Oportet ut æquetur quod dislocatur ex eis cum extensione parca absque labore. Et illud quidem non est difficile. Si autem dislocatio est in quibusdam nodis digitorum pedis, tunc oportet ut por-

nat infirmus pedem suum super locum equalem terræ, aut super tabulam
& sicut ambulans, deinde tu sta & pone pedem tuum super illud quod
eminet ex illis iuncturis, & calca illud cum pede tuo fortiter donec redeat,
ut videas ipsum iam æquatam, & non appareat in loco eminentia, deinde
pone sub vtre pedis eius tabulam quæ capiat pedem totum, cui sunt duo
capita, deinde stringe ipsum stricture apta firmatq;, tribus diebus, deinde
solue ipsum, & iube quiescere eum ab ambulatione diebus multis donec
stringatur, & ita confirmetur ut nullum periculum sit amplius ne redeat,
rursus luxetur.

*De speciebus dislocationis que fit cum uulnere, aut cum fractura,
aut cum utriusque simili, Cap. XXXV.*

Siliquid ex illo accidit, & moliris curatione & restorationem eius,
scire debes quod plerunque huiusmodi luxationes cum uulneribus
coniunctæ, letales sunt. Propterea non est temere quicquam agendi,
aut conandum huiusmodi malo. Nec est idoneus ad hæc tractanda,
nisi qui est prudens in arte, longi usus, misericors, pius, cunctator, non au-
dax, neq; præsumptuosus, & utatur in principio medicinis quæ sedet apo-
stema calidum. Prædicendo periculum, caueat hic prudens medicus ne seipsum
& saluberrimam artē medicam dedecoret infametur, quod fit cum in mor-
bis deploratis & letalibus, spem faciunt non solum perituris, quod nihil ob-
est, sed etiam familiaribus, astantibus & amicis ægrotorū. Vbi igitur præ-
dixeris pericula, conare reductionem eius statim in principio rei ante quā
accidat apostema calidum. Cum igitur mēbrum restitutum fuerit in suum quē
debet habere natura locum, tunc administra regimen quod prohibeat &
sedet apostema calida, & cura uulnus. Oportet diligenter omnia expurgari
& auferre quæ prohibent restitutionem & conglutinationem. Quid
autem hic agendum sit ex supra dictis pete. Porro quod sæpe iam monui,
denuo repetendum duxi. Nempe quod prudenti uiro medico etiam atq;
etiam cauendum est ab omni uanitate & mendatio, nihilq; facit ex auaritia,
sed in omnibus ita faciat & ambulet, ut sciat se habere testem peruidetem
omnia deum, rerum omnium sapientissimum opificem & curatorem. A
quo est omnis uirtus, omnis medicina, omnis in omnibus successus, cui so-
li sit omnis gloria, Amen.

*Ufus curandi instrumentorum idoneorum depictæ effigies auctore
Albucaze libri ultimi finit.*

Hoc mundi fabricæ eiusq; decorem, de terrestri substantia
Deus hominē formare, uitæq; spiraculū in eo, uelut de cœ-
lesti uoluit inspirare, de terrestri quidem, seu debili fragi-
liq; materia, ut ponderis sibi grauedinem inesse: de cælesti
uero, uelut de pura, sublimi, gloriosaq; substātia, ut cordi
tori simile cœlestibusq; in gratia cœquale cognosceret, ac de uno scilicet
terrena perciperet, de alio diuinis cultibus sese rationabiliter subderet.
Hunc ergo deus forma, sapientia sine defectu ditauit, liberi arbitrij præro-
gatiua gloriosissima decorauit: & quod ei faciendū uel non faciendū so-
ret, diligentissime prædicauit. Domini ergo præcepti uiolator exiles,
pro partū uarietate, diuersa sibi supplicia geminuit, ut de scientia rectissi-
me ad ignorantiam, de regno ad exilium, de luce ad tenebras, de delictis ad
miserias, de summo gaudio mitteret ad tristitiam, ut prauus & grauius aci-
cidentibus iustissime subderet. Summus uero o medicus, cœlestis partis mi-
seric, sibi retinuit, terrestris uero, nobis quoq; curandā reliquit. Huius autē
aliam curā ueri doctrinarū, aliā uero practicarū, ministrum iussit. Et sicut
humano corpori uaria accidentia interioris & forinsecus cōsurgunt, ita ad
singula sua beneficia dare consuevit, quæ igit accidentibus in corpore cō-
surgentibus principaliter obuiat practicæ nomen obtinuit. Quod uero
corruptionibus aduentibus extrinsecus in corpore, continuitatē dissolu-
uendo lædentibus, obijcit, & nominis & beneficij dignitate Chirurgiæ si-
bi nomen uendicauit. Quam innumerabilem scitorum nostrorum sapi-
entum, & illustrium uirorum intermissione non digna repulsa, ut operari
consueuimus, in scriptis redigere deliberata ratione decreuimus, ut scien-
tiam quam à nobis receperint retinere ualeant, ac nos sempiternam lau-
dem gloriosam consequi mereamur. Hoc autem opus in quatuor partes
distinguentium consulte præuidimus, ut pro uarietate partium humani
corporis, causarum uarietates competētius assignantes, huic operi finem
laudabilem imponere ualeamus. Notantes, sicut diligens operator, quos
libet morbos in quatuor partes corporis accidisse, præuiderit. In prima
V 5 igitur

igitur curas & signa huius operis requirat, quæ ab ea parte recepit uocabulum. Curas ergo capitibus uelut digniores primo prosequamur singulaque capitula huius libri, prout prosequi oportet, ordine tractabimus &c.

C A P I T A L I B R I P R I M I.

DE signis læsionis panniculorum & quot modis caput uulnere
 De fract. cranei cum magno uul. cap. 1
 De superflua carne nascens supra duram matrem cap. 2
 De superflua carne nascens supra cranium cap. 3
 De apostolico chirurgico quomodo coponatur, & ad quod ualeat cap. 4
 De fractura cranei magna cum striccto uulnere cap. 5
 De cura fracturæ cranei cap. 6
 De fract. cranei in modum rimule cap. 7
 De fractura cranei in altera partem depressam cap. 8
 De uulnere capitis sine fractura cranei cap. 9
 De embrochis in uul. capitis cap. 10
 De ungento fusco cap. 11
 De tumore capitis absque uul. & quibus signis cognoscitur cap. 12
 De tumore capitis sine uulnere, & sine fractura cranei cap. 13
 De uulnere capitis cum incisa cute, & craneo cap. 14
 De puluere rubeo cap. 15
 De cute incisa cum parte aliqua cranei cap. 16
 De cute incisa sine cranei uul. cap. 17
 De uulnere capitis procedens usque ad substantiam cerebri cap. 18
 De sutura nasi & aliorum membrorum cap. 19
 De modo extrahendi telum cap. 20
 De sagitta barbulata quomodo sit extrahenda cap. 21
 De uulnere capitis telo, uel alio simili uulnere cap. 22
 De tinea cum euulsione capillorum curabili & incurabili cap. 23
 De tinea sine euulsione capillorum cap. 24
 De alijs superfluitatibus quæ sunt in capite cap. 25
 De superfluitatibus nascentibus in capite similes scrophulis cap. 26
 De puluere aphrodeli & quomodo preparatur cap. 27
 De scrophula immobili cap. 28
 De mania & melancholia cap. 29
 De epilepsia cap. 30
 De oculorum lachrymâ & pilis cap. 31
 De oculorum panniculo corroden- do cap. 32
 De oculorum rubore & inflatione cap. 33
 De oculis sanguinolentis & inuersione interioris palpebræ cap. 34
 De fistula oculorum cap. 35
 De superflua carne quæ nascitur in naso cap. 36
 De polypo & signis eius cap. 37
 De cancro in labijs, naribus, palato, & gingiuis cap. 38
 De fistula labiorum, & cura eiusdem cap. 39
 De punctura labiorum cap. 40
 De mandibulæ disfunctione cap. 41
 De fractura mandibulæ cap. 42
 De fistula mandibulæ cap. 43
 De cancro mandibulæ cap. 44
 De impetigine cap. 45

De Serpentine

De Serpentine cap. 49
 De morpha alba cap. 50
 De morpha nigra cap. 51
 De dolore aurium cap. 52

De signis læsionis panniculorum & quot modis caput uulnere, Caput I.

Caput uulnerari diuersis modis contingit. Vulneratur enim aliquando cum cranei fractura, aliquando sine fractura cranei. Fractura uero cranei cum uulnere aliquoties est magna & manifesta, aliquoties parua. Sed tam magna quam parua, una est cum magno & largo uulnere, altera cum paruo & striccto. Quæcunque uero fractura cranei sit, de læsione panniculorum cerebri quam diligentissime semper animaduertendum. Nam aliquando dura mater, nonnunquam pia mater læditur. Dura mater si læditur, his signis cognoscitur: Adest dolor capitis, rubor faciei, oculorum inflammatio, alienatio mentis, lingue nigritudo. Pia matris læsionem autem, hæc signa manifestant: Defectus uirtutis, ablatio uocis, pustulæ superuenientes in facie, sanguinis & saniei fluxus è naribus auribusque, consipatio uentris, & quod deterius est rigor corporis totius ter uel quater in die infirmum inuadens, quod est certum signum mortis, & omnibus siue pluribus superuenientibus de supradictis ad centum usque dies mors expectatur. Hæc igitur de fractura cranei factis esse non dubito, nunc qualiter fracturæ cranei subueniendum sit prosequi necessarium censeo.

De fractura cranei cum magno uulnere, Cap. II.

Fractura cranei si magna fuerit & manifesta cum amplo & largo uulnere, ut si fiat ense, uel aliquo simili, ita quidem ut os, uel aliud debeat extrahi, nisi sanguis multus fluat, uel aliud præsto sit impedi- mentum, ilico extrahatur, & cum penna summa cum diligentia & caute- la subtilissimus pannus ut ex obliquo inter cranium & duram matrem im- mittatur. In ore uero fracturæ cranei, pannus de lino, uel de serico quod longe melius est, extremitatesque panni undique sub craneo prouide acci- ligenter immittantur, ne putredo ab exterioribus fluens, ad duram ma- trim decurrat, & maiorem læsionem cerebro inferat. Spongia uero marina diligenter lota & exiccata, non inutile iudicatur: Hæc enim pur- tredinem ab exterioribus deriuantem, uelut bibula recipit. Uulnus autem totum extrinsecus undique petijs lineis in albumine ouiummersis, &

V 4 rursus

rursus aliquantum expressis quam diligentissime repleatur, & plumaceolus desuper ponatur. Et pro uarietate partis capitis cautè ligetur prout tempus exigit, scilicet in hyeme bis, in æstate ter, patiensq; decumbendo super dolentem partem locetur. Cum hac cura usq; ad cranei plenam & perfectam resaurationem insistentium ac perseverandum est.

De superflua carne nascens supra duram matrem, Cap. III.

CAro superflua si adnascitur uel excrescit ante cranei curationem integram supra duram matrem, spongia marina non bene lota, & exiccata apponetur, quousq; superflua caro consumatur.

De superflua carne nascens supra craneum, Cap. IIIII.

SI post curationem cranei caro superflua supra ipsum craneum crescit, puluerem de hermodactylis sicure, & absq; periculo apponere consuetum est. Vulnus autem extrinsecus cum solo panno, & carpiã usq; ad finem perfecte curamus. Post uulneris consolidationem uero apostolicum chirurgicum superponendum esse consulo.

De apostolico chirurgico quomodo componatur & ad quid ualeat, Cap. V.

Recipe picis naualis lib. s. galbani, serapini, ammoniaci, opopanaei, añ. unc. s. caræ unc. s. acetib. s. fiat autem eo modo: Acetum cum gũmis ponatur in stagnato quæ non debent teri, & reliqua prædicta supra ignem in cacabo ponatur donec liquefiant, post liquefacti onem parũ de eo ponetur in aquã frigidam, & cum coagulatur & colorẽ immutat, pix græca in supra dicta quantitate puluerizata cum massiche, & olibano añ. unc. s. cum prædictis mittantur in stagnatum, & cum spatula agitando bene in simul omnia incorporentur. Cum autem de subalbidi quasi citrini fuerit coloris, habes signum plenæ decoctionis. Stagnatum ergo remoueas & unc. s. terebinthinæ addas, & cum prædictis diligenter incorporato. Hæc autem omnia per faculum super aquam frigidam cola, & manibus inunctis oleo laurino, uel aliquo liquore malaciffa iuxta ignem, aqua tamen abstracta ut inde magdaleones informare ualeas. Vælet autem apostolicum chirurgicum præcipue ad splenem, & ossibus consolidatis, ualeat & quoque ad consolidationem ossium, & uulnerum, similiter ad dolorem ex fractura pectoris, quæ sit ex concussione, casu, aut percussione.

De fractura

De fractura cranei magna cum stricto uulnere, Cap. VI.

Fractura cranei si est magna, uulnus autem in superficie strictum, ita ut de quantitate fracturæ cranei plene certificari non possis, immitendus est digitus in uulnus, & diligenter tentandum ipso digito, nullo enim alio modo fractura cranei melius dinoscitur quam tactu digiti. Postquam ergo quantitatem fracturæ maiori ex parte cognoueris, uulnus strictum, in modum crucis cum rasorio incidas,



& cum instrumento aliquo cutim à craneo separa,



& nisi multus sanguis, uel aliud quid impediatur os, uel id quod est abstrahendum, picariolis ilico abstrahas. Quod si multus sanguis superuenit, uel aliquid impedit, licet etiam tua beneficia differas quousq; illa cessauerint. Remouenda uero statim competenter, si saltem potes remoueas, & pannum inter duram matrem & craneum cum penna diligenter immittas, & quæcunque superius in cura facienda docuimus intra craneum profere quando ne negligas.


De cura fracture cranei, Cap. VII.

Extra craneum uero & carnatu is ipsi intra se constrictis & coartatis, totũ uulnus demũ lineo in albumine oui primo immerso panno etiam præparato bene impleatur, deinde plumaceolus de panno superponatur, & pro uarietate partis capitis ligetur, sicq; à mane usque uespere, & e contra dimittatur. Cum autem ad idem uulnus redieris & quarte rios tumefactos inueneris bonum erit signum, si uero diminutas & mortificatos esse cognoueris malum. Cum hac ergo cura insistas extrinsecus quousque craneum reseratũ esse cognoueris, & tunc pannus diminuatũ, &

tur, & quarterios prædictos ad proprium locum redire compellas, & usq[ue] ad finem carpiæ, uel aliquo panno curare non dubites. In uulneribus enim ubi fractura cranei non est, solum pannum immittimus. Et à secundo uel tertio die non infulum ungetum, uel aliquod unctuosum immittere omnino refugimus. Apostolicum autem chirurgicum supra corium, uel aliud quiddam in sine apponere, & uti consuetum est.

De fractura cranei in modum rimulæ, Cap. VIII.

Craneum in modum rimulæ findi sæpe contingit, ita scilicet, ut neque depressior, neque eleuatio altera pars uideatur, & utrum fractura talis usque ad interiora descendat non dinoscatur. Vt ergo possis certus hac in causa esse teneat infirmus os & nares clausas, & infufflet uiriliter. Et si per rimulam illam aliquid exhalauerit scias craneum usque ad cerebrum esse fractum cui subuenire curabis. Si uulnus est strictum, reddatur amplum, & nisi sanguis, uel aliud quid impediatur, statim intra rimulam terebello summa cautela ex utraq[ue] parte rimulæ forato,



& quot foramina congrua uidebuntur tot facias. Postea spatumili ab uno foramine ad aliud ipsum craneum incidas,



ita scilicet, & ne ad extremitatem rimulæ talis incisio ueniat, ut putredinem quæ supra cerebrum deriuauerat, bombace, uel subtilissimo panno lineo ex obliquo inter cerebrum & craneum, penna immissa diligenter abstrahere ualeas. In huius autem uulneris cura, & cætera sunt exequenda quæ in prædictis docuimus.

De fractura

De fractura cranei in alteram partem depressam, Cap. IX.

Sil uero craneum ita fractum est, ut in alteram partem sit depressum, ut non possit segregari frustulum facile ex illa parte ex qua adheret, perforare incipito, & quot tibi uisa fuerint foramina necessaria facias, deinde cum spatumili



& alijs ut iam dictum est curam adhibeas.

De uulnere capitis sine fractura cranei, Cap. X.

Vulnus si fuerit in capite sine fractura cranei, statim panno lineo in albimine oui imbuto, & aliquantulum expresso totum diligenter undiq[ue] repleatur. Et si tempus hyemis fuerit embrocha superponatur quousq[ue] saniem faciat huiusmodi uulnus.

De embrocha in uulnere capitis, Cap. XI.

Recipe foliorum brancæ ursinæ, maluæ & bisimaluæ, parietariæ, uolubilis maioris añ. M. i. pistentur bene cum lib. s. auxungia, & simul incorporentur cum libris tribus farinæ tritici, & farinæ feminis lini, & scenugræci añ. unc. 2. omnia ista in sicili uale cum rubeo uino incorporentur, & postea super lentum ignem pone cum spatumili agitando donec inspissentur, & spissatum usui referuato temporeq[ue] hyemis necessitate urgente utitor.

Embrocha tempore æstatis.

Recipe maluæ cum folijs, solatri, memithes añ. M. i. pista cum unc. 3. auxungia non falsæ. Si uero cares memithe, loco eius sume umbilicum ueneris, uel cassilaginem, & uiolariam, istas pista & succum extrahere, postea misce cum prædictis. Vinum quantum est succi, & mellis unc. 3. sume & misce simul omnia diu agitando cum spatumili, admoueto igni donec inspissentur: deinde usui referua. Has embrochas pro diuersitate temporis ponimus, usq[ue] quo uulnus saniem mittat, & ipsa dilatas in panno apponimus, postquæ autem saniem reddiderit pannum siccu[m] in uulnere reponi

re ponimus quousque pus exiccetur. Cum autem exiccatum fuerit carpiam superponamus, & secundum quod caro excreuerit pannum, uel carpiam subtrahimus. A die autem rheumatis quousque uulnus sit exiccatum ungentum fuscum uulneri applicamus.

De ungento fusco, Cap. XII.

Recipe olei communis, septi arietis an. lib. i. picis naualis lib. s. picis græcæ unc. 3. cæræ unc. 3. in æstate, in hyeme unc. 2. mastichæ, olibani, galbani, ammoniaci, serapini, opopanacis, terebinthinae an. unc. s. conficitur sic: Oleum & sepum, cæra, pix naualis, & gummi quæ non debent teri in stagnato super ignem ponantur, de malliche uero & olibano, ac pice græca fiat puluis, qui supra dictis liquefactis commisceatur & omnia hæc super ignem cum spatula agitando incorporantur. Signum decoctionis est quando gutta supra marmor distillata adheret. Post decoctionem ab igne deponatur, tunc addatur terebinthina, deinde coletur per pannum & usui reseruetur. Valet hoc ungentum ad omnes plagas nouas, bonam namque generat carnem, & malam corrodit, saniem generat eademque educit. In reliquis uero fiat cura superius scripta.

De tumore capitis sine uulnere, Cap. XIII.

Tumor capitis aliquando fit ex percussura ab aliquo uulnere, quandoque cum fractura cranei, quandoque sine fractura eius. Fractura cranei quandoque per tactum fit manifesta, quandoque eo non percipitur. Sed quando fractura percipitur locus in modum crucis cum rasorio incidatur,



& cuncta per ordinem deinde prosequamur quæ superius in fractura capitis diximus.

De fractura cranei occulta & quibus signis cognoscitur, Cap. XIII.

Cranei fractura si est occulta, & ferè in modum rimulæ, cognoscitur per inditia quæ circa ægrum tibi uidentur idonea usque ad quintum uel septimum diem, ut si male appetat, male digeratur, male dormiat,

miam, uix assellet & urinam emittat, si calore febrili oppressus, tunc certum est signum fracturæ cranei.

Circa.

Hæc cutis in modum crucis cum rasorio incidatur,




& cuncta per ordinem prosequantur, ut prædictum est.

De tumore capitis sine uulnere, & sine fractura cranei, Cap. XV.

Vando tumor sine uulnere, & sine fractura cranei est ex plagis, per patientis inditia cognosces usque ad quintum uel septimum diem, uerbi gratia, si bene appetit, bene digerit, assellet, urinet, & sit liber à calore febrili, tunc certum est craneum non esse fractum. Tunc apponenda sunt quæ repellant tumorem, fiat ergo talis embrocha.

Recipe absinthij, arthemisiæ, maluæ communis an. M. i. hæc omnia terantur, & ipsis tritis addantur unc. 3. de auxungia, omnia hæc bene simul incorporentur, & farinae frumenti unc. 3. admisceantur, & cum uino incorporentur, & ponantur ad ignem agitando cum spatula donec ad spissitudinem usque perueniat, talis embrocha loco patienti superponatur quousque maturet. Postea uero ut locus magis dependet cum sagittula aperiatur,



& sanies tota manibus exprimatur, & si opus fuerit digitus immittatur, & reliqua prosequantur ut in apostematum cura dicemus.

De uulnere capitis cum incisa cute & craneo, Cap. XVI.

Slex uulnere capitis est cutis cum craneo incisa ense, uel aliquo simili, aut casu, & si cutis ipsa dilaniata, uel incisa depedet, tunc cutis ipsa incidatur per medium usque ad craneum fractum, & ab illo craneo separetur os cranei & projiciatur, et cutis ipsa ex utraque parte suatur. Incipiat

X

tur à superiori

tur à superiori & fiat imus punctus cum acu subtili quadrata, & filo serico, & ipse punctus firmiter nectetur, alius punctus eodē modo firmiter, & tot in hunc ordinē fiant quot necessarias esse ab utraque parte cognoueris. In ferio uero pars ab utraque parte relinquatur aperta, ut per illos meatus uulnus decenter possit curari, & super hanc fracturam ponatur puluis rubeus consolidatiuus ut sequitur.

De puluere rubeo, Cap. XVII.

Recipe consolidæ maioris, boli armeni añ. unc. i. picis græcæ unc. 3. mastich. olibani añ. unc. s. sanguinis draconis, mumie añ. unc. 2. quæ omnia terentur & usui referuentur. Sic puluis ualet ad sanguinem constringendum, ad consolidationem ossis & carnis, post suturam cito etiam pellem supra uulnus inducit. Sic ergo puluis superponatur tali suture ut diximus, supra ipsum autem puluerem folium plantaginis, uel aliud, in extremitatibus suellum impone. Plumaceolum de panno apponere consueuimus, ut comprimendo aliquantulum sanies inferius descendat, & uulnus diligentius curari & sanari possit. Puluis autem usque ad 8. diem bis in die superponatur quousque caro conerescit & consolidatur. Tunc prædictos punctos dissoluimus, & folium plantaginis rursus abstrahimus, & usque ad perfectam consolidationem cum panno, uel carpia & alijs ut diximus subuenire consueuimus. In illa incisione quæ facta est à medico ponatur pannus siccus, & curetur intra cranium & extra.

De cute incisa cum parte aliqua cranei, Cap. XVIII.

Siuero de craneo ita parum est separatum cum cute, ut ad interiorē partem non peruenierit, tantillum ossis acute remouemus, ut in carteris & eandem curam adhibeamus quam in supradicta futura diximus, excepto quod non debet findi per medium, ne intra cranium aliqua possint imponi.

De cute incisa sine uulnere cranei, Cap. XIX.

SIcutis sine craneo, ex uulnere uel à calu, à capite sit segregata, curetur ea curatione ut prædiximus.

De uulnere capitis procedens usque ad substantiam cerebri, Cap. XX.

Vlnus si fuerit in contumacia capitis ante uel retro, ita quod ad substantiam cerebri procedat, mortale est. Si uero à superioribus descendat ad inferiora, ita quod ad cerebrum non procedat, sed per nares, uel aures, uel ad aliam partem huiusmodi descendat, non est mortale. Curam talium uulnerum habes in prædictis.

De sutura

De sutura nisi et aliorum membrorum, Cap. XXI.

Vlnus si in facie, uel naso, labio, uel in aliqua nobili parte corporis fuerit quod sui debeat, & primo partem parti reddere, & superficiem ipsam cutis in quantum respōdet, quod tamen durare possit, cum acu subtili & filo serico suere consueuimus, & singillatim punctum quemlibet per se figando, & unum ab alio modice figendo. Cæterum si nasus ex transuerso cum labio sit incisus, quodlibet in locum suum reponimus, & quam diligentissime colligamus, & ut superius dictū est suimus, ac ex utraque parte nasi plumaceolum ponimus de panno, & cum sustentaculis in modum capistrone ad aliquā partem uagari possit. Si uero necessarium fuerit suellum naribus imponimus, ut per illos meatus sanies compe tentius educatur. In omnibus ergo suturis extremitates relinquimus aper tas, quo & suellum immittere ibidem ualeamus, & per illos meatus sanie effectam purgemus, nisi in locis carthilaginosis in quibus meatus non est dimittendus, quia alij meatus se expurgant, ut in naso, in auribus, uirga, & in similibus. Puluerem uero rubeum de quo iam prædiximus, usque ad uicesimum diem superponimus. Et reliqua quæ dicta sunt circa ista superius semper diligenter attendenda.

De modo extrahendi telum, Cap. XXII.

Siquis telo fuerit iaculatus in facie per nares iuxta oculum, uel maxillam, siue in aliquo loco, siue quod ferrum sit in profundo, uel subtiles & angustos meatus intrauerit & tortuosos, licet laboriosum sit extrahere, tamen secundum ingenium quicquid labore qualiterque extrahi possit animo reuoluat. Et si ferrum non careat ligno, iuxta lignum tenta mittatur usque ad ferrum per idem uulnus, & si cognoscatur lignum bene fore coniunctum cum ferro, parum ac parum uibretur, etiam confritto paulatim ligno cum ferro moueatur, & sic cum cautela abstrahat, quia si lignum careat ferro, cognito à patiente quomodo stabat cum iaculabatur sursum uel deorsum, ex recto uel ex obliquo, per uulnus intromittatur teta, & cognita uia ferri, ferrum si poterit abstrahatur, & si non poterit abstrahi absque ulla molestia, melius ut dimittatur. Multi enim retinētes ferrum, post multum temporis uixerunt.


Cur.

Ferro abstrahō statim fiat suellus de lardo & intromittatur, si autem ad eum fuerit profundum ut lardum non sufficiat, talem facias de pan

no lineo & rasura lardi ungetur & sic intronitatur, & desuper plumaceo
lus de panno lini ponatur, & sic ligetur ut ligatura incipiat à loco unde pu
tredo debet fluere. Et si duo sunt foramina illud plus retardetur ad consoli
dandum quod magis dependet, & quod superius est consolidetur, & ita lo
cetur infirmus ut ptreredo ad exteriora non ad interiora decurrat. Si uero
sanguinem in tali uulnere generare secundum temporis uarietatem uolue
ris, embrocham hanc in æstate, illam uero in hyeme pones, quæ diligēter
distincta sunt in cura capitis. Cætera uero fiant ut in alijs curis prædixit
mus, hoc autem non prætermittamus quando sanies coeperit exicari & uul
nus consolidari, diminuatur stuellus secundum purgationem & consoli
dationem uulneris.

De sagitta barbata quomodo sit extrahenda, Cap. XXXIII.

Vidus si fiat de sagitta barbata ita eam extrahimus, si fieri potest
forcipes immittimus,



& cum his barbula illas cautè apprehendimus, & eas torquendo ad stipi
tem replicamus. Quod si fuerit difficile, cannulam aliquam subtilem ænei
am, uel ferream ad illam apponimus,



& ipsam barbulam in concauitatem cannulæ recipimus, & id quoq; in alia
parte facimus, sicq; multo studio ac diligētia extrahimus. Id quoq; duabus
pennis anserinis fieri potest. Reliquum quomodo curandum habes in
prædictis.

De uulnere capitis telo, uel aliquo simili uulnerato, Cap. XXXII.

Capitis superiorem partem licet sagitta, uel aliquo simili contige
rit uulnerari, tamen quia in his cura est difficilis eam non præter
mittimus. Cum uero sagitta uel aliud cranium ab una parte pene
trauit, & per aliā partē cranei exierit, ut si in anteriori parte sit percussus,
& posteriori

& posteriori parte exierit, uel ecōtrario, hæc cura adhibenda. Si mortalia
signa non apparuerint, cutim ab ea parte qua sagitta exiit incidamus, & à
craneo cum instrumento separamus,



& si statim fieri potest cranium iuxta ferrū in modum crucis perforamus,
ut ille meatus sit conuenienter dilatatus, & sic ferrum cautè & prouide exi
trahimus, ab alia uero parte lignum educimus. Cæterum si alteram par
tem cranei sagitta non penetrauerit, & signa bona usque ad quintum uel
septimum diem apparuerint iuxta ferrum uel lignum sicut supradiximus,
cutim incidimus & à craneo separamus, in modum prædictum cum subdi
li terebro perforamus, & ipsam sagittam extrahimus.



Cura totius est hæc quam prædiximus de sutura cranei.


De craneo inferius plicato, Cap. XXV.

Cranium ipsum ad interiora contingit plicari ex ictu, uel casu, si
ne cutis, uel cranei fractura, & motui cerebri non modicum rei
pugnare. Vnde patiens imaginatur in somnijs hostiles pugnas,
surgit dormiendo & rapit arma, & huiusmodi talia uelut uigilans opera
tur. Cuius cura, ut supra locum illum cutis in modum crucis incidatur,


X 3 & cum instrumento



& cum instrumento separetur craneum undique circa plicaturam,



& cum terebello perforetur,



& totum craneum remoueat. Reliqua de fractura cranei prædiximus.

De tincis cum euulsione capillorum curabilium, & incurabilium, Caput XXVI.

Tinearum alia curabilis, alia incurabilis. Incurabilis his signis cognoscitur, cutis est densa & dura, squamas multas emittit, pilos corrodit, huius curam relinquimus. Eius uero quæ est curabilis dux sunt medicinæ. Vna pilos multos educit, & quosdam ualde grossos, & cutis est grossa tum continua non dura. Altera, non habet grossam cutem & scissam, non multo pruritu, & aliquando emittit sanietem, sed in quacunq; istarum sic cum hac cura medetur capillorum euulsionem.

Circa.

Recipe emplastri albi, picis naualis añ. unc. i. nucum communium uncias sex, hæc terantur & in simul incorporentur bene ad modum ungenti, quod si fuerit opus in hyeme, extrahatur oleum ex ipsis nucibus, & iplo

& ipso oleo ungentum illud liquefacias. De hoc ungento per octo uel nouem dies, uel plus ut medico utile uidebitur caput patientis perungas. Cum autem locum illum mortificatum uideris, ipsos capillos radicitus euellas, & quacunq; parte capillos euuleris, iterum quotidie inungas, & cum renati fuerint capilli caput lixiuo lauari facias, & cum capilli fuerint exiccati, caput psylotro inungas, & tam diu super caput dimittas quouisq; capillos facile remouere queas.

Psylotri compositio.

Recipe calcis uiuæ unc. 4. bullias in aqua, & aquæ bulliæti adde auripigmenti quatuor partes unc. i. & s. facq; simul bullire. Signum decorationis est, quando penna aliqua immisiss, statimq; extracta de facile potest depilari. Postquam ergo tali psylotro capillos euuleris, & super caput ruborem aliquem uideris, rursus inungas, & eadem facias quæ iam supradiximus, quousque caput sine rubore appareat. Cæterum si talis cura non proderit fiat illud ungentum.

Ungentum ad idem.

Recipe staphisagriæ feminis unc. i. ellebori albi unc. i. auripigmenti, uitrioli, aluminis, galli añ. unc. s. Ista omnia pulverizata cum unc. 6. fecis olei, confice de flaura, abrotano agresti, siue domestico, eruca, fumo terræ, lapatio acuto, tithimallo añ. M. i. pista & succum extrahe, & ipsum succum cum fece olei misceas & facias bullire ad prunas. Post adde unc. 3. picis liquidæ. De hoc ungento caput inungas, & in cæteris idem facias quod prædiximus in proxima cura. Si uero habet multos pediculos adde argenti uiui mixti, & extincto cum salua. Quod si locus est rugosus unge cum ueteri sagimine, deinde pilos extrahe, & postea unge cum psylotro & procede ut dictum est superius. Si uero hæc passio non fuerit inueterata, sed de nouo uelut infra annum

eam sine euulsione capillorum curamus.

X 4 Detineis

De tinea sine evulsionem capillorum. Cap. XXVII.

Recipe abrotani agrestis, erucæ agrestis, herbæ flauræ, sumi teretis, arthemisiæ an. M. i. bene pistata in oleo communi pone, & sic relinquito ad tertium, uel nonum usque diem, uel plus ut tibi placuerit, postea bullito herbas prædictas cum oleo, & per discrimina de ipso calido, prout pati poterit mane & sero diligenter inungas, & post inunctionem per discrimina puluerem istum superpone qui sic fit, Recipe staphisagriæ, ellebori albi añ. unc. i. tere & post inunctionem abundanter impone, facq; donec sanus sit.

De alijs superfluitatibus que fiunt in capite. Cap. XXVIII.

Superfluitas quædam nascitur in capite, quæ uulgo psudracia & exanthemata uocat, ad quæ tale ungentum facimus. Recipe sulphuris uiui, argenti uiui añ. unc. 2. cymini, caput purgij drach. s. ista omnia bene puluerizata immisce unc. 3. auxungie & incorpora diligenter, & cum opus fuerit caput inunge. Valet & quoy ad phlegma salsum, & ad melancholiam quæ solet in cruribus euenire, & ad omnem scabiem.


De superfluitatibus nascentibus in capite similes scrophulis, Caput

XXIX.

Superfluitates aliæ nascuntur in capite quæ sunt similes scrophulis, quarum quædam est dura, quædam mobilis, quædam immobilis. Eius que mobilis est, talis est cura: Cum digitis teneatur ab extremis firmiter, & ipsa supra locum illum in modum crucis incidatur,



& cum spatumile talis scrophula unco prius apprehendatur, & post caretur,



& si fieri potest

& si fieri potest cum ipso panniculo intra quem nata est extrahatur, quod si talis panniculus abstrahi non poterit relinquatur. Vlnus impleatur panino infuso albumine oui, & secundo die immittatur puluis asphodilorum, qui panniculum talem corrodat & putrefaciat.

Puluis asphodeli & quomodo preparetur. Cap. XXX.

Recipe succi asphodilorum unc. 6. calcis uiuæ unc. 3. auripigmenti drach. i. cõficiatur hoc modo. Succu bullito in olla, & addatur calx beneq; incorporetur, deinde auripigmentum parum bulli, & pone ad solem, & cum aliquantulum desiccabitur formentur inde trochisci & bene exiccati referuntur. Hic autem puluis ad corroendum talem panniculum immittitur, & cum uulnus tumefactum esse uideris, & desiccatum in uulnere ponendus est pannus in albumine oui infusus. Superius uero suppa cum ouo usq; quo uideas panniculum decoctum, & corruptum, & in uulnus aliquantulum saniem emittere. Curam autem in omnibus adhibeas sicut in uulnere sine fractura cranei diximus.

De scrophula immobili. Cap. XXXI.

Scrophula immobilis est, quæ cutim sub craneo inficit & cõdemnat in unum, ita siquidem ut dura mater cum craneo eadem sit infectio ne coniuncta, & tunc ab ipso craneo uidetur habere principium. Cura est, ut illa cutis tota radicitus separetur, circa uero infectum craneum terebro prouide ac cautè perfora,



& cum spatumili ipsum craneum remoueas,



quia ipsam superfluitatem à dura matre separare ualde est difficile, & periculum inde proueniens ualde timendum. Ideo talem curam potius relinquere quam prosequi desideramus.


De mania

De mania & melancholia, Cap. XXXII.

AD maniam uel melancholiam in summitate capitis incidatur cutis in modum crucis,



& craneum perforetur cum terebello,



ut materia exhalet ad exteriora, patiens autem in uinculis teneatur, & uulnus curetur, sicut de uulneribus curandis prædiximus.

De epilepsia, Cap. XXXIII.

AD epilepsiam fiat ustio ad nodulum in fontinella supra collum, hoc est, in extremitate occipitij.

De oculorum lachrymis & pilis, Cap. XXXIIII.

OCuliquando rubent & lachrymant, & pili præter naturam in palpebris continentur, qui mordicatione facientes lachrymas in oculos cõpellunt, quandoque rubent & lachrymantur, nec pili in palpebris præter naturam continentur, quod si pili præter naturam in eis continentur, sic subueniendum consulo.

Cura pilorum.

Pili si præter naturam in palpebris continentur, & fuerit in palpebris multa carnositas, ut pili superflui uideri non possint, primo fricetur palpebræ interior cum folijs parietariæ, & cum sanguis exierit & carne minuta pili apparent, cum picicariolis et ortis pilis radicitus eyellant. Postea superponatur albumen oui, & si sit in hyeme parum de croco in albumine oui misceatur, & quotiens ibi pili renati fuerint id fiat. Palpebra uero ita ligetur semper ut superius cõprimatur, si uero non fuerit ibi multa carnositas pilos euellas, & cum folijs prædictis palpebras frica ad emissionem sanguinis usque & procede in curatione ut dictum est superius in hac eadem cura.


Aliud.

Recipe succi cimarum, rubi, absinthij cum albumine oui, & superpone.

De cura

De cura lachrymarum sine pilis.

Si uero oculi rubent & lachrymantur, & pili præter naturam in palpebris non continentur, sciendatur uena quæ est in medio frontis, & duæ quæ sunt in temporibus, & cum sanguis fuerit emissus quantum medico uidebitur sufficere, uena illa cum subtili acu apprehendatur, ita tamen quod non perforetur,



& ex alia parte acus trahitur cum filo & bene necatur ne sanguis inde exire possit. In plaga si ponatur lardum per tres dies, primo mittatur caro porcinæ per 10. dies donec purificetur. Cum uero purificata fuerit carnem illam remoueamus & filum extrahamus, & si opus est carpiam, uel aliquid huiusmodi apponimus.

Aliud.

AD oculorum lachrymas constringendas mittatur seton in fontinella cartilagineis auris.

Aliud.

Recipe olibani, mastich. ladanij in seruenti marmore liquefacta, & in frõte lauri posita, in temporibus supra uenas prædictas calidius quam pati poterit ponatur.

Aliud.

Recipe litargirij unc. s. olibani, aloës epatici quartam partem unc. unius, hæc omnia terantur & subtilissime puluerizentur, & cum oleo uiolarum distemperentur, & ad modum ungenti albi conficiatur, cumque opus fuerit ad modum collyrij cum penna oculis intror mittatur. Si uero ibi sit mordicatio, uel arsurum quod sequitur conficiatur.

Cura mordicationis,

Recip. litargirij, aloës epatici, mastiches, pulueriza & confice sic: Recipe cimas rubi, absinthij añ. extrahere succum, & cum tali succo & aqua rosata uicissim utroque pulueres incorporato, & cum opus fuerit oculis imponatur.

De panniculo oculorum corrodendo, Cap. XXXV.

AD panniculum oculorum corrodendum fiat ungentum hoc: Recipe centumgalli, chelidoniae añ. M. i. bene pistato in oleo. olei communis, macerentur que per 5. uel 8. dies donec marcescant, deinde

deinde bullito iuxta ignem, et cum substantia herbarum residet in fundo, remoue ab igne, colatq; per pannum, deinde rursus ponatur ad ignem cum unc. i. cary, & ita simul liquefactis habes signum decoctionis si marvori quid insulum adhæserit. Postea adde viridis æris drach. 2. & cum lento igne bullire facias, probaq; iterum super lapidem, & si habet colorẽ viridem deponere ab igne, & immitte drach. 3. olivani subtilissime pulverizatum, & incorpora cum prædictis, deinde immitte pulveris sarcocollæ pulverizate unc. 2. Et cum oleo communi ista omnia simul cum spatula diligenter agitando, dein per pannum cola & usui reserua, & cum opus fuerit cum penna delicate, & caute in oculorum extremitatibus pone.

Aliud ad idem.

Recipe castorei, olivani, sarcocollæ añ. unc. 2. & s. camphoræ, margaritarum non perforatarum drach. i. viridis æris, ad pondus unius denarij. Conficito sic, castoreum, olivani, sarcocollam, æs viride teratur, in mortario nitido & cal ponatur & agitentur, ut desiccentur, & post in mortario iterum subtilissime terantur. Similiter margaritas pulveriza in mortario diligenter, & cum istis prædictis misce, & in paropside, vel alio simili cum aqua rosata, hæc omnia diligenter conficiantur, & incorporentur, & ad solem desicca, post tertium vero diem similiter cum aqua rosata distemperetur, & ad solem iterum desiccetur, & hoc fiat post octo dies. Desiccata ista & in unum redacta usui reseruetur. Valet enim maxime ad panniculum corroddendum.

De oculorum rubore & inflammatione, Cap. xxxvi.

Oculi si rubent ex sanguine, vel ex alia causa inflati fuerint, & panniculus inest, fiat in hanc mensuram incisio in tribus venis frontis in modum capistri. Patiẽs igitur ponat manum ad summitatem nasi, & ab ea parte qua manus brachij iuncta erit, & ubi super frontem maior digitus terminauerit, signa, prius tamen naso capite, deinde tribus uncijs ad manũ patientis supra auriculam mēsuratis signa ab utraq; parte, & ab eo signo quod est supra aliam auriculam usq; ad signum quod est supra aliam auriculam signum de encausto, vel alio simili protrahas. Item ab alio signo quod est supra auriculam, aliud signum facias ex transverso, quod distat ab eo unc. i. & s. ex utraq; parte illius signi, & similiter cum encausto signum producas ab uno signo ad aliud, & similiter facias ab alia auricula. Signum vero productũ, cum rasorio incidas cutim, & sanguinẽ manare

manare perimite, deinde ferrum calidum producas supra cutim incisam, & ita competenter incidas. Si vero aliquis sit delicatus debilis qui tot incisiones pati non velit nec possit, secũdum prædictum modum supra frontem signa, & in mensura trium unciarũ ad manum patientis signa, & cum encausto lineam ex uno signo ad aliud ex transverso producas. Supra signũ vero incidas & cum ferro candenti incidas, pannum vero in albumine oui insulum quousq; ignis cadat superponas, deinde & alia mitigantia, & ignis incendium reprimantia, post vero plumaceolum. Ligatura vero sit similis sicut in alijs eiusdẽ partis capitulis. Postquã vero ignis ceciderit chordam de panno superimponere, & ita usque ad 30. vel 40. diem istud vulnus apertũ teneas, & post ipsam chordam remoueas & cõsolidari permittas,

De oculis sanguinolentis & inuersione inferioris palpebræ, Cap. xxxvii.

Slex percussione vel aliquo simili sanguis in oculis confurgit, vel etiam extrinsecus quid accidit, sic subuenimus: Recipe ceram noquam & pulchram, cyminum, calefacias ipsam ad ignem, & cyminũ pulverizatum commisce cum ipsa, & de ea emplastrum factum uti non negligas.

Aliud.

Recipe succi absinthij, uerbenæ, & cum aqua rosata misce, & superpone cum stappa, vel aliquo tali. Si vero fuerit hyems ceram adijunge. Si ex vulnere vel apostemate facto sub oculo fiat, inferioris palpebræ inferatio incidatur supra vulnus oculi factum, & male sanatum in obliquo, & plagella de plũbo facta quatuor foraminibus perforata cum palpebra suatur, & plumaceolus in medio ponatur, & ligaminibus pellicula ad superiora comprimatur, & ita per nouem dies vel undecim dimittatur, postea plagella auferatur & curetur vulnus ut cætera vulneta.

De fistula oculorum, Cap. xxxviii.

Locus iuxta oculum & nasum aliquando fistulatur, & ex paruis foramine exit putredo. Primo oculus ad aliam partem cum aliquo instrumento compellatur, & foramen illud amplietur & recte incidatur, & petia albumine oui insasa immittatur usq; ad profunditatem loci. Post si homo fuerit delicatus, per illud foramen mittatur cannula ferrea, vel ænea, & usq; ad profunditatem,

Y si poteris



si poteris per ipsam cannulam ferrum candens immittes, fistule radices decoques, & si ignem timuerit immittatur pilula per prædictam cannulam de unguento ruptorio, quod fit de calce uiua, & capitulo, & dimittatur à terra usque ad nonam, uel à decima nona usque ad uesperas. Postea ponatur ibi petia cum albumine oui donec ignis cadat & euaporet, deinde curetur ut cætera uulnera.

Vnguentum ruptorium.

Accipe capitellum, & calcem uiuam in capitulo resolue & diu misce in modum ungenti incorpora.

De superflua carne que nascitur in naso Cap. XXXIX.

Carnis superfluitas in naso oriens, aliquando est polypus, aliquando non est polypus. Si uidetur esse polypus in ampliori parte nascitur & exit, aliquando nasum & supra labium moratur, cuius curatialis est. Spatumli usque ad profundum euellatur,



uel etiam sagittella incidatur,



& si oportet per interualla, & si in sinu nares eius aliquid emanauerit, tenta de unguento, quod fit calce & sapone, introumitatur. Et de uitellis oui cum oleo communi, postquam uero ignis ceciderit curetur ut cætera uulnera cum unguento uiridi & cæteris, fiat autem unguentum uiride, ut sequitur.

Vnguentum uiride.

Recipe chelidonia, radicem & foliorum centum galli, leuistici agræstis, scabiosæ añ. M. i. Omnes istæ herbe bene pistentur cum lib. i. septi arictis

arictis, & lib. i. olei communis, & sic macerentur septem uel nouem dies. Postea coquantur in stagnato supra ignem donec herbe subsident, deinde coletur per petiam, & colarum in caldario remittatur, & addantur unc. 5. cære in æstate, hyeme tantum duæ, & post liquefactionem addatur pulueris olibani, mastiches & uiridis æris, & ita ebullito usque ad coloris mutationem ita quod uideatur uiride, deponere ab igne, demum adde unc. i. & s. aloë, epatici, prius tamen puluerizati, & in oleo rosato resoluti, & his omnibus ritè peractis usui reseruetur. Valet autem hoc unguentum uiride, ad ueteres plagas, generans bonum carnem malamque corrodit.

Aliud.


Suero infra nares sit penitus carnosum, & magna sit oppilatio nasi, primo secundum foramen per medium introumitatur tassa de succo mali terræ semel, bis, aut tertio si necesse fuerit, postea curetur ferro cal. uel unguento prædicto.

De polypo & signis eius, Cap. XL.

Polypus magis fit intra nares, qui aliquando descendit inferius ac aëre ducente, illuminante se & nares adampliat horum alius est curabilis, alius incurabilis. Signa curabilis polypi sunt hæc: nasus mollior, bene tractabilis cui incisione uel incensione sic subueniendū ut sequit.

Cura.

Caro illa superflua si fieri potest cum subtilissimis tenaculis accipiat,



& quantum fieri potest ad inferiora trahatur, & si totus tenaculis adhaeruerit penitus extirpetur, si uero non totus adhaeruerit incidatur, & si nullo modo tenaculis adhaeruerit nec ad inferiora trahi potuit, tassa de malo terræ sicco, nares elargentur, & introumitetur ferrum concauum factum in modum cannæ, quæ fit de ferro, uel ære per elargatas nares,

Y

per ipsam



per ipsam uero cannam ferream, uel æneam ferrum immittatur, & locus diligenter incidatur uitellumq; oui cum oleo communi superponatur, quo usq; ignis cadat ab eo, postea cura ut cætera uulnera.

Aliud cura.

Ferrum calidum si patiens timuerit per nares, de panno stuellus de ungento ruptorio inunctus intronmittatur cum uitellis oui, & oleo communi superponatur, & cætera quæ diximus in supradicta cura fiant. Alio quando casu contingit, quod per foramina palati exit uirtute naturali expellente, quod si contigerit casu imputetur & uigori naturæ, postea portetur in naso tassa de cæra, ut supra diximus.

Aliud ad polypum.

AD polypum urendum sit tribus digitis supra frontem ad manum patientis, sicut dictum est in paragraho illius capituli qui est de rubore oculorum, tamen cautè utatur ut non usq; ad craneum, sed usque ad musculum uisura procedat. Cæterum cura ut diximus.

De cancro in labijs, naribus, palato, & gingiuis, Cap. XLI.

Cancer aliquando fit in naribus ipsis, palato, labijs, uel gingiuis, & locus ubi sit corroditur in circuitu & rubet, aliquando locus inuertatur, cutis uero non corroditur, sed carnem interius, si uero caro sit undique dura, liuida, uel denigrata non est facilis ad curandum. Sed si est recens, nec locus corrosus multum, hanc curam adhibebimus. In quantum cancer est usque ad uinum incidatur cum rasorio, deinde ferro calidatur, uitelloque oui superposito curetur donec ignis cadat à uulnere. Si uero fuerit in æstate albūmen oui cum uitello & oleo superponat. Quod si aliquid de cancro, uel de carne tabefacta remanserit, ungento ruptorio iterum curetur, deinde cum ouo secundum temporis diuersitatem ut diximus. Cum autem labrum totum, uel nares maculauerit atque corrodent illud

illud membrum tabefactum usque ad uinum incidatur, & post ut diximus diligenter curetur. Quando uero fuerit in palato quod sepe cōtingit, ferro calido, uel auro debet uti. Si uero fuerit in gingiuis loco prius cum acetō diligenter abluto, & per tres dies alumine saccharino fricato, post ablutantur & fricetur locus cum hoc liquore: Recipe uinum uel mel cum acetō æqualiter decoctum, radicem tapsi barbari, † caprifici uel erini, pyret † Echinos Gal. thri, zingiberis & malogranati, hæc omnia simul cum uino, uel melle bulliantur, postea superponatur puluis qui sequitur, loco prius bene absterfo.

Puluis.

Recipe aluminis saccharini, foliorum oliuæ, rosar. origani, corticum malogranati, ossium dactylorum assorum, pyrethri, cancri, cinamo mi, gariophil. nucis muscæ añ. hæc omnia puluerizata superponantur ut diximus, loco autem prius bene abluto cum acetō in quo bullierit calamentum. Superponaturq; leuisticus agrestis dentibus commasticatus, uel etiam puluis eorum quæ relinquuntur in sacco faciendo claretum.

Aliud.

Recipe gariophili, cynamomi, corticum malogranati, ossium dactylorum, aluminis, foliorum oliuarum añ. hæc omnia puluerizata, & gingiuis bene lotis cum acetō & uino supradictō superponatur.

De scissura labiorum & cura eiusdem, Cap. XLII.

AD scissuram labiorum, quæ uulgari nostro dicitur sergium, apud alios dicitur secularia, talis cura fiat: Recipe seminis hyoscyami pone super prunas ardentis, super prunas uero embotum, & fumum qui exit per foramen emboti diu recipiat patiens in labiorum scissura.

Aliud.

Recipe aloës epatici, litargiri, uitrioli, olibani æqualiter & subtilissime pulueriza. Item herbarum flauræ, sumiterræ añ. & succum extrahe. Cum ipso autem succo aliquantulum expresso pulueres diu stempera & incorporato, oleumque uiolarum, uel commune adiuunge, & commisce succos uicissim ad modum ungenti diligenterque incorpora, & cum opus fuerit locum cum inunge.

Y 3 Depunctur

De punctura labiorum, Cap.

XLIII.

Alabiorum puncturam: Recipe amydi, * enecm, & cum syrupo distempera & locum inunge mitigatorium est. Item ungentum album quoq; imponimus, sed conficiendo loco acetii sumetur aquæ rosar. et pro oleo communi oleum uiolarum. Ad arsuram uero labiorum, Recipe alumen saccharini & distempera cum melle, & incorpora ad modum prædicti ungenti, & cum opus fuerit loco impones.

De disjunctura mandibule,

Cap.

XLIIII.

Contingit aliquando mandibularum capita à propria iunctura recedere, quod cognoscitur quia inferiores dentes non coniunguntur recte superioribus, imò ad inferiora & interiora tendunt, nec interiorum molam licet male coniunctam uel segregatam coniungere, sed sic subueniendum: Capita mandibularum sub auribus accipiantur & ad exteriora tantum reducantur quod inferiores dentes superioribus adæquantur, ita scilicet quod ad naturale locum cautissime reducantur, & tunc accipiantur facia, & eleuetur sursum, & tunc ungetur cum dialthea uel marcaton, & ligetur ita quod dentes utriusque mole post consuetudinem proportionaliter se habeant, nec se tamen possint moueri. Diæta eorum sit forbire forbitunculas, ut non moueat mandibulas, & si dolor remanserit, apostolicon chirurgicum apponatur.

De fractura mandibule,

Cap.

XLV.

Sil mandibula ex aliqua parte rupta fuerit, diligenter medicus locum illum tractet. Cognito autem loco rupturæ quomodolibet, ad locum suum proprium cautè reducat, quod cognoscitur per ea quæ dicta sunt in proxima cura de disjunctura mandibulæ. Curetur in omnibus ut prædiximus. Si uero fuerit fractura ossis & carnis, prima pars corpetenter reddatur, & uulnus, ut superius de futura nasi diximus, prouideat diligenter suatur, inferior uero pars aperta relinquatur, & stuellus conueniens intromittatur, pulueremque rubeum, de quo superius narrauimus supra suturam aspergatur. Plumaceolum quoque unum in inferiori parte mandibulæ, alium in superiori parte locamus, & id pro uarietate partis, dictamq; supradictam iniungimus. Puluerem uero bis, uel plus in die aspergimus secundum temporis & patientis oportunitatem.

De fistula

De fistula mandibule, Cap.

XLVI.

Mandibula quandoque fistulatur cum os est strictum, aliquando amplum. Si os est strictum, tenta de succo mali terræ intromittatur, cum uero amplum fuerit os fistule intromittatur ungentum rubeum, & cum eo mortificetur, cum autem mortificata fuerit impones pannum insulum in albumine oui quousque incendium se remouet à fistula. Postquam uero ignis ceciderit cum ungento uiridi, & cæteris curetur ut cætera uulnera. Si uero substantiam ossis corruerit, diligenter est intuentum, & si aliquid est quod separari debeat usq; ad uiuum est recidendum, & cum putredinem albam inde prouenire peripexeris & crassam, scito fistulam esse mortificatam, si autem liquida & aquosa putredo exierit, timendum est in radice dentium fistulam habere principium. Quod si fuerit, dentes illi radicibus sunt euellendi, in fistulam uero tenta mittenda est, & cum ungento uiridi & alijs quæ superius recensuimus usq; ad finem curationis procedendum. Interius uero ponendus puluis, cuius in cura gingiuarum mentionem fecimus.

De cancro mandibule,

Cap.

XLVII.

Cancer si est in mandibulis fiat uisura in fontinella, quæ est retro carnositatem, quæ est in superiori parte auriculæ, in hac autem uisura intromittatur acus: Recipe seminis carthilag. & æqualiter super carbones ardetes impone, & super ipsos carbones pone embotum, & per cannam emboti fumum qui inde egreditur patiens super dentem recipiat. Sic enim fumus qui dolorem facit mirabiliter soluit, & ipsum mitigat.

Cura.

Recipe unc. 6. mellis, unc. 2. lactis, fucus unc. 2. succi maliterræ, ista omnia simul commixta, & in malo terræ concauato mitte, & inde super lentas prunas bullire, & puluerem istum adde: Recipe tartari albi, sinapis albi, añ. unc. 1. piper. al. aluminis saccharini añ. unc. s. boracis unc. 2. olibani, ossis sepiæ añ. unc. 2. ista omnia pulueriza, & in tali liquore imisce, illoq; incorpora, & cum opus fuerit loco prius calefacto ad ignem inunge, cum autem pustulæ crepuerint, ungento albo inunge, licet pro acetum aquam rosarum, & pro oleo communi oleum uiolarum sumas.

Ungentum album quomodo fiat.

Recipe mastic. olibani, añ. unc. s. litargir. plumbi usti añ. unc. 1. ceruise unc. 3. ista omnia terantur & puluerizentur. Conficiat sic: acetum

Y

4 Parum

parum immitte, & prædictos pulveres cum oleo miscendo distempera, & prius acetū aliquantum ibidem impone & iterum misce, & id uicissim, sicq; incorporato. Signum uero plenę decoctionis quando ipsum unguentum æqualiter est, & æqualiter discurret. Valet autem hoc unguentum ad salsum phlegma, & ad mitigandum arsuram quę prouenit ex corruptis humoribus.

De impetigine, Cap.

XLVIII.

Quia uero sunt in facie alix multe superfluitates, ut impetigo, serpigo atq; morphea quælibet, quandoq; totum corpus occupat, quia in facie sunt manifeste, magis ideo de his curas in hac parte ordinamus, & ad impetiginem hanc curam, ut sequitur, præscribimus. Recipe frumentum, & super incudem fabri, uel ferro calido lato tale frumentum comburimus, & exprimimus, ut solet fieri, & liquorem qui ex illo frumento exit calidum sæpe inungimus, ualet enim ad salsum phlegma.

De serpigine, Cap.

XLIX.

Ad serpiginem tale unguentum facimus: Recipe tartarum, uinum album, plumbū uisum, succum cyclaminis, conficiantur oleo com muni, testæ cucurbitæ usæ, puluere fuliginis, pyrethri, oleo com muni, hæc omnia succo cyclaminis & oleo conficiantur uicissim & usui reserua. Cum ergo opus fuerit patiens tali ungeto ungetur, & per triduum non abluat, sed post tertium diem utat balneo, & hæc faciat donec sanus sit.

De morphea alba, Cap.

L.

Morphea aut est alba, aut nigra, quarū una est curabilis ut alba, altera incurabilis scilicet nigra. Alba quæ curabilis est cognoscitur hoc signo, locus pungatur cum acu, si sanguis uitiuus emanauerit curabilis est, si uero aqua alba incurabilis, albæ igitur morphee & curabili tale unguentum ordinamus: Recipe tartari, sulphuris uiui, auripigmenti, salis costi, cristalli, nitri, saponis spataren, argenti uiui, mirrhæ, litargirij, cæræ albæ, olei communis, muscelini, laurini, pinguedinis gallinæ, piperis, mastich, olibani, fecis ladani æqualiter, & puluerizenda puluerizentur & simul cum sulphure, saponem & oleo communi commisce & simul bullito. Cæram autem & pinguedinem gallinæ per se resoluat, & oleo laurino, & muscelino additis & incorporatis cum supra dictis admisce & diligenter incorpora, bis in die & calidum superponatur.

Aliud

Aliud unguentum.

Recipe tartari, sulphuris canellati, auripigmenti, salis costi, fuliginis, oculi luci, olei communis æquali pondere, ista omnia pistentur & costata inunge donec sanus sit patiens.

Aliud.

Recip. sulphuris uiui, sinapi, saponis, sarac, saponis gallici, nucis com muni bene tritæ, añ. unc. 3. tartari, fuliginis añ. unc. 2. auripigmenti, salis communis, ellebori albi, añ. unc. 1. aluminis scissi unc. s. herbarum sumi terræ, lappatij acuti, flauræ, añ. manipulum 1. extrahito succum & cum prædictis puluerizatis cum succo illo confice & insimul diu agitando diligenter incorpora.

Vnguentum ad omnem impetiginem.

Recipe centum capit. rosar. auripigmenti, argenti uiui, litargirij, olei communis quantum sufficit, puluerizenda puluerizentur, & de radicibus prædictis succum extrahe, & prædictum puluerem cum tali succo misce, deinde oleum, & sic diligenter incorpora & usui reserua. Argentum autem uiuum cum sauiua prius extinctum cum prædictis incorporetur, & utaris sic: Recipe centum capit. cum sale, cæra & cum ipsis puluerizatis fortiter locum frica, & post triduum balneum intret, & ibi moretur quantum fuerit uiuuum, post egressum uero balnei ungento supra dicto ungetur, & id faciat donec sanus sit.

De morphea nigra, Cap.

LI.

Licet autem morpheam nigram incurabilem diximus, tamen pro ut experti sumus, & nouimus curam adhibemus, quæ ualet & ad serpiginem, contra omnem pruritus & scabiem.

Recipe tartari, fuliginis añ. unc. 2. salis nitri, sulphuris uiui, añ. unc. 2. auripigmenti, aluminis scissi, ellebori albi, & nigri añ. unc. s. & omnia puluerizata in mortario, herbarum sumi terræ, abrotani, agrestis, flauræ, erucæ agrestis añ. M. 1. lappatij acuti, & panis porcini equaliter, pista diligenter & extrahe succum. Item saponis spataren. & saracenicici, añ. unc.

3. & immitte simul cum prædictis pulueribus & diligenter incorpora, deinde aliquantum de succo prædicto impone, & misce prius oleo, & sic uicissim, diligenterq; incorpora & usui reserua.

Dedolore

Dolor in auricula quandoque prouenit, quia præter naturam aliquid in auricula nascitur ut uermis, aliquando quia extrinsecus recipit quod in auricula existens est causa certa doloris, quando uero ex decursu humorum contingit, scilicet quando humores ad apostema sunt confirmati sic subuenire oportet.

Recipe olei nucum & scinde per medium ex transuerso cepe & caua, ipsumque oleum in cepe infunde, & super lentas prunas ardentes appone, & diu bullire permittite, & quam calidum ferri potest auriculæ infunde.

Aliud.

Recipe rutam, albumen oui multum elixo, & hæc duo simul pista diligenter, & per pannum succum extrahere, & ipsum succum in cepe per medium ex transuerso scissa & caua impone, & ad ignem cautè bullire facias calidumque superpone quantum ferri potest.

Aliud.

Recipe absinthium, calamentum, iuniperum, sauinam, bullito in aqua & in conuenti uase imponas super quod embotum inuersatum ponas, uel aliud quid quod tantundem ualeat, & fumum qui per illud foramen emboti exierit in auricula dolenti patiens diu recipiat capite bene cooperto. Quod si his curis dolor non reprimatur nec remouetur, constat quod aut est uermis in auricula, aut humor, aut apostema. Cuius hæc sunt signa, aures tinnunt, locus rubet, ardoremque emittit, tunc subueniendum est cum prouocantibus saniem, & ad maturitatem ducentibus, & prosequenda sunt quæ in sequenti libro in apostematū tractatu dicemus. Si uero prædicta signa non apparuerint, proculdubio uermis est in auricula generatus, ipsum uero extrahendum hanc curam adhibemus.

Cura uermium in auricula.

Recipe herbam persicariam cum nucleis interioribus perfici & bene simul pista, deinde succum extrahere & immisce cum tantundem olei de lino & infunde in auriculam. Ipso autem occiso extrahatur cum subtilissimis picecariolis, uel etiam apponatur cussa quæ uermem uiuum alioquotiens ad se trahit.

Aliud

Aliud.

Vermis in aurem si ingressus fuerit, oleum cum succo foliorum capris & calamenthi bene incorporetur in auremque instilletur, uermem enim eijcit, & dolorem mitigat, si uero in aliquo membro nati fuerint, elleborus albus bene tritus cum uino misceatur & loco immittatur. Vermes enim proculdubio necat.

Cura lapidis qui cecidit in auriculam.

Lapillus uel faba, aut aliud huiusmodi si ceciderit in aure, caput supra partem dolentem inclinetur, & cussa multum attrahens auri applicetur, sternutamenta adhibeantur, ut cussa sugendo ad se trahat & spiritus interiores proportionaliter ad interiora impellat.



Quod uero ligno uel ferro lanam, uel bombacem obuoluunt & in te rebinthina, uel aliquo glutinoso intingunt, ut quod in aure ceciderit tali instrumento adherendo extrahatur. Sed quia timendum, ne ea quæ intromittuntur augmentant dolorem plus quam leniant, aut curent, tali cura abstinendum consulo.

FINIS LIBRI PRIMI.

HVMANI CORPO-

RIS, INTERIORVM ET EXTERIORVM

rum, morbis medendi ratio methodica, autore

Rolando, Liber II.

PRÆFATIO.



Aemo prolixitatis uel rudi sermonis crimen mihi adscribat, nam pauca implicata obscuritatem potius & confusionem quam commoditatem compedi parere solent, itaque agritudines non solum prouectis, sed & alijs proficere disposui. Quo circa studiosis omnibus quæ ego pro uirili possum & experientia ferè quæ huiclibro insunt habeo ordine certo in scriptis redigere, ut pulchrius elucescat in communi deducere, de liberata ratione decreui. Curis ergo capitis compendiose per ordinem executis, ad eas quæ circa collum, ceruicem & guttur quantum ad chirurgiam spectat, fieri consueuerunt descendam. Primo uulnerum, secundo apostematum, tertio scrophularum & glandularum, quarto fistularum, quinto botij, sexto earum quæ interiorius consurgunt curas & signa diligentissime prosecuar.

CAPITVLA LIBRI SECVNDI.

- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 9
- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 10
- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 11
- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 12
- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 13
- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 14
- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 15
- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 16
- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 17
- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 18
- De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili capite, cap. 19

De uulneribus

De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili, cap. I.

De uulneribus que sunt in collo, ense uel aliquo simili talia medicamina facere consueuimus. In primis diligenter locis affectis attendendum, utrum os uel aliud huiusmodi sit quod abstrahi debeat, si militer & digito diligentius attendendum, & si quid est quod abstrahi debeat, & fieri potest statim prouide & summa cum diligentia abstrahatur. Post uulnera sumus, & puluerem rubeum superius dictum super aspergimus, & ut iam superius in alijs curis diximus curam omnino prosequimur. Quod si multum sanguinis superabundat, aut aliud quid impediatur, ut quod à uulnere abstrahi debet, remouere statim non ualeamus, uulnus partim suis, & partim relinquimus, ut cum tempus exigerit recidenda per locum apertum melius remouere possimus. Abstrahito uero à uulnere quod remoueri oportebat, locum apertum sumus, extremitatem magis pendentem apertam relinquimus, & cuncta quæ superius diximus de futura in hac cura diligenter attendimus.

De uulneribus que sunt in collo sagitta, cap. II.

Collum si sit perforatum sagitta ex utraque parte à dextra scilicet in sinistram, & e contra, lardum ex una parte ad aliam, uel de utraque parte mittere conuenimus iuxta os uulneris usque ad tertiam diem, & quousque sanietem gignat, puluerem superius dictum ad sanietem prouocandam pro temporis uarietate apponere possumus. Cum aut sanietem collegit, stuellum de panno immittamus, & ad modum aliorum uulnerum deinde curemus. In omnibus autem similibus uulneribus diligenter attendendum est, ut illa pars uulneris quæ magis dependet diligentius curetur, & postremo ad consolidandum tardius relinquatur. Quæ uero superius eminet, stuellum præsentem quotidie minuendo sanare non immerito festinamus.

De uulneribus ceruicis & organica uulnere incisa, cap. III.

Vulnus si fiat in ceruice, uel loco aliquo simili, quod organica uelna incidatur, sic est subueniendum. Vena tota suatur cum acu, ita quod uena non perforetur, & ex aliqua parte acus cum filo ei inhaerente ducatur & cum ipso filo annectatur atque stringatur quod sanguinem non emittat, & ita facies superiori & inferiori parte. In uulnere autem pannus infusus immittatur, non tamè de ipso uulnus multum impleatur. Embrocha superius dicta, si fuerit in hyeme superponatur, quousque uulnus sanietem fecerit. Si uero fuerit in estate, uitellum oui tantum superponatur. Cum autem

Cum autem saniem fecerit cum panno sicco & ungento sulco, & cæteris bonâ carnem generâtibz adhibetur cura, ut in cæteris uulneribus. Cum autem extremitatem superioris & inferioris partis putruisse cognoueris, filios prædictos dissoluas, & à loco illo remoueas, & deinde procedas ut dictum est superius. Si uero neruus incidatur in longum, aut ex obliquo, sed non extoto, hac cura potest curari. Vermes terrestres, qui sub terra nascuntur, qui in longitudine & rotunditate lumbricis assimulantur, & nonnulli ipsos lumbricos terrestres nuncupant, hij accipiuntur & aliquantulū terantur, & insuli siue immerfi ad ignem calefiunt, & nullo alio mediante ter, uel quater si oportunum uidetur plane impone. Si uero incidatur ex obliquo totus, minime cōsolidabit, prædicto tamen modo remedio coadiuuante sæpe conglutinatur. Post quoque cuticula quæ supra neruum est (si oportet, & puluis rubeus prædictus super aspergi, quæ cura non est inuutilis, aliquos enim non solum conglutinatos, sed consolidatos nostra cura conpleximus. Si uero locus tumet embrocham illam, quàm primo lib. ad tumorem remouendum qui plagis fit, prædiximus, ponatur quousque tumor euauerit. Si uero organica uena prædicto uulnere non incidatur pânnum infusum in albumine oui immittimus in uulnus, tamen non multum implemus, embrocham uero aliam, ut ordine in prædicta cura prædiximus, in hac cura ponimus & prosequimur.

De uulnere ceruicis cum infixo telo.

Cap. IIII.

Telum si sit infixum ceruici, & perforauerit uenam ita quod uulnus multum sanguinis emittat, statim abstracto telo uena suatur, ut supra diximus, aut uulneri puluerem rubeum supra aspergi mus, aut puluerem ster coruin asini exiccato superponimus. Quod si ster core sicco asini cares, humidum ac recens infra pannum fortiter expressum superponimus. Recipe thuris unc. 2. aloës unc. 1. albumē oui, pilorum leporis quod sufficit, terenda terentur, & cum albumine oui distemperata, pilos leporis conficiendo commisce, & incisus arterijs abundanter impone donec cadat à uulnere. Ad idem ualet gypsum cum granis uuarum subtilissime tritis. Ad idem, flores lanceolæ, & folia eburni ualent. Vel, grana frumenti in ore commasticata & superposita stringit sanguinem. Item calx in capitulo mixta & superposita, ualet. Sanguine uero constricto curetur ut in similibus curis prædictis.

De uulnere

De uulnere gutturis facto ense.

Cap. V.

Vlnus in gutture si fiat ense, ita scilicet quod œsophagus uel trachea arteria perforetur, uel incidatur quaecumque sit uulnus, mortale. Similiter etiam ex quacumque parte uulnus accipiat, siue à teulo, uel ab alijs quibuscumque. Si autem cuticula quæ annexa est uulneretur, curetur sicut cætera uulnera.

De apostematibus nascentibus.

Cap. VI.

Sicut humores diuersi in humano corpore, ita quidem & quæ ex suis perfuitatibus humorū scaturiunt & erumpunt diuersis nominibus nuncupantur. Generaliter aut apostemata uocantur, cuius quatuor sunt species: Nā aliud est de sanie & de phlegmone, aliud de cholera, cholera uero quædam naturalis & dicitur rubea, alia nō naturalis & dicitur melancholia. Apostema ergo quod fit de cholera rubea dicitur, herpes, cæstomenus, quod fit de melancholia, dicitur cancer, de phlegmate, zimbia. Vnumquodque etiam signis proprijs cognoscitur. Si enim apostema fuerit à sanguine & adest rubor, pulsus fortis, dolor, calor & tumor. Si à phlegmate, albedo, mollicies, ut si digitum impresseris, facies signum instar foraminis. Si ex cholera rub. calor & rubor mixtus citrino color. Si ex cholera nigra siue melancholia non naturali, ingens durities cum quadam nigredine. Nunc ad curas eorum.

De cura phlegmonis.

Cap. VII.

Recip. rutæ, cymini, lardi, farinæ tritici, ceparum quæ omnia coquantur in uino alb. & oleo & diu agitantur, deinde supponatur quousque saniem collegerit. Maturato autem apostemate interius ubi locus magis dependet cautè cum instrumento incidatur in longum si fieri potest,



deinde intro mittatur cum diligentia & cautè digitus & tota sanies exprimat, qua diligenter emissa stuellus de panno immittatur, & bis in die mittetur & curetur deinceps ut alia uulnera.

Z 2 De cura

A Ntrax uel carbunculus si fuerit subuenimus cum frigidis circa loca patientia, ut oleo ros. succo solatri, aceto, & succo caprifolij, uicis, memithe, uermiculari, & his similibus calorem reprimetibus. Fit enim antrax uel carbunculus de sanguine fruentissimo, super locum uero ponatur scabiosa contrita. Cōsolida quoq; minor inter duos lapides contrita diuino quodam miraculo antracem interficit & ex toto concauat, & superligatum infra unius diei spacium ita curat ut apostema nihil egeat præter uulnerum curam.

De cura apostematis ex cholera rubra, Cap. IX.

A Postema de cholera rubra si fuerit nimum calida, & spissa, & in alia parte confederit & eam exulcerat altera uulnera facit, cui subueniendum ut in cura de antrax prænotauimus.

De cura apostematis ex phlegmate, Cap. X.

S I fuerit apostema de phlegmate faciamus cataplasma, quod Recip. radices maluauisci primo coctas unc. 9. & decoquant in 18. unc. ad pisporcini, olei ueteris sextarijs duobus sublatis fecibus, & colato oleo addatur puluis argenti subtilissime puluerizati unc. 9. & sine intermissione agitando lento igne coquantur, & ad modum emplastri ponatur, uel fiat emplastrum quod ad omnia apostemata facere cōuenimus in colligendo sanie. Recip. maluax, branche urinae, rad. maluauisci añ. primū coctos in aqua, & in mortario diligenter contusa cum auxungia, deinde adde butyrum, fermentum, lac mulieris masculum lactantis. Cætera ut superius diximus ad sanie prouocandam in uulnere, & cum opus fuerit utitor.

Aliud.

R Ecip. rad. lilij, coquito in aqua & auxungia pistata ad ignem, in olla iterum calefacias, & adde cepe assatum, memithe, folia caulis nō cocta & pistata cum auxungia, & farina seminis lini in uino cocta, & alia quæ uim habent maturandi & sanie ducendi. Hæc omnia cōmixta, incorporantur & superponatur usq; apostema maturauerit. Cum autem maturatum fuerit, in loco dependenti aperiatur, cætera fac ut diximus in cura apostematis quod fit de sanguine.

De cancro qui fit ex melancholia, Cap. XI.

C Ancer aliquādo fit uitio exteriorum, aliquando uitio interiorū. Vitio interiorū fit ex humoribus putrefactis, exteriorum autem ex uulnere male curato. Omne enim uulnus, postquam quatuor uel quinque

uel quinque menses præterierint, non curatum, non iam uulnus, sed cancer uel fistula nuncupatur. Huiusmodi uero cancer aliquādo habet esse ex longo tempore, aliquando ex breui. Item alius est in neruosis locis & intricatis, & plenis arterijs qui incisione uel uisione curāus non est, autore Hippocrate lib. 6. Aphor. sententia 38. dicens: Cancros occultos omnes melius est non curare. Curati enim cito pereunt, non curati uero longius tempus perdurant. Quia igitur circa ceruicē, collum & guttur sunt nerui, arteriæ plurimæ, uenarum abundantia, ab incisione & uisione abstinendum est, prout tamen possumus subueniendū. Si igitur sit cancer circa loca prædicta & non diu durauit, tali ungento curamus. Recip. rad. linguae bouis unc. 4. bardanae unc. 5. chelidoniae, zingiberis añ. unc. 1. argenti uiui unc. 2. cæræ unc. 3. in æstate, resing quantum sufficit, auxungia ueteris unc. 5. conficito sic: Supradictas rad. in mortario tere, & hijs auxungiam adde tuncq; diligenter incorpora. Argentum uiuum in fictili uase ad ignem pone & liquefiat. Quod si tale ungentum non subuenit, ponitur talis puluis qui ualet ad cancrum occidendum qui est in locis neruosis, qui sic fit:

Recip. elleborū albū, arifolochia rotundā, pulueriza & cum opus fuerit impone. Si uero tali puluere extractus fuerit ponatur supra cum ouo & oleo, postea uero ponatur ibi ungentum uiuide, & sic ad finē usq; curetur. De cancro uero qui fit in locis carnosiss suis loco dicemus.

De scrophulis, Cap. XII.

S Crophula nascuntur in gula & sub ascellis communiter, & sæpenasuntur glandulae quæ non sunt scrophulae. Vt ergo cognoscatur utrum sint glandulae uel scrophulae, Recip. hederam terrestre, & folia citri & bene pistati, bulliant in oleo tepideq; subponatur per tres dies, & si glandulae diminutæ fuerint insistas cum hac medicina. Si autem rubescant ita quod uideatur quod debeant duci ad sanie, ponantur maturantia, & cum maturatum fuerit incidatur secundum temporis qualitatem ut putredo exeat. Deinde immittat digitus & purgetur locus cum ipso digito, post intro mittatur pannus. Si uero de glandula aliquid remanserit, post tertium diem apponat puluis asphodelorū, inde curet ut superius diximus. Si autē indurecant, & sic per mensem uel dimidium annum & fit puer, fiat hoc oleum. Recip. rad. taphia, raphani agrestis añ. olei tantundem. Radices bene purgatæ & cōtritæ bulliant in oleo ad medietatē usq; uel plus in uale aliquo, posito in caldario pleno aqua bulliente supra ignē. De hoc

Z 3 autem

autem oleo tres uel quatuor guttæ insillentur in aure illius partis & dimittatur, & si per illud oleum auris intumuerit & fuerit fracta, ita quod aliqua putredo exhalauerit, scito ipsum liberari hac medicina. Si uero non intumuerit, per hanc medicinam non liberabitur, quod si fuerit signum locutionis, insillatur etiam longius cum oleo uiolarum, & fiat potio talis.

Potio ad scrophulas.


Recip. rad. ellebori alb. & nigri, aristolochiæ rotun. ros. rub. lupinæ, scrophulariæ, raphani agrestis & domestici, spatulæ fetidæ, solia lauæ reole æqualiter de omnibus, & illis bene purgatis & pistatis in optimo uino bulliant usque ad uini medietatē, & de hoc uino bibat semel mane in hebdomada si fuerit puer, si iuuenis bis unc. 3. per horam cum alio uino miscelas pleno ac magno capho, & si quis abhorret ad potandū super aspergatur sacchari parum, & patiens se regat ac si sumpsisset medicinam laxatiuam, quoniam quatuor uel pluries solet assellare. Deinde facias usurā infra aurem supra mediam cartilaginem dum recentes sint glandulæ.

Alia cura.

In diminutione lunæ cum sit luna tantum undecim dierum accipiat non uem crispellas de rad. spatulæ fetidæ, & rad. raphani agrestis, alia die octo, & sic usque ad finem quolibet die minuet unam. Quod si hæc medicina non ualet, aggredienda est chirurgia, hac tamen ratione, quod nunquam debet incidi aliqua scrophula uel glandula, nisi qui sit bene peritus ut possit bene tractare patientem.

Scrophula quomodo sit incidenda.

Scrophulam uel glandulam incidendo, primo debet una accipi & manu firmiter teneri & cuticula in superiori in longum incidi, & sic inde carnari & uncino ipsam apprehendi & ad exteriora extrahi,



& si alia secuta fuerit ipsa simul cum ista extrahatur, et omnes quot ibi sunt semper cum suo folliculo abstrahatur, si autem hemorosagia nimis sequatur per interualla trahantur, & tunc uulnus impleatur panno in albumine oui infuso. Secundo uero die, si quid remanserit de folliculo suo uel scrophula, superponatur puluis alphodelorum qui superius in cura capitis in eo capitulo, qui intulatus est de scrophulis quæ nascuntur in capite, præscriptus est.

ptus est. Deinde carnositas & putredo illa extrahatur, hic autē puluis ad corrodendum & corrumpendū tale panniculum est immittendus, & cum uulnus tumefactum uideris & desiccatum, pannum in albumine oui infusum in uulnus immittere oportet, superius uero stuppā cum ouo quousque uideas panniculū bene putrefactum atque corruptum, & uulnus aliquantulum saniem emittere, post uero cum ungento uiridi quod dictum est in capitulo de curis nasi à superfluitatibus & cum alijs quæ adhibenda sunt uulneribus curam adhibeas.

De fistula quæ est circa collum.

Cap. XIII.

Fistula est apoplema cuius os est strictum, & fundum habet ampliū & profundum, quæ sit uitio exteriorum, aliquando uero interiorum. Exteriorum uitio, ut in prædicta cura uulneris docuimus. Interiorū autem ex humoribus, aliquando ex multo tempore, aliquando ex breui, item in nervosis locis & intricatis, & plenis arterijs, similiter in carnosiss, corruptisque carnis os & neruū. Vna quæque igitur per propria signa cognoscitur. Corruptens carnem, emittit tantum putredinē uelut aquam albam, si uero os aliquod leditur, exit putredo similis loturæ carnis. Si neruus, exit putredo nigra, ex quibus omnibus manifeste colligitur, quod pro uarietate subiectarum partium corporis in hac ægritudine uaria cura adhibenda est. Quia igitur circa collum, ceruicem & guttur quæ implicata & intricata fuerint neruus, uenis & arterijs, incisiones uel aduisiones facere non licet, tali cura succurrendum. Meatus talis si fuerit strictus, amplificetur tassa mali terræ, hoc modo, fiat tassa de malo terræ sicco & mittatur per meatū fistulæ, ita quod meatus ille repleatur, & id à mane usque uesperis uel quantum uidebitur cuilibet utile. Cum ergo os fistulæ uideris largū satis & amplum, nisi locus multū sit implicatus & intricatus uenis, neruis & arterijs, ut si sit circa collum, ungentum ruptorium quod fit de calce uiua & capitulo immittemus. Si uero pars sit multum implicata uenis & arterijs puluerem de alphodelis immittere possumus. Quod si sit nimium delicatus, ungentum preciosissimum ad hanc curam immittemus quod sic fit.

Vngentum.

Recip. piperis, pyrethri, auripigment, aluminis, sinapi, ellebori albi, & nigri, gallaciæ, flos æris añ. & calcis uiuæ tantundem. Puluerizanda puluerizentur, & cum sapone spataren. diligenter incorpora, & de eo ten

Z 4 tam formato

tam formato & usq; ad fundū fistulæ intromittas. Vngentū autem in hoc meatu liquefit totum & fistulā occidit atq; exiccat, unde statim uitellū oui cum stappa uel albumen oui cum oleo, quousque ignis cadat apponimus. Postquā ergo fistula quæ prius saniem liquidā uelut aqua emittebat, dimittit saniem spissatam, mortua est. Deinde cum ungento uiridi de quo dictū est in cura carnis quæ uidetur polypus, & alijs ungentis usq; ad sinem cura mus. Si uero fistula non sit neruis & arterijs implicata, & si sit inter corium & carnem, uel ex longo, uel ex obliquo, & si sit os fistulæ strictū reddatur amplū & tenta lignea usq; ad fundum mittat, sicq; cutis aliquantulū ad superiora leuetur, & à fundo fistulæ usque ad os eius super tentam usque ad ipsam fundat. Pannus in albumine oui insulus immittat à mane usq; uespere uel relinquat, deinde puluis asphodelorū superponat. Cum aut uulnus ipsum tumefactū uideris, signū est fistulæ mortificatæ, cui prius subuenient dū est cū ouo, & cū ungento uiridi & alijs quæ in curis uulnerū dicta sunt.

De botio, Cap. XIII.

BOtium sit in gula, & ad curandum Recip. radicē uiticellæ rubæ, cucumeris agrestis, cyclaminis, polypodij, asparagi, brusci, arislochiæ, mari pallam, brancham ursinam, butyrū, lactis scrophæ prius porcellos generante, & radicē tapsi barbati. Omnia ista exiccata cribra, pallam uero marinā & spongiā incende & tere, & cum supradictis ad modum electuarij misce, & cum dormitū uadis sub lingua tene. Item rad. polypodij, malum terræ, betonice, tpsi barbati coquito in aqua ut tres phialæ redeant ad unam, & ita prædictum puluerem sero imponas, & ma ne da potum patienti, & de aqua prædicta similiter tribue. Eodē uero die aquam non bibat & usq; ad quatuor dies, neq; potionem, neq; puluerem bibat. At tamen in canna puluerem sic præparatum sub lingua mitte,



& usq; ad undecimum diem uel duodecimū facias potionē, de undecimo uel duodecimo die dabis. Si uero talibus experimētis patiens non liberabitur ad chirurgiam est recurrendum. Si uero fuerit unum botium tantum cum ferro calido immittimus unum setonem in longum, & alterum in latum, & pannus insulus in ouo, uel auxungia superponatur, quotidie mane & sero setone ad exteriora trahat, ut penitus truncet caro cū illis. Quod cum factum

cum factum fuerit & quiddam permanerit, apponatur puluis asphodelorum & purificato loco curet ut cætera uulnera. Quod si non sit implicitū nimium arterijs, botium sub manu firmiter apprehendatur, cutis in longum incidatur cautē, & botio uncino apprehenso hinc & inde botius carnetur & à cuti remoueat, digitus intromittatur & apprehenso cum foliulo suo totus extrahatur. Vlnus impleatur panno lineo leniter tamen, & si multum sanguinis superuenit, ei remedia adhibentur quæ superius prædicta sunt in cap. de uulnere cum sagitta facta in ceruice, & cum his remedijs dimittatur per tres dies. Post uero si quid remanserit, apponatur asphodelorum, cui prius subueniendum est cum ouo, & deinde procedendum est ut in alijs uulneribus. Hoc quoque diligenter est attendendum, quod folliculus botij radicitus eneruetur & de eo nihil relinquatur, modica enim particula ibidem remanente solet patiens recidiuare. Loco ergo perfecte purificato in hac parte sui potest, etiam puluis rub. superaspergi sicut in alijs futuris diximus, ita quidem & in hac cura ualet. Si uero botium ipsum ualde magnum sit, & uirtus patientis non multa ætalque proficessit, iudicio ab huiusmodi cura abstinendum est, solet autem botium huiusmodi multas partes habere quas ualde difficile est eneruari, quoniam ferrum calidum apponere, ne pulsus arteriæ neruique læduntur omnino refugimus. Quocunq; tamen modo his per chirurgiam subuenimus, eos super scammum uel aliud simile ligamus & firmiter teneri curamus.

De squinantia,

Cap. XV.


Squinantia est apostema quod nascitur in gutture, cuius tres sunt species, quarum prima sinanchia nomine totius uocatur, & hæc inter tracheam arteriam & œsophagum nascitur in loco qui dicitur Isthmon quæ species cito mortem adfert, cuius cura soli deo seruatur. Secunda dicitur squinantia quæ partem materiæ morbi retinet interius, partem uero foris ut tumorem exterius uidere possis, & hæc minus est malitiosa. Est autem & species quæ dicitur quinanchia, & est materia tota solum exterius, de cuius malitia non maxime timere debemus. Quocunq; specierum quæ sunt generalia signa hæc sunt, difficultas inspirandi, cibū nec potum suscipere possunt, uox quoq; nulla, saliuam non deglutire, nec sputum emittere possunt, quibus statim à principio sic subueniendum.

Atas &

Atas & uirtus si permanerint, sanguinem ex uena cephalica trahimus, uel de uena quæ est sub lingua. Gargarismata de sapa uel diamoro fieri precipimus, uel recip. gallarum, balaustr. ros. scenugreci añ. & bullito in aqua, & de hoc patiens gargarizet sæpius, hoc enim gargarismū humores currentes ad locum dolentem reprimat. Extrinsecus autem dialthea & similibus inungatur, uel fiat cataplasma quæ omnino secūdum & tertiam speciem curat.

Cataplasma.

Recip. rad. ebuli quæ non sunt euulsiæ neque remotæ à loco in quo natae fuerint. Item absinthij, cardii benedicti. fenetion. adlibitum. Hæc omnia bene pistentur & pistatis succus extrahatur. Item recip. farinā hordei, & farinæ feminis lini, & cum prædicto succo dissempera & incorpora ita tamen quod remaneat multum liquida, deinde recip. auxungia porcinæ & liquefacito apud ignem in patella, & adde mel in eadem quantitate & bulli, deinde prædictum succum cum farina in eadem patella cum prædictis admisce & bullire cura usque ad spissitudinem alicuius embrochæ. Cataplasma tale calidum super locum dolentem ponatur ter uel quater in die, & semper frigidatum remoueat. Cum autem tale apostema interius collegerit sanie, digito uel aliquo instrumento rumpe aut scinde,




& sanie mitte, non enim est inutile, sicq; nonnullos propria manu curari craneo inter dentes posito.

De branchis interius natis.

Cap. XVI.

Branchi interius tumet, & quasi amygdalas duas creat, unde difficultis fit excretio & anxia spiritus attractio. Quibus primum gargarismata interius adhibeantur, à quibus si patiens non liberabitur ad chirurgiam est recurrendum. Infirmum ergo coram te sedere iube, & aperto ore linguam eius cum instrumento premas,



ita ut amygdalas

ita ut amygdalas uidere possis, & uncinis ferreis, uel æneis apprehendere,



& cum competenti ferro incidere ualeas pelliculas illas,



quæ autem iuxta stant illæ fas relinquant, deinde aqua rosata, & cum aceto æqualiter fiat gargarismus, & cum succo arnoglôsæ similiter. Si uero sanguis multum fluxerit, mellicratum adde, & si putrescit cutis incidatur in longum & instrumentis conuenientibus branchæ extrahantur, & à radice funditus euellantur,




locum uero aureo instrumento, uel ferreo curamus.

De curâ iuuuæ.

Cap. XVII.

Vula sæpe elongatur, uel intumescit, quæ exiccetur pulueribus constrictiuis & gargarismatibus. Puluis: Recipe gallarum, balaustræ, piperis, pyrethri, cinamomi, añ. redigantur in puluerem, & concauo ferro, seu instrumento insuffletur uuulæ.



Gargarisma: Recipe uini dulcis, mellis, aceti, añ. piperis, staphisagrie, balaustræ, añ. æqualiter puluerizentur, uel cum prædictis bulliant. Vtatur uino

uino isto mane & sero gargarizado. Valet & emplastru quod fit de melle cal. & pulueribus bacca rum lauri, cymini, pulegij, origani, euphorbij an. pone in uertice capitis cum stuppa. Si autem non exiccetur, incidatur cum forficibus idoneis iuxta palatum in superiori parte,



caute tamen ne radices tangas. Fiat etiam gargarismus de exiccatis, de quo gargarizet die noctuq. Item aquam in aqua sepiissime cocta sit pini guisuma gallina. Caueat autem patiens ne supinus iaceat, & multum dormiat, uel ante incisionem incendatur nummo aureo, & fiat gargarisma ut diximus.

De disjunctura colli à capite, Cap. XVIII.

Singularare quoq; à proprio loco discedit unde colli fit disjunctura, cui nisi medicus cito subuenerit moris & suffocatur infirmus, qui propter festinanter sic est subueniendum. Os aperiat, & cum ligno uel aliquo instrumeto teneatur apertum, & fauceolus subponatur sub mandibulis, utraq; partem fauceoli medicus à superiori leuando firmiter in manibus teneat, pedes autem unum in humero, alium in alio ponat ad inferiora premendo, & manibus caput ad superiora leuando, fortiter os ipsum ad propriam iuncturam competentius reducat. Postinungatur locus cum dialchea, uel martiaton, & lana succida, uel stuppa superligetur, & sic omni die fiant fomentationes & inunctiones, minutio etiam solet tertio die non inutilis esse.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Humani

HVMANI CORPO-

RIS, INTERIORVM ET EXTERIORVM, morbis medendi ratio methodica, autore Rolando, Liber III.

P R A E F A T I O.



Vod tanti operis utilitatem tractare tentauim, & ordine certo medicinae scientia in arte redigere desiderauim, causa ut presentibus & futuris in hac arte opera nauatibus proficere sem. Quo circa prouidus lector negociis imminuentibus, & breuitati temporis parcat, corrigenda potius deliberata ratione quam inuidiae liuore rescindat. Hoc opus in plerisque particulis distinguendum esse decreui, ut causarum uarietates de singulis ualeant competentius colligi, & à diligenti lectore commodius memoriae commendari. Curas ergo eorum quae sunt ab homoplatis, & cathenae gulae, & omnium eorum quae sunt ab istis usq; ad genitalia tractare curabo.

CAPITA LIBRI TERTII.

D e uulneribus quae fiunt in homoplatis	cap. 1	D e uulnere brachij si lacerti cum neruo sunt laxi	cap. 13
D e uulneribus quae fiunt in cathena gula	cap. 2	D e uulnere brachij telo percussum	cap. 14
D e ruptura eiusdem	cap. 3	D e uulneribus manus curadis	ca. 15
D e dislocatione humeri ex uulnere	cap. 4	D e cura brachij illaeso neruo	cap. 16
D e uulnere brachij inciso neruo, aut osse	cap. 5	D e disjunctura humeri à superioribus	cap. 17
D e inflatione, duritie & tumore neruorum	cap. 6	D e disjunctura ossis cubiti à proprio loco	cap. 18
D e cura uulneris putrefacti	cap. 7	D e disjunctura manus	cap. 19
D e superflua carne à uulnere remouenda	cap. 8	D e fractura brachij uel humeri	ca. 20
D e erysipela superueniente uulneri	cap. 9	D e fractura cum uulnere	cap. 21
D e ungento carne generante	cap. 10	D e emplastro consolidatio	cap. 22
D e carbunculo superuenienti uulneri	cap. 11	D e ossibus non bene curatis	cap. 23
D e uulnere brachij in carnosa parte		D e canceris, fistulis & alijs in his locis nascentibus curandis	cap. 24
		D e uulneribus thoracis & pectoris ense, uel alio simili percusso	ca. 24
		Aa	Decosia

- De costa flexa & ad interiora red^u cap. 26
 De uulneribus in parte aliqua corpo^ris usq; ad inguen cap. 27
 De uulneribus cordis, pulm onis, iⁿo^rcinoris, stomachi cap. 28
 De uulneribus splenis cap. 29
 De intestinis si propter uulnus exte^runt, quomodo ad propriū locum reducantur cap. 30
 De fistulis, cancris & apostematibus cap. 31
 De cancro in uirili membro cap. 32
 De uerrucis cap. 33
 De ruptura siphac magna & parua cap. 34
 De incisione & curatione rupturę cap. 35
 De cura intestinorum in oseeum de, scendentes cap. 36
 De hernia nascente ex humoribus cap. 37
 De hernia nascente ex carnositate cap. 38
 De lapide uesicę cap. 39
 De lapide à collo uesicę remouen^{do} cap. 40
 De uulneribus quę fiunt in postero^re parte corporis cap. 41
 De uulneribus ense uel telo incisiss cap. 42
 De uulneribus renum cap. 43
 De fistulis, cancris, & apostem. in posteriore parte corporis nascentib. cap. 44
 De hemorrhoidibus cap. 45
 De stranguria cap. 46

Vulnera hæc si fiunt ense, uel aliquo simili, sic subuenire consueuimus. Si fuerit uulnus recens, ilico superfluis purgatis suimus, & extremitates apertas relinquimus, puluerem supra spergimus, & cætera diligenter prolequimur quæ dicta sunt superius lib. 2. de futuris. Si uero uulnus non sit recens, primo bene purgetur & sanguis in uulnere prouocetur, & deinde suatur & fiat in omnibus ut supra recepimus. Si uero perforatum sit telo, tardum immittimus, & cætera facimus ut dictū est superius lib. 2. de cura colli quando est telo perforatum.

Cathena gulæ si fuerit incisa, sic est subueniendū. In primis uulnus ipsum, panno in albumine oui infuso & aliquantulū expresso, bene impleatur, & uicellus oui cum stappa superponatur. Postea uero pannus siccus cum embrocha ad saniem prouocandam pro temporis uarietate. Cum uero os uel aliud quid uideris quod abstrahi debeat cautē illud remoueas, deinde cū ungeto & alijs, ut in alijs uulner. curā adhibeas.

De ruptura eiusdem, Cap. III.

Sos quod est cathena gulæ fractū fuerit, uel aliquo modo residerit, medicus brachium infirmi, uel humerū eleuet una manu, & altera manu partem illius ossis eleuationē inferius cōprimat, & plaggella cum albumine

cū albumine oui infusa & superposita, plumaceolo etiā superposito fasciæ ad modum crucis superponatur, & longa fascia superligetur ex omni parte, & brachium ligetur ad collum ut sit suspensum, & plumaceolus immittatur sub a cellis ne brachium ad inferiora cadere possit & nullo modo deponatur donec sanus sit. Si uero talis fractura sit cum uulnere, super locum illum fascia illa loga non superligetur, sed ubi fractura est relinquatur aperta ut per locum illum stuellus intromittatur, & curare possit sicut cætera uulnera, ligatura uero partis illius sit super longam fasciam.

De dislocatione humeri ex uulneris, Cap. IIII.

Humerus si ex uulnere à superioribus dislocatus, uel disiectus, primo uulnus bene mundetur, si non fuerit recens sanguis in eo prouocetur. Si aliquid est extrahendum, primo remoueatur, deinde uulnus in hunc modum suatur, pars parti cōpetenter reddatur & in superiori parte humeri, utraq; pars humeri uulneris cum acu firmiter suetur, & acus in hac sutura relinquatur usq; ad consolidationē uulneris. In hunc quoq; modum fiant puncti quotcunq; in hac sutura utiles conspexeris, ita quod spacium in quolibet puncto relinquas, post puluerem rubeū super asperge, & plumaceolum superpone, extremitates ut in alijs curis diximus apertas relinque, & quæcunq; in alijs curis diximus diligenter attende. Cum autem uulnus uideris consolidari circa futuras prædictas, & filios remoueas, stuellos sicut in alijs futuris diximus immittas & diminuas, deinde ut in similibus usq; ad finem curam adhibeas. Si uero à superiori bus non disingitur, primo si aliquid est abstrahendum remoueatur, deinde usq; ad finem curetur, ut in futuris uulnerum diximus.

De uulnere brachij inciso neruo, uel osse, Cap. V.

Os brachij, uel neruus si sit ex transuerso incisus, primo uulnus repleat panno in albumine oui infuso, deinde pannus siccus intro mittatur, pules pro diuersitate tēporis ponant. Si uero de osse aliquid remouendū est abstrahas, sed curā in secunda particula dictā diligenter adhibeas, deinde ungeto fulco, & alijs iam dictis curam impēdas.

De inflatione, duritie & tumore neruorum, Cap. VI.

Suero dolor uel inflatio, aut durities neruis in hæserit, unde ipsi con trahantur dialthea inungere cōsueuimus, quæ sic fit:

Confectio dialtheæ.

Recip. ibisci, siue altheę radicū lib. 2. feminis lib. 1. scyllę lib. s. olei lib. 3. cæræ lib. 1. terebinthinæ, galbani, gūmi hederæ añ. unc. 2. colophonix,

Aa 2 resing

resinæ añ. lib. 1. & s. omnes radices bene abluantur & terantur: Similiter semen lini, fenugræci, & scylla cum bene trita fuerint ponantur in s. lib. aquæ per tres dies, quarta die super ignem ponatur, & bulliant donec incipiant inspissari, deinde paululū in succo ponatur, & cum exprimere uolueris addatur aliquantulū feruentis aquæ ad abstractionē illius uiscosissimi succi, de quo accipiantur lib. 2. & ponantur 4. lib. olei, & bulliant ad succi consumptionē, quod cognoscit cum nihil succi supernatauerit, post addatur cære lib. 1. & cum fuerit liquefacta adde terebinthinā, post gummi hederæ, & galbanū, ponat puluis colophonæ, & resinæ, & cum decoctū fuerit deponat ab igne, signū uero decoctionis est cū gutta posita super mar mor inspissat, & postq̄ colatū fuerit, & infrigidat diligenter reponat, & u sui referuet. Valet ad dolorē capitis, pectoris ex frigiditate, & pleuresim, prius in testa oui aliquantulū calefactū ad ignē, & super postrema inunctū sanat omnia loca infrigidata & exiccata, calefacit, mollificat & humectat.

De cura uulneris putrefacti, Cap. VII.

Vinū aliquod si male curatum cōputruerit, hoc ungento curari poterit, quod sic fit: Recip. olei lib. 1. sepiariensis lib. s. cære albę unc. 2. picis græcæ unc. 3. saluæ, sifimbrii, id est, balsamitæ aquarici, lentici, sauinæ, anethi, rutę omnium añ. M. i. confice sic, cretam & lepum cum oleo solue & cola, post puluerem terendorum admisce, cunq̄ue conglutinatum fuerit usui referua.

Aliud ad idem.

Recipe saluæ syluestris, & domesticæ, laureolæ, centaureæ, pimpinel læ, arthemisiæ, linguæ bouis añ. M. i. pista in mortario cum lib. 1. sepiarietini unde magdaleones informa, & dimitte ut simul marcescant, prius in olei lib. 3. communis ipsos magdaleones immittas, & in stagnato ad ignem tam diu bullire facias quousq̄ herbæ fundū petant, deinde stagnatum ab igne remoueas, & prædictas herbas & oleum per pannum colatum & ad ignem repone, & cum bullire cœperint addantur ibi unc. 3. cære in æstate, 3. in hyeme, & cum cæra liquefacta fuerit addatur mastichis, olibanī, colophonæ añ. unc. 1. prius tamen puluerizata, & cum spatula agitando diligenter incorpora, deinde ab igne remoueas, & aliquantulum de terebinthina adiungas, & diu agitando cum spatula similiter incorpora & usui referua. Valet enim hoc ungentum ad uulneris putrefactū mundificationem, & ad bonam carnem generandam & nutriendam.

De superflua

De superflua carne à uulnere remouendo, Cap. VIII.

Caro superflua si uulneribus superuenit, puluerem de hermodactylis ponere consueuimus hoc modo. Inficiatur bombax, saluæ & puluis de hermodactylis superponatur bombaci, deinde uulneri superponatur.

Aliud ad idem.

Recipe calcis uiuæ unc. 4. auripigmenti unc. 1. aquæ calidæ quantum sufficit, ista omnia priusquā ad ignem ponatur cum spatula diu commisce donec simul incorporetur, & post ad solem tandiu dimitte donec simul multum siccentur, prius uero subtilissime tere & usui referua. Et fiat talis puluis quo sæpe uti consueuimus, qui recipit hermodact. aristoloch. rotun. Florum aris añ. quæ omnia simul puluerizenē, & his puluerizatis, usui referuetur, potenter enim & non uolēter in uulnere superfluam carnem corrodit.

Aliud ad idem.

Recip. calcē uiuā, & distēpera cum melle ad modū paste & supra tegulam coque & fac puluere, corrodit carnem, & cancrum interficit.

De erysipela superueniente uulneri, Cap. IX.

Erysipela solet uulneribus superuenire, & quedā alia accidētia. Prius mo differentia inter ea & signa, & causas erysipelæ ponimus, sunt enim in uulnere pustulæ aliquotiens albæ, & locus est temperatus, & bene tractabilis & hoc est bonum signum in uulnere, aliquotiens nigra superueniunt uulneri, & locus est durus & tostus, & male tractabilis, quia malum in uulnere signū. Eryspelatus enim locus est cui cum frigidis subuenimus. Apponatur ergo plagella in succo semperuiui infusa, & succo solatri, uermicularis, umbilici teneris, hyosciami, quibus admiscemus albumen oui, oleum ros. & uiolar. sandal. alb. & rub. quod si omnia habere non possumus, de quibusdam tamen apponimus, & cum ad propriam naturam redierunt, statim ab hac medicina desistas. Videmus quandoq̄ uulnere cōcua fieri quibus ad carnē curandā tale medicamē fieri potest.

De ungento carnem generante, Cap. X.

Recip. sepi colati lib. 1. colophonæ lib. s. cære unc. 4. olei fialas duas, mastich. olibanī, mirrhæ añ. unc. 4. confice sic: Cera & sepi cū oleo solue & cola, post puluerem terendorum commisce & cum conglutinatum fuerit referua.

De carbunculo superuenienti uulneri, Cap. XI.

Carbunculo uero uulneri superuenienti primo populeon inungere consueuimus, quod sic fit:

A a 3 Confectio

Confectio populeon.

Recipe oculorum lib. i. foliorum papaueris nigri, foliorum mādragoræ, cimarū rubi teneri, * matrum uolarū, hyosciami, solatri, uermicularis, lactuæ, semperuuiæ, bardanæ, uolarū, scatuelli añ. unc. ʒ. auxungie porcine nouellæ, uel ueteris bene ablutæ lib. ʒ. olei populi bene persistentur, & iterum cum auxungia pistetur, & magdaleones informantur, & per duos dies dimittantur, in tertio uero die supra dictæ omnes coligantur, & bene terant, & cum magdaleonibus terendo, rursus admisceatur, & manibus informatis per octo dies seruetur, post uero magdaleones illi frustatim in chaldario cum lib. i. odoriferi & optimi uini ponantur, ad uini consumptionem cum spatula semper agitando, deinde per sacum comprimendo cola & dimitte frigescere & in uale reconde. Valet etiam hoc ungentum ad dolorem a cutæ febris, his qui nequeunt dormire, inunctis enim temporibus & pulsibus, & plantis manuum & pedum, hoc decoctum cum oleo rosar. uel uolarum mixtum & inunctum mirabiliter calore tollit, & super inunctum umbilicum sudorem prouocat.

Vngentum ad idem.

Super carbunculum uero pone hoc ungentum: Recip. piperis, auri pigmenti añ. ficus siccas ad libitum tere in simul, et confice cum melle & coque usq. ad pistitudinē, & superpone, carbunculum enim mortificat. Postquam enim mortificatum uideris ut caro mortua cadat, hoc ungentum superpone, quod recipit malu uisci, & aliam maluum, brancham ursinam añ. tere cum auxungia & dimitte per tres dies marcescere, postea coque & cola, & in colatura aliquantulum cere appone & mastich. & usui referua.

De uulnere brachij in carnosa parte, Cap. XII.

Brachij carnositas si uulnerata fuerit, aut etiam inter cubitum & humerum ubi lacerti affinitas est spacio trium unciarum infra uulnus fuerit ex mala & incauta cura periculum euenire dicimus. Si uero in alijs brachij partibus fuerit de periculo non est dubitandum, si enim in iam dictis partibus pustulæ nigræ superuenerint, & tumor ad superiora descenderit bonum est signum. Cura uero in talibus uulneribus eadem est hinc quam diximus ubi non est fractum uel uulneratum.

De uulnere brachij si lacerti cum neruo sunt lesi, Cap. XIII.

Lacerti si est uulneratus cum suo neruo, uel musculo mortale est. Quod si nec neruus nec musculus latus est, & uulnus in longum est, Lutraq. pars alteri comprimendo iungatur & cautè suatur, dimisso tamen

men aperto nisi magna plaga dependet, & unde uulnus competentius possit purgari, deinde procedendum ut diximus in alijs futuris. Si uero erysipela superuenerit ei, cura ut dictum est superius, hæc tamē diligenter prenotato, quod si lacertus conteratur uel contundatur ferro aliquo in obliquo mortalis est, si uero in longum fuerit uulnus, prædictam curam ex utraque parte profequimur.

De uulnere brachij telo percussum, Cap. XIII.

Brachij si telo est perforatum ab una parte ad aliam lardonem immittimus, id est, ab una & aliu ex alia, & ita succurrimus in alijs ut dictum est superius in 2. lib. quando collum telo est perforatum ab una parte ad aliam. Si uero tantum ab una parte est perforatum lardonem immitte, & cura de cætero ut similibus dictum est superius.

De uulneribus manus curandis, Cap. XV.

O manus & neruus si incidatur panus ut in alijs uulneribus intro mittatur, & deinde ut dictum est superius in cura brachij, quando os & neruus est latus, cura diligens exhibeatur. Si autem neruus latus sine osse, supra neruum suatur, & totum etiam uulnus secundum diuersum modum curetur, & puluis rubeus superponatur, & hac cura mirabiliter conglutinetur & sæpe consolidatur.

De cura brachij illo neruo, Cap. XVI.

Neruus & os si non sit latum secundum tam dictum modum uulnus suatur, & cura adhibeatur, uerum sæpe membra ualde lædi per cussione, casu uel aliqua fractura, unde contingit minorem magnum effici, & humorum superfluitate abundare, & nisi foras emittatur putredo putrescunt nerui, caro & os. Vnde apponenda sunt mollificatiua, ut putredo emittat, postquam putredo manibus leniter comprimatur, membrum cõiungatur. Si fuerit in iuncturis brachij, brachij humero iungat, si in crure tibia coxæ, & sic de reliquis, & ungas dialthea, & hoc fiat sæpe donec tota materia exeat, postea curet ut cetera uulnera, summitas cubiti nunquam debet incidi, siue per apostemate, siue per tumore, sed in latere incidat.

De disjunctura à humeri superioribus, Cap. XVI.

Humerus si à spatula disjungitur, taliter subuenire solemus. laceat infirmus supinus & lapis uel lignum rotundum accipiat, & filis suppositis fit quoque globus florum, & illud rotundum sub alcelis ponatur, & medicus supra illum cum calcaneo diu imprimendo calcet, & manibus humerum comprimendo eleuando os ad pristinum reducat

Aa 4 locum

locum, & antequam globus auferatur, petia in albumine oui infusa super ligna longa fascia, & globus ibi dimittatur, & ligetur ibi globus ali. qua fascia, & plumaceolus sub brachio ponatur, ut illud superet suspensum & eleuatum. Post tres uero dies si non sit bene aptatum apta, & iunge, & eodem modo liga, & si aliqua collectio ibi fuisset facta, minutio contrariae partis fiat.

Aliud ad idem.

Contingit quandoque quod nec iam dicto modo potest aptari, & tunc longum lignum praeparatur, & aliquantulum amplum in medio si foramen ad modum supra dicti globi, & ibi globus ex ampliori parte intronitatur, & lignum à duobus firmiter teneatur, & tunc infirmus supra scammum, & globus sub a cellis fortiter collocetur. Medicus uero firmiter teneat brachium & humerum ex altera parte, & tenentes lignum eleuent, & alius sit qui scammum à pedibus patientis auferat, & deinde pendebit infirmus & humerus ad proprium locum reducat, post ligetur ut dictum est superius. Quod si fuerit puer, non oportet nisi ut medicus pugnum mittat sub a cellis patientis ut teneat humerum eius à manu, & eleuet cum altera manu & ita os ad propriam iuncturam bene redibit atque sanabitur. Si uero fuerit opus fomentum prius de aqua ubi bullierit maluan, brachiam urfinam, & similia. Locus postea unguatur de dialthea, uel marciaton, & suppa superponatur & ligetur. Cum uero ad propriam iuncturam perfecte redierit, fiat strictorium quod sic fit.

Puluis ad idem.

Recipe puluerem rubeum & cum albumine oui optime misce, & iterum de farina tritici adde, & simul commisce, & ex eo locum inunge & desuper cum ligno longo locum diligenter inuoluas, deinde liga sicut prius, & sic per plures dies dimittatur donec iunctura fuerit bene confirmata. Cunque tumorem illum qui ex strictorio superuenit repressum uideris esse, tunc patiens calida aqua balneetur, & strictorium eleuetur, & aqua praedicta fomentetur, & si bene stare cognoueris superpones * spata adaptales quod sic fit.

Puluis ad idem.

Recipe pulueris mastichis, olibani, picis graecae, boli armeni, añ. potatur in cera & sepo arietino super ignem prius liquefactis, deinde petia inficiatur & loco superponatur tepide, & si necesse fuerit apollolicon applicetur.

De iunctura

De disiuictura cubiti à proprio loco, Cap.

XVIII.

Oscubiti si à proprio loco disiungitur, hoc modo subuenitur. Medicus sub plicatura brachij fasciam imponat, & ex ea scapham faciat, & pedem in fascia tenendo, & comprimendo manum inferius brachium ad humerum eleuet, & os ad proprium locum reducat, & ter uel quater brachium eleuet, & deponat, & iterum eleuet, & sic ligetur, ut brachium eleuatum sit ad collum suspensum, & ita quod non possit replicari. Post paucos uero dies saepe infirmus tentet ipsum brachium deponere & eleuare, & sic ligetur ut non impediatur eleuatio, & depositio.

De disiuictura manus à proprio loco, Cap.

XIX.

Manus iunctura si à proprio loco exierit, brachium una manu, & manum cum alia, medicus accipiat & leuiter & suauiter ad proprium locum, os tanquàm à proprio loco contrario reducat & fomentationibus si opus fuerit, factis & iunctionibus cum tabellis ex utraque parte positus, ligetur eodem modo, digiti ad proprium locum reducantur cum à proprio manu recedunt.

De fractura brachij uel humeri, Cap.

XX.

Brachij uel humeri os si frangatur, in primis ad proprium locum reducat, sine ruptura carnis metrum debemus ex utraque parte leuiter & suauiter extendere, & manibus comprimere. Unde si sit fractura in brachio, medicus iubeat discipulos firmiter tenere, & per manum extendendo digitos, & brachium totum, alter sit ex altera parte qui firmiter teneat patientem per humerum. Medicus uero ossa coniungat & reducat ad proprium scema. Quo facto accipiatur plagella quatuor digitis ampla ad ligandum brachium, quae infusa in albumine oui superponatur, & ea brachium optime stringatur. Item accipiatur alia petia, & super ipsam ligetur, & ex omni parte adaequatur, post quoque ferulas primo paratas adaptamus, & chorda superligamus, & sic per tres dies dimittimus. In capite uero trium dierum similiter facimus, & postea similiter in alijs tribus, post nouem uero dies praeparatur strictura, puluis scilicet rubeus sit praeparatus, ut dictum est superius in tertia cura, & de tali strictura brachium optime inungatur, & fascia ad supra dictum modum ponatur, & ferulae, & semper custodiat membrum, ne infirmus supra illud seponet

ponet & sic plures dies dimitatur, scilicet donec os bene consolidatum fuerit, quod cognoscitur quando tumor qui ex strictorio uenerat definit, & tunc in aqua calida balneetur, & eleuetur strictorium, & bene fometetur, in qua uero cocta fuerit malua & talia. Post hæc abstergatur, & si os bene consolidatum fuerit unguatur dialthea, uel marciaton & suppa superposita religetur, ut supra est fascia & ferulis, & si unum est quod adhuc non sit bene consolidatum iterum fiat strictorium, & expectetur simili modo, & si solidum fuerit omni die fiant inunctiones & ligationes donec sanus sit, quod si per ligaturam, uel stricturam nascitur erysipila dissoluatur, donec erysipila ibi fuerit non ligetur, sed prædicto modo erysipile obuietur.

De fractura cum uulnere, Cap. XXI.

FRactura ossis si sit cum uulnere, primū sint aliqui qui mēbrum tenent firmiter ex utraque parte, & medicus tenet digito si os sit fractum & separatum, & statim abstrahatur & os ossi iungatur, & ad proprium locum reducat, quo facto fascia ad supradictum modum albumine oui insula stricte superligetur, ita tamen ut supra uulnus fascia ad modum uulneris sit perforata, & ferule apponantur undiq; nisi quod pars ferule ponatur ex una parte, alia ex altera, & intromittatur pannus lineus in albumine oui insulus, omni die curetur ut cætera uulnera. Ferule non dissoluantur nisi de tertio die in tertium, sicut diximus usque dum uulnus sanum sit. Post uero fomentationes fieri possunt, & cum adiutorio adhibeantur quæ superius diximus.

De emplastro consolidatio, Cap. XXII.

Contingit quandoq; ex senectute, uel debilitate uirtutis nutrimentum membris non præstare potentis, os ex parte non posse consolidari, & licet consolidari contingat cum patiens magnum dolorem ibi sentit, ad quod fiat tale emplastrum, quod: Recip. picis græca, picis naualis, & resinæ æqualiter, & ad ignem resoluatur, & calidius quā possit patiens sustinere superponatur, & suauiter ligetur.


De ossibus non bene curatis, Cap. XXIII.

Suero tribus uel quatuor mensibus antequam accedat ad medicum non bene reatum fuerit, premitur ter uel quater, supra fomentatione indefinenter contemperetur, & bene fomentato iterum superponatur, & supradictam curam exhibeas.

De cancris

De cancris, fistulis, & alijs in his locis nascentibus, curandis, Cap. XXVIII.

De cancris uero & fistulis hic dicemus in his partibus quod & superius, si enim ex uulnere contingunt, unguentum superius dictum ponatur. Quod si fuerit in nervosis locis brachij, puluerem de aphodelis, & unguentum ad hanc curam inimitimus quod de fistula solū diximus. Nam in nervosis locis cancrum non curare melius est quam curare. Si uero cæcer fuerit in ea parte brachij uel lacerti sine læsione, non est timendum. Cancr usq; ad uiuum, cum ferro



quoq; calido diligenter coquatur, uitellum oui cum oleo mixtis quousque ignis cadat à loco illo superponatur, deinde cum ungento uiridi, & cæteris curetur ut cætera uulnera. Quod si fistula fuerit in carnosus locis brachij, unguentum ruptorium immitte, & incisiones, & incisiones facere se cure consueuimus. In alijs cura eadem est, quæ dicta est superius. Si uero os à fistula fuerit tabefactum atq; corruptum os illud totum est purificandum & ex eo corruptum abstrahendum, deinde procedendum, ut dictum est superius, & eadem cura medetur.

De uulneribus thoracis, uel pectoris ense, uel aliquo simili percusso, Cap. XXV.

Vulnus si fuerit in thorace, uel pectore ense, uel aliquo simili, ita quod sit ex transuerso & uulnus dependeat, suatur, & cura prosequatur, ut dictum est superius. Si uero interiora penetret pannum immittimus, & curam prosequimur ut in alijs uulneribus. Si uero sanguis uel putredo ad interiora penetrauerit, patiens coram se flectat, modo se hac, modo se illac ungeto saniem, uel sanguinem foras emittat per uulnris meatū, & hoc fiat quotiens ipse mittatur super illam adiacendum quo usq; sanus sit semper locetur. Si uero huiusmodi uulnus in longum sit, suturam uero facere non consueuimus, sed cum panno & alijs usq; ad finem curare. Si infra thoracem, uel pectoris substantiam lateat, ferrum osse pectoris in rotundum perforato leniterque trahatur: si sub costis fuerit, uel intra costas, inter costam & costam incidatur, & cuneus ut locus sit apertus

apertus inter eas ponatur, & sic de facili extrahatur. Si uero competenter trahi non poterit melius est ut dimittatur. Quod si ferrum ad interiora non penetrauerit abstracto ferro lardus immittatur, & curetur ut dictum est superius in alijs. Si etiam ad interiora penetrauerit lardonem immittimus, & in cæteris subueniendum est, ut dictum est superius. Hoc quoque notandum, ut suellus qui in talibus uulneribus mittitur ita fiat atque locetur, ut competenter abstrahi & interiorius remanere possit.

De costæ flexa & ad interiora reducta, Cap. XXVI.

Costa aliquando flectitur & ad interiora ducitur, & medicus manus suas siccas melle uel terebinthina, pice uel uisco perungat, & supra locum ubi est infirmitas imprimendo manus imponat, & statim eleuet, & sic pluries faciet donec costa ad locum suum reducat. Cura quoque cum igne idem facere conuenit apposita, deinde apostolicon, uel aliquod simile superponatur emplastrum.

De uulneribus in parte aliqua corporis usque ad inguinam, Cap. XXVII.

Vl nus si fiat in aliqua parte corporis usque ad inguinam, inguina & in festina nec exierint, nec læsa sint, eodem modo cura adhibenda est, ut diximus in cura thoracis & pectoris, siue ferrum lateat, siue non, excepto quod non debet in longum, sed rotundum incidi quando ferrum latet interiorius.

De uulneribus cordis, pulmonis, iocinatoris, stomachi, Cap. XXVIII.

Si quis in corde uulneratus fuerit, uel pulmone, epate, stomacho, & diaphragmate, eum curæ nostræ non committimus, horum enim uulnera his signis cognoscuntur, si enim sunt in corde, sanguis inde fluit niger & abundanter. Si in pulmone, sanguis inde exit spumulosus & anhelitus mutatur. Si à diaphragmate, magnus & spissus habetur anhelitus, & cito moritur. Si enim in epate, manifestum erit per læsionem operationum quæ in eo sunt. Si in stomacho, cibus per uulnus egreditur, quorum omnia uulnera mortalia iudicamus. Ne igitur nostro iudicio uideatur perire, ab huius cura desistimus.

De uulneribus splenis, Caput XXIX.

Splen seruale membrum est, unde incisiones, & alia huiusmodi facile patitur, quare si uulnus habuerit præcedentium cura, securè liberabitur.

De intestinis

De intestinis si propter uulnus exciunt, quomodo ad proprium locum reducantur, Cap. XXX.

Contingit quandoque epar per uulnus strictum exire, & timetesse læsionem non audemus elargare, cui sic subuenimus: Patiens supinus iaceat & bene distentus, Medicus autem à superiori parte cutim ex trãuerso accipiat, discipulus uero ab inferiori parte eadem modo faciat, & ita simul medicus & discipulus sic tenendo cutim ad superiora festinanter totum corpus eleuent, ut patiens subita aëris attractione quadã proportionem ipsi epar, aut pulmonem ad proprium locum redire compellat. Intestinū si per aliquod uulnus in corpore factum exierit, & per longum uel ex obliquo ita quod maior pars sana remanet, aut incisa fuerit sic subuenire ualeamus: Primo, si per interualla fracta fuerint intestina aliquid uiuum per mediū scindatur, & super intestina ponatur, & sic tandiu relinquatur quousque intestina calefiant, & calore naturali mollescentur.

Iterum præparatur cannellus de lambucho ad modum uulneris intestini, ita quod longitudo sua superet longitudinem uulneris ex utraque uincula. Canellus uero non ualde subtilietur, & per uulnus intestini immittatur, & subtilissima acu & de serico filo suatur. Canellus uero locetur ita ut superfuita res intestini per ipsum transire ualeant, & futuræ uulneri impedimentum non ualeant exhibere. Quo facto spongia in aqua calda infusa, & bene abluta sordes ex intestinis sua uiter extergatur. Quibus bene purificatis per uulnus per quod exierint in uentrem intromittatur, & tunc patiens super tabellam politus concutiatur, ut in proprio secrete collocetur intestina, & si uulnus non fuerit tantum quod possit intronitti cum rasorio applicetur, quibus intronissis uulnus tandiu relinquatur apertum, quousque intestinum uideris adglutinatum. Supra futuram uero intestini puluis rubeus optimi die ponatur, postquam uero uulnus intestini fuerit consolidatum, uulnus extrinsecus cum sutura & alijs curis ut dictum est superius, cura. Quod si uulnus magnum fuerit, hoc facto addimus si petia satis longa in uulnere mittatur in longum ab una extremitate in aliam transiliens, & supra ipsam partem uulneris interior pars cautè suatur, & puluis rubeus superponatur, ut petia quæ remanserit interius omni die uersus pendentem partem trahatur ut panus uulneris quotidie renouetur. Cum aut uideris uulnus consolidatum petiã totã inde extrahas & extremitatibus nondum consolidatis ut in alijs uulneribus curã adhibeas, dixata quoque sit multum tenuis ac digestibilis.

Eb De fistulis

De fistulis, cancris & apostematibus, Cap. XXXI.

DE fistulis, cancris & apostematibus in his locis nascuntibus idem dicitur quod & superius, quod cum sit in carnosis locis incisiones & incisiones facere, & unguenta uiolenta & pulres mittere possimus. Hoc autem super addimus, quod si fistula uentrem penetrauerit, nec puluerem, nec unguenta immittere debemus ne laderet possint interiora. Sed si meatus fuerit strictus cum salsa maliterræ elargetur, & patiens supradictum modum se inclinet, ut putredo quæ interioris est possit exire. Post immitatur stuellus inunctus unguento ruptorio, deinde ut dictum est superius de cancro qui in mamilla fit adiungimus, quod si tota dura colla & liuida fuerit dimittatur, quia incurabilis est, nisi tota mamilla radicitus euellatur. Si autem circa collum sit dura mamilla, & in alijs partibus sit tractabilis, curetur unguento ruptorio, uel etiam incensione ut diximus. Fiant autem apostemata in mammillis ex menstrualium sanguine illic misso. Mamilla enim est membrum spongiosum, unde attrahit ad se menstruum sanguinem & ita conuertitur in lac, quod cum autem partem emittitur remanens ibi membrum indurat, & inde fit magnus dolor cuius si subuenimus. Maturantia apponuntur, ut malua, brancha ursina, & alia quæ dicta sunt superius. Cum uero membrum bene mollificatū uideris, secundum dictum modum incide in longum, & stuellus prius caudatum factum intromitte & totam saniem exprime & locum purifica, caudatū dixi quia sæpius tæstæ interioris attractæ, & remanentes ibi sunt causa doloris, & tunc oportet ut incidatur etq; prædictæ tæstæ trahant, ac rimariolæ & in partu nouellæ sæpe caput interioris ducit, ita quod nec infans potest accipere. Quædo sequitur prædictum malum, tunc apponenda sunt cupha supra caput mammillæ ut attrahat ad se & sugat, & postea curetur ut diximus. Si in uirili membro fuerit uulnus, eodem modo curetur cum sutura, & alijs ut dictum est superius. Idem & de testiculis diximus, quod si folliculum extierint, ad proprium locum reducantur. Vulus autem suatur & puluis rubeus superspergatur, & curetur de cætero ut cætera uulnera.

De cancro in uirili membro, Cap. XXXII.

Cancer si fuerit in uirili membro, & totum membrum occupauerit totum cancris & insectum incidatur, ita quod de uiuo incidatur aliquantulum & cum ferro calido uel auro coquatur, deinde curetur ut dictum est superius. Si uero fistula ibi innata fuerit, cum unguento

gento

gento ruptorio & alia cura adhibeatur, ut iam superius docuimus. Quod si pustulæ superuenerint unguentum album superponatur, sed pro aceto aqua rosar. & pro oleo communi, uiolarum apponimus. Si autem ipsum excoriari contingit, siliumq; rumpi contigerit, unde inflatur & tumet atq; durefcit, oleum uiolarum cum albumine oui permixtum apponimus, & interioris immittimus. Cæterum si orificium eius strictum fuerit aliqua teneta de cæra, uel aliquo simili immittatur, ut sanies ad exteriora melius ducatur. Recipe aloën, succi apij, olei uiolarum, albuminis oui añ. incorporata simul & in locum immitte.

Recipe chimoleæ, uernicæ, mirrhæ, colophonæ, bethonicæ, resing, añ. terenda tere & cum oleo calido misce, & resinâ adde, & simul incorporata & testiculis aqua bene ablutis, tale unguentum loco rubenti superponimus. Ad idē ualet faba excorticata cocta & parata ut comedi debet & superposita. Recipe uermicularum, * sissulam, & oleum uiolarum, herbas prius conterere diligenter, & post oleum uiolarum adiunge, & diligenter incorpora addito albumine oui.

Ad tumorem testiculorum, accipe uinum rubeum & calefiat, & illo calido apponatur seipum arietinum & liquefiat postea.

De uerrucis, Cap. XXXIII.

AD uerrucas etiam nouiter natas apponatur puluis asphodelorum, & de hermodactylis supradictis.

De ruptura siphac magna & parua, Cap. XXXIII.

ADrupuram, tale fiat unguentum: Accipe consolidam maiorem, sigillum sanctæ Mariæ. Idem facit succus iacæ nigræ & albæ potatus. Ad idem ualet oleum uiolarum cum albumine oui mixtum. Siphac panniculus ille qui retinet intestina ne cadant in olceum qui sæpe relaxatur, uel etiam rumpitur secundum magis & minus, quod si parua fuerit crepatura solum uentositatis exit, & inflationem ad modum nucis facit quandoq; oui. Si uero magna sit crepatura, & descendunt intestina per didimum,

qui per medium siphac descendit usq;

ad testiculos, & fit hernia.

Bb 2 De incisione

SI parua sit crepatura, & ex paruo tempore & sit puer, fiat ligatura quæ super crepaturam comprimatur, & dentur crispellæ ad comedendum de consolida maiori nouem factæ cum utello oui, quando de luna tantum nouem super sunt dies, ita quod qualibet die uiq; ad sinem lune comedat unam de eis dimidiando.

Siruptura magna sit, aut si parua sit, sed in adulto & prouectis ætatis, aut si in paruo, si secundum temporis diuturnitatem consentis, per incisionem & incisionem sic curare consueuimus. In primis patiens colloquetur in lecto caput & humeros habens depressos ut intestina descendant ad pedes, coxas uero & crura teneat eleuata, testiculus uero illius partis ducatur ad rupturam. In quantum uero duci potest tantum encausto, uel carbone signetur in circuitu. Deinde accipiat rotunditas cum didimo, & ferrum primo calidum de uno signo ad aliud mittatur. Deinde stilus de ligno uel ferro abstractus in longum intromittatur, deinde in latum eodem modo ferrum calidum immittatur, & post alius stilus & bene ligetur, quo facto tribus cauterijs usque ad stilos ferè cautè & diligenter urantur. Est quandoque fractura paruula, & tunc accipiatur pellicula cum didimo ut diximus, & signet prædicto modo & ferrum calidum intromittatur ab uno signo ad aliud & bene ducatur ferrum huc & illuc sursum & deorsum, & hoc tribus uicibus, uel tribus cauterijs quandoque super eundem locum accipiatur pellicula simul & in longum incidatur ut diximus, & didimo hinc & hinc carnato utatur cauterio, & ouo superposito & stuppa, patiens sic eleuatis cruribus & coxis portetur ad lectum, & ligetur tibiæ ad coxas ut se non distentat, postquam uero ignis ceciderit apponatur puluis rubeus, & talia quæ constringant, postquam sanatum fuerit a postolito con ad uulnus competit. Diætæ quoq; sit tenuis & digestibilis & prius hoc totum fiat ligatura ut diximus, & per tres uel quatuor menses caueat sibi.

INtestina si cadant in oscum, primo reducantur ad proprium locum quod si leuiter fieri non poterit, fiat clystere uel purgetur, apponantur mollificatiua & intestinis intromissis interius aptetur ut diximus, & ubi ruptura est, discipulus ponat digitum, & medicus incidat pelliculam supra testiculū illius partis, & extracto testiculo carnetur, & didimus usque


usque superius cum claua, quo facto si uentostasiam est in didimo remittatur interius, & cum spago bene suatur & ligetur didimus de spago ut utrunque caput dimittatur pendere per se extra & tabulis suprapositis tribus cauterijs bene coquatur, quo facto superponatur stuppa cum ouo, & portetur in lecto ut diximus, & usq; ad nouē dies superponatur ouum cum oleo. Post nouem dies ignis cadit & spagus similiter cadit, & tunc fo mentetur cum aqua ubi decocta sit brancha uirgina, parietaria, absinthium & talia, postea curetur ut dictum est superius.

Hernia si ex humoribus à renibus fiat ad testiculum, cognoscitur tactu, tactui enim cedit & statim reuertitur, incisa pellicula super testiculum extrahatur illa, & stuello intromisso bene purificetur uulnus. Si autem uis ut non reciprocetur ægritudo cognoscatur utrum testiculus putridus sit, & si non sit putridus dimittatur, si uero non abstrahatur, postea curetur ut cætera uulnera.

Hernia quandoque fit ex carnositate quadam nascente præter naturam iuxta pelliculam, & tunc pellicula incisa unctique debet excoriari, & discooperata carne illa à corio exteriori usque superius cauterio abscidatur cautè didimus & projiciatur, deinde oscum suatur & curetur postea ut debet, & ut dictum est superius.

Lapis si in uesica fuerit hoc modo cognosces, sedeat aliquis fortis in scamno & pedes teneat in scamno, & patiens sedens super coxas illius habeat crura ligata cum fasceolo ad collum, uel ad spatulas subidentis, firmato ligamentum, & tunc medicus stet ante patientem & quobus digitis dextræ manus intromissis in anum, & pugno sinistro impresso super pectinem, uesica digitis intromissis ad superiora leuetur, & tota tractetur, & si aliquid uelut globum durum & graue inuenierit consistat quia lapis est in uesica, sed si molle & carnosum est, quod inuenierit carnositas est quæ urinam impedit.

S lapidem in collo uesicæ existente ad fundum eiusdem ad præseruātionem impellere uolueris præcedentibus formatis & humoribus, petroleum per syringam immittatur,



postea uero per aliquod interuallū syringa ad collū uesicæ mittatur & leniter & sua uiter, & caute lapis à collo uesicæ ad fundū eiusdem impellitur, uel quod securius est & leuius fiat, & ut operari cōsueuimus præmissis fomentis & unctiōibus, prosequatur omnia quęcumq; diximus ad cognoscendū si lapis est in uesica, & digitis intrōmissis & pugno sinistrę manus supra pectine impresso, ipsi digitis collum uesicæ tractetur, & paulatim lapis qui ibi est mouetur, & caute & diligenter ad fundū deducatur, sic enim qui ta si passione grauatur diutius præseruari ualebit. Si lapidē ipsum abstrahere uolueris diæta præcedat tenuis, & antequā curetur debet ieiunare duobus diebus & parū comedere, tertio uero die ante prandiū præmissis omnibus quę diximus ad cognoscendū lapidē in uesica. Si inueniatur lapis ducatur ad collū uesicæ, & ubi est fontinella duobus digitis supra ante incidatur in longū, & deinde cum instrumento lapis extrahatur. Post incisōnem uero & lapidis extractionē usq; ad nouē dies, mane & sero somentati one de brācha ursina, & parietaria, & malua circa collum uesicæ facta utatur patiens, stuppa cum oui uitello superponatur in hyeme. In æstate cum albumine & uitello superponatur, superflua uero caro que in collo uesicę sepe nascitur iuxta, rasorio est remouenda, & incisio facienda duobus uel tribus pūctis, deinde curetur ut cętera uulnera. Hoc quoq; attendendū est quod si magnus fuerit lapis, per incisōnem curatio est cuiq; adhibenda, sed ad præseruationē à collo ad fundū eiusdem est impellendus. Galenus retulit in lib. de curationibus egritudinū medicamentum quod frangit lapidē, & paulatim expellit donec uesica mundificetur, & urina postea pura clara & aëria egreditur, in qua maximum securum est, præcipue acutam ægritudinem dicit curet, ita ut post illud lapis non amplius generat, hoc est, quod Recip. semin. cucumeris, chamedreos, olei sesamini, seminis menthe omnium añ. aureos uiginti, xylocassie purpureę, cinnamomi, p. hu omnium añ. aureos quatuor, puluerizentur & cum melle despumato conficiantur,

antur, de quo ad lupini magnitudinem sumatur, quibus hoc medicamentum conficiendum est curet ne has species terat nisi in mortario ligneo, & nihil secum habeat, uel in calciamentis, uel in anulo, uel alibi ubi sit ferrum, hoc enim secretum ualde occultum existit.

De uulneribus quę fiunt in posteriore parte corporis idem dicitur mus quod & superius, quocumq; modo contingat de spinali medulla, tamen hæc super addimus, quod si in longum uulneretur curetur ut in lacertorū cura sine lesione medullę interioris, ueluti aliquis neruus poterit congelinari, quod si extransuerso uulneretur & medulla exierit, aut interius corrupta remanserit uix aut nunquam per chirurgiam credimus liberari.

S longo ense uel aliquo simili in longum uulneretur, curetur ut in lacertorum cura docuimus. Si uero extransuerso tota incisa fuerit in extremitatibus spinę, ab utraque extremitate, aut ab una sola ipsa longo intra forti spago iuxta illam partem ubi se tenet fortissime iungetur atq; constringatur ut ad extremā partem nutrimentum nullum nullo modo uenire ualeat, & ita dimittatur quouisq; pars extrema per se cadat à corpore, deinde ut in alijs uulneribus cura adhibeas. Si uero ex toto sit incisa ex mala cura periculū sepe euenire contingit. Quod si uulnus telo sit factum, cura eadem est quam in lacertis prædiximus.

In renibus raro uulnera contingunt, sed quando tamen euenierint eorum curam potius diuinę gratię & beneficio naturę committimus, quoniam operi nostro tamen pro uiribus ingenij & uulnerum qualitate & quantitate, ut de curis aliorum ita in hac parte diligens medicus meliorem adhibeat.

De fistulis in his locis nascentibus dicimus quod supra docuimus, iuxta fundamentum quandoque nascitur apostema quasi carbunculus & fit ibi apostema, quandoque per messem & patiens propria manu auferit illam & postea nascitur, & negligentia non curatur, & ita locus infistulatur. Vt ergo de eius principio melius certificari ualeas primo

primo patientem interroga, sed quando uentositatem paruum emittit pars illius uentositatis per fistulam exit, quod si ita est, certum est fistulam ad caput lōgonis penetrasse, cui sic subueniendum est: In primis longior digitus oleo inunctus in anum mittatur & tentetur uersus caput lōgonis & tactu digiti cognoscetur. Sic testa de facili exeat per foramen illud, & petia quasi setam in capite tentæ uelut acus missa transmittatur & ligetur caro & tunc dimittatur. Alia uero die truncetur caro usque ad petiam, & si non uis incidere ex una parte petiæ de uergente ruptorio pone quantum sufficit sub carne & trahatur petia interior, & quando ungentum carnem consumpserit curetur ut cætera uulnera.

De hæmorrhoidibus, Cap.

XLV.

Hæmorrhoides sunt quatuor modis, aliquando sunt interior, & emittitur sanguis & faciunt dolorem, quandoque sunt extra, & tunc emittunt saniem uel putredinem, quandoque nihil emittunt & in grossant & fiunt attriti uel ficus & stringunt multum, & faciunt dolorem si sunt intus & sanguis emittitur, tunc ita fiat fomentum ad dolorem miti/gandum de rad. tapisi barbati, marubio nigro, mentastro, poslea accipe corticem castanearum, & corticem cucurbitæ, & soleas ueteres, picem grecam, & pone super carbones accensos, & patiens super sellam stando recipiat fumum & hoc bis uel ter faciat donec sanguis cōstringatur & dolor minuatur, & post fomentum sanguisugæ ponatur & liberabitur, postea si uolueris ut attriti cadant per aliquod instrumentum simile clystere, succus cucumeris agreffus immittatur,



& per duas uel tres horas dimittatur, & hoc fiat donec ardor incipiat, postea ungento albo siue aceto ungetur. Deinde fomentationes fiant donec sanus sit. Si uero sint extra & ingrossata & nulla putredo emittitur, accipe folia arthemisiæ, & absinthij trita, & in oleo de lino cocta calida in quantum sufferre potest superponatur usque ad tertium uel quartum diem, & si uideris prodelle insistas cum hac medicina, si uideas quod non conuenit accipe fructus caprifici & pone in olla rudi supra ignem donec conuertantur in carbones ex quibus fiat puluis & loco inuncto prius de melle, super/ponatur

ponatur deinde lana succida, uel manu uel pede bene comprimantur, & hoc fiat donec diminute fiant, deinde si penitus uis curare cuil bet attrito ponas parum de ungeto ruptorio in casa de cæra facta, uel ponatur ferrum calid. Cæterum si sanguis non emittitur, sed putredo, tētetur tassa uel terra & uide utrum tendat uersus os natium, uel uersus longæonem. Si uersus longæonem uertit, dimittatur. Si uersus os natium per idem foramen mittatur ferrum calidum, uel ungentum ruptorium, deinde appposito ouo cu retur ut cætera uulnera.

De stranguria, Cap.

XLVI.

Quia per uulnus circa pectinem & alias partes uicinas uesicæ factum stranguria sæpe contingit, qualiter inuamentum præstari possit, dicamus. Fiat ergo emplastrum quod recipit. foliorum ebulli & rad. & ipsum cinerem & ebulum diu bullire facias, deinde quam calidius tolerare possit sacco aliquo pectini superponat & statim urinam patiens reddat. Quia cauteria plurima beneficia corpori humano ministrat de illis quæ ab homoplatis ad genitalia fieri debeant, & ad quid ualeant & ubi fieri debeant docere conatur.

Ad inflammationem uel tumorem iuncturæ manus uel brachij, & ad dolorem manus uratur in brachio retro digitis tribus à nodo superius.

Ad eundem tumorem uel dolorem manus uratur in concauitate manus, & ex alia parte in racheta, id est, inter digitos.

Ad idem confert aduasio in concauitate & ad dolorem humerorum & spatularum, & ad defectum oculorum, ad nodulum in fontinella brachij intus uel extra.

Ad asma fiat ustio in concauitate supra pectus sub epyglottide.

Ad dolorem stomachi mittatur seton sub furcella pectoris.

Ad uitium epatis, uistura fiat super epar.

Ad splenem mittatur seton tribus digitis sub umbilico.

Ad dolorem lumborum sub ipsis lumbis in fontinella mittatur seton cum nodulo.

Ad dolorem spinæ tres setones mittantur, unus in medio spinæ, alius tribus digitis supra, tertius tribus digitis infra.

Ad dolores testiculorum mittatur seton sub testiculis in osceum.

Ad hæmorrhoidas mittatur seton supra anum retro quasi inter nates.

Cc Humanam

ROLAND.
HVMANI CORPO-
RIS, INTERIORVM ET EXTERIORVM,
morborum, medendiaratio methodica, autore
Rolando, Liber IIII.

P R A E F A T I O.



Hic operi finē imponere deo dante hac parte disposui, sed quia non subtilissimo stilo, non colorato sermone, non ordine perfecto dicta sum prosecutus, diligens lector mihi veniam praestet, & quo sermone, quo ordine artem redegerim & in quid eam mutauerim, quibusue locutus sim diligenter attendat, & in hoc uelut in stabili firmoq; principio bene aedificatae laboret, ut aeternam sibi laudem & gloriam consequi mereatur, curis igitur à scia superius distincte & lucide prosecutus, de cura scia & aliorum membrorum à scia inferiori tractare curabo.

CAPITA LIBRI QVARTI.

D e uulneribus quae sunt in scia	cap. 1	D e disiectura pedum	cap. 9
D e uulneribus in coxa ense, telo, uel aliquo simili factis	cap. 2	D e cancri & fistulis in his locis nascentibus	cap. 10
D e uulneribus genuum	cap. 3	D e fistulis & rupturis in cruribus, cap. 11	cap. 11
D e uulneribus cruris	cap. 4	D e sciatica passione	cap. 12
D e uulneribus pedis cum lesione uel sine lesione neruorum	cap. 5	D e combustione ignis uel aquae calidae	cap. 13
D e ruptura coxae à superioribus, cap. 14	cap. 6	D e lepra & ipsius speciebibus	cap. 14
D e disiectura cruris à coxa	cap. 7	D e spasmo superueniens uulneri	cap. 15
D e cruris ruptura & cum uulnere carnis	cap. 8	D e malo mortuo	cap. 16

Si uertebrae ensis uulnere laesum esse contigerit, ita ut quaedam pars sciae remaneat, si quid est abstrahendum remoueas & in futuris, & in alijs ut dictum est curam adhibeas. Quod si telum ei adhaereat, & secure trahi non ualeat usq; ad os, caro incidatur ut euelli possit competenti. Caeterum si euelli sic non poterit subtili terrebello citra ferrum iuxta praedictum

praedictum modum foretur, & sic cautè trahatur, deinde curam adhibeas ut dictum est superius. Quod si os laesum non fuerit, cura est manifesta.

De uulneribus in coxa ense, telo uel aliquo simili factis,
Cap. II.

Vlnus si fuerit in coxa cum ense, uel aliquo simili, siue os laedatur siue non, curam adhibeas, quam in brachijs fieri supra diximus. Si telo, coxae uulnerari accidat, nil adiungimus his quae in cura brachij dicta sunt superius.

De uulneribus genuum, Cap. III.

Si in genibus fiat uulnus & ubi patella magna ex parte separetur, per praedictum modum curam adhibeas. Idem dicimus si ex transuerso fiat, siue sit patella laesa siue non. Telum quod patellae inhaeret summa cautela est abstrahendum secundum praedictam doctrinam, deinde curam adhibeas ut in alijs uulneribus.

De uulneribus cruris, Cap. IIII.

De uulneribus cruris hoc dicimus quod in alijs, hoc tamen superius addimus, quod si uulnus fiat spacio trium unciarum à genibus infra, uel à genibus supra, uel in carnositate cruris, nisi organici membrum de cuius periculo ualde timemus, unde curam quam de laesione praediximus idem adungas, hoc praenotato quod si tumor innascitur cum quadam duritie atq; nigredine & multo dolore, & ad superiora ascenderit mortale est, si ad inferiora non mortale. Si uero telo crus sit perforatum, iam dictam curam adungas.

De uulneribus pedis cum lesione, uel sine lesione neruorum,
Cap. V.

Si in pede uulnus fiat cum lesione neruorum, uel ossis, uel sine laesione eorum eodem modo cura exhibeatur ut in uulneribus manus, & in calcaneo curam cautissime exhibeas, si uertebrae casu uel percussione aliqua resierit à scia, aut propter humorem decurrentem ibi. Si neruus qui ossa coniungit rumpatur, in aeternum fiet claudus, tamen meliorari potest. Primo infirmus iaceat supinus, & medicus sedes oppositus ei & reuolutus contra ipsum pedibus imprimendo inter unam coxam & aliam tenendo, crus alius fortis teneat, corpus firmiter à superiori parte medicus manibus trahendo, & pedibus comprimendo ad primum locum reducat, si uero opus fuerit ligetur infirmus duobus fasciis iuxta suturam

C c 2 ram

ram illam, & medicus sedensteneat unum fasciculum ex una parte, alius ex altera parte & qui idem faciat, & sic æqualiter trahendo coarctetur os & mensurentur pedes ut sciatur utrum bene stet, uertatur infirmus ut medicus non decipiat & calcanei mensurentur, & si ambæ nates æqualiter iacuerint bonum est, tunc ponatur petia albumine ouini fusa, & plumaceo huius loco superponatur & ligetur maxima fascia, ita quod ambæ coxæ non possint uagari, & sæpe fiant inunctiones & fomentationes ut diximus.

De ruptura coxæ à superioribus, Cap. VI.

COxæ os si ruptum fuerit, uel rumpi contigerit ipsum ad proprium locum reducet. Si fuerit cum ruptura & uulnere carnis, membrum debemus ex utraque parte capere & leniter extendere & manibus comprimere, & cæteram curam prosequamur, quam circa rupturam diximus brachij, hoc autem superaddimus ut ad mensuram alterius coxæ crus & pes aptetur, oportet quandoque ad mensuram unius spatium inter capita ossium relinquere. Ad ligandum uero plagellam per se missam amplam imponere oportet, & aliam super illam ligare, circa uulnus quoque si ibi fuerit, & circa alia prædicta curam adiungimus.

De disfunctione cruris à coxâ, Cap. VII.

SI crur à coxâ sit disfunctionem, eadem sit cura quam de disfunctione brachij & cubiti diximus, fomentationibus & inunctionibus præmissis cum stappa prædicta, os ad supra dictum locum uiolenter ducimus, sine tabulis quoque ligetur, primo contractum, deinde extensum remouetur ut bene ambulare consuescat.

De cruris rupture & cum uulnere carnis, Cap. VIII.

DERuptura cruris cum uulnere carnis & sine uulnere idem dicimus, quod & in ruptura brachij diximus, nihil addentes nisi ut spatium uncie ut in ruptura coxæ diximus, inter capita ossium relinquatur, & plagella ligetur sex digitorum, nec hoc prætermittendum est quia si infra spatium trium unciarum sub genu, & trium supra in crure, uel coxa fieri rupturam contingat prædictis malis

signis apparentibus mortale est.

De disfunctione

De disfunctione pedum, Cap. IX.

PES aliquando à loco suo disungitur & modo huc modo illuc, modo uersus plantam modo ad calcaneum uertitur. Vnde fomentis & inunctionibus præmissis à medico trahatur fortiter, & pro uarietate disfunctionis nodus ad proprium locum redire cogatur & tabulis undique positus superligetur. Si digiti pedum aliquando à propria positione secedunt, eodem modo ad iuncturam suam reducantur, ut de digitis manus diximus.

De cancri & fistulis in his locis nascentibus, Cap. X.


CANcri & fistulæ quæ in his locis nascuntur, aliquando totam carnem corrumpunt tantum, quia partes carnosæ sunt istæ, uenis, arterijs, & neruis non implicatæ, secure scindere & incendere, ungenta ponere uiolenta ualeamus. Item huiusmodi cancer aliquando se constringit, aliquando se elargit, & à lateribus se corrodit, quem sic per incisionem curamus, quandoque elargando labra undique ferro incidamur & sanguis exprimitur, deinde usque ad profundum uratur, & ouo suo præposito, & alijs curetur ut dictum est superius. Quod si cancer in loco osseo superuenerit, aliquando circa eminentia sic adhibeatur. Casula fiat de cera, uel de pasta ad modum loci, & impleatur de ungento ruptorio, & supra locum patientem ponatur ut bonam carnem custodiat, locus autem patientis de ungento impleatur ut caro infecta mundificetur & corrodat, & à mane usque ad sero, uel e contra dimittatur. Deinde ad ignem tollendum ouum ponatur, postquam ignem cecidisse cognoueris & ossa superuenire, curam in uulneribus dictam adhibeas. Cæterum si os uidetur mortificatum incurabilis est. Item cancer extremis partibus quidem potest occidi puluere psyllotri. Item si est cancer fetidus, magnus, occiditur puluere asphodelorum.

De fistulis & rupturis in cruribus, Cap. XI.

FISTULæ & rupturæ quæ sunt in cruribus eodem modo curantur ungento quod ad rimam capitis fieri supra diximus. Hoc autem superaddimus ut de urina matutina patiens sibi abluat crura, cui loca rupta, deinde bene abstergat & de ungento in illa cura prædicto se unget. Cum autem uideas pulsulas remoueri, & rupturas sanari appone ungentum album in quo sit pro aceto aqua rosarum, & oleum uiolarum pro communi.

Cc 3 Desciatica

CONtra sciaticam passionem, tria cauteria fiant, supra sciam ad nodu
lum, uel fiat ibi cauterium triangulatum.



Ad remedium totius corporis, duæ sunt usturæ in tibia tribus digitis
sub genibus, & tribus digitis supra nodum tali, quæ multum contra arte
ricam, & contra dolorem superiorum ualet, & una sic retro sub crure ad
arteticam fiat ustura sub pede in concauitate.

De combustione ignis uel aque calide, Cap. XIII.

COMBUSTIO ignis uel aque calide sic curatur: Primo accipiat
oleum commune cum aqua frigida & diu misceatur, & cum be
ne incorporatum fuerit, iterum adde aquam, & similiter misce
& diu, & tali ungas locum combustum.

Aliud.

REcip. cortices malgranati & in bono uino prius mollifica, & in eo
de uino decoque, & postea terat cū albumine oui, & inungat locus.

Aliud.

REcip. herbas frigidas, * cassulam maiorem, & minorem * sifulā, umbi
licum ueneris, solatrū, semperuiuum, & talia pistentur añ. M. i. cum
auxungia nouellæ lib. i. & coque omnia in olla & cola, & colaturæ adda
tur parum cæræ, malsich, & hoc multum ualet.

Aliud.

REcip. summitates sambuci cum auxungia sepe terantur & tritæ di
mittantur per tres dies marcescere, & illud coquatur in aqua, & col
latum reseruetur.

Aliud. si ignis multum penetrat ad profundum, fiat hoc unguentum.

REcip. litargiri, plumbi uisi añ. malsich. olbani añ. unc. s. * gersæ un
cias tres, omnia ista puluerizentur.

Aliud.

REcip. succi uermicularis, umbilici ueneris, solatri cymarum rubi, ol
lei uiolarum unc. 3. Succus cum oleo uiolarum diu agitetur & incor
poretur

poretur, postea addatur puluis prædictus & commisceantur. Iterum adda
tur aqua ros. & fiat sic ungentū album in mortario, & ponatur hoc ungen
tum in folio plantaginis uel caulis & superponatur.

Aliud.

REcipe calcem uiuam mitte in aqua & ablue ter uel quater, dimitte
quiescere in profundo & aquam super projice.

Aliud.

REcip. oleum uiolarum, uel ros. aut cōmune & cum calce bene incor
poretur, & iterum ablue cum aqua, & projice, & usui reserua. Solet
quoque plurimum ualere inunctio saponis * sarac. si h. principio fiat. Item
mel appositum conferre consueuit.

De lepra & ipsius speciebus, Cap. XIII.

LEpra ex corruptis humoribus consurgere in corpore consueuit.
Vnde sicut quatuor sunt humores, ita quidem & quatuor sunt ei
us species, elephanta, alopetia, leonina, tyriasis. Est autem alopetia
de phlegmate & uulpi assimilatur, quia ut quædam uulpes depilantur,
sic hac specie laborantes depilari consueuerunt. Elephanta fit de sangui
ne & ab elephante sic nominatur, quia sicut elephans omnibus animalib
bus est maior, ita sanguis omnibus alijs humoribus est maior. Leonina ex
cholera naturali fit, & sic dicitur à leone quia cæteris animalibus calidior
est, ideo diiudicatur hæc passio calidior alijs, quia ut leo uariis est colore,
ita & hæc in suis coloribus est uariata. Tyriasis fit ex melancholia quæ ci
tro assimilatur. Nam sicut tyrus per compressionem & frictionem spoli
um amittit, sic isti cum tali humore patiuntur tota die se scalpere & frica
re desiderant, quibus hoc unguentum facimus: Accipe saponis gallici,
uncias tres, * pic. lib. i. cæræ, spumæ nitri, panis porcini, succi sumiterre,
añ. uncias tres, auxungia ueteris uncias quatuor, olei capitelli quod suffi
cit. Confice sic: omnia in uale fictili ad ignem pone, deinde quæ teri debet
quousque liquefiant liquefactis cæram adde, deinde puluerem terendorum
pone & sic tepidum omni die iuxta ignem usque ad septē dies inungatur eo
& prius ad balneum eant & abluantur ut cōsueuerunt. Cum quidem hoc
factum fuerit per tres dies testiculi abscondantur, & paulum inter cubitum
& humerū ubi fons dicitur coquat, & super utrang auriculā in fontibus.
Valet

Valet hoc unguentum proprie contra elephantiam. Contra alopetiam vero fiat tale emplastrum. Accipe piperis, sulphuris uini añ. unc. 3. pyrethri unc. 1. olei uiolarū unc. 1. succi porri, phialā unam, saponis gallici lib. 1. cōfice sic, puluerizentur & terantur, & cum oleo bulliant, deinde saponē adde & cōmisce & parum dissolue ad ignē, pone prius lanuginem ubi est abrasa, postea cum lana fortiter frica, & ad balneum eat patiens & cum ipso in sicco balneo diligenter inungas & in eo sudet, & sic de tertio in tertium diem faciat donec sanus sit & semper abrasus existat.

De spissio superueniente uulneri, Cap.

XV.

S Pasmus superueniens uulneri hoc modo curetur, ungetur cum ungento quo dicitur sic: Accipe olei muscellini unc. 1. petrolei unc. s. olei communis, butyri añ. unc. 4. cæræ unc. 1. florum calaminthæ & rubi añ. drach. 1. & s. mastiche, olibani añ. unc. s. gummi hedere unc. 3. & s. confice sic: omnia simul misceantur & supra ignem cum liquefaciendis ponantur, & cum spatula agitando pulvis terendorum ponatur in ultimo, & cum ad spissitudinem uenerit & coctum fuerit superponatur strax, & inunctio in ceruice & collo & spina & in toto etiam corpore fiat.

De malo mortuo, Cap.

XVI.

M Alum mortuum dicitur uulgariter quidem morbus qui fit semper ex melancholia, & nascitur in extremis partibus corporis, cuius signa sunt hæc: latam facit crustulam & duram, & sine humore, & sine pruritu, & in his differt à salso phlegmate quod fit cum pruritu & humore. Cura, primo digeratur materia cum oximelle scyllitico aditis scabiosa & ruta, & coquantur in ipso oximelle, per uiginti dies utatur illo oximelle, postea purgetur cum oximelle benedicta mixta et cum hieralogodion, acutis, cum elleboro nigro & huiusmodi. Post quartum diem purgationis stupentur tibiæ cum calidis herbis bullitis in forti uino uel lixiuo, post ungetur cum ungento albo, fulco, & ungento ad salsum phlegma simul mixtis, & acutis cum utroque elleboro per septem dies, quotidie bis. Vel accipe testudines & conterantur, & in forti uino uel lixiuo coquantur, & illa putredo quæ semper natet accipiatur, & inde tibiæ ungantur.

FINIS LIBRI QVARTI

DE MODIS MIT-

TENDI SANGVINEM ET DE CV

iusque utilitate Rogerij chirurgi peritissimi Libellus.



Phlebotomia est uenæ recta incisio & sanguinis moderata effusio. De quibus locis phlebotomamus hominem: de uenis, de arterijs, duæ inciduntur retro aures, duæ super aures, duæ erga oculos, quatuor in fronte, duæ in occipio, propter querelas capitis usq; ad incisuram ossis quatuor digitos ab auribus, de ambobus temporibus duæ, propter effusionem oculorum, sub lingua duæ propter rheuma gingiuarum uel uitia oris & dentium, in medio frontis unam, propter capitis dolorem & alienationē. In phrenesi de naribus, id est, propter grauēnem capitis. In collo duæ propter abundantiam humoris capitis, & oculorum, & gingiuarū. De manu duas secus pollicem, propter inflationem pulmonis, aliam iuxta manum digitum propter inflationem splenis. De coxa, tibia & pede incidimus uenas propter dolorem renum & uescicæ, & propter arteticā, scilicet aticam & podagram, & oculorum constrictionem, & tumorem qui inturbijs & pedibus fieri solet, uel propter subtractionem mensuorū, uel quando femina non concipiunt. In primis de suffraginibus duæ, de tibijs duæ, de talo pedis extrinsecus quatuor, super pollice pedis duæ, & cum scalpellis. Inter duos digitos minimos duas, propter dolorem uescicæ. De interiore parte talonis duæ, & sunt omnium quatuordecim.

S Aphenæ phlebotomentur propter dolorē renum in eadem parte & sunt uenæ quæ sunt super cauillas. Saluatellæ sunt uenæ quæ sunt inter minimos digitos pedis & proximū digitum. Minimus eam in dextro pede propter epar, & in sinistro propter splenē. Omnes uero uenæ pedis cum inciduntur, in aqua calida debent esse pedes donec sanguis exeat. In toto corpore licentiam habemus incidendi uenas sexaginta, exceptis duabus quæ dicuntur salientes, quæ si quibus inciduntur cum risu moriuntur & subito, hæc uero cauendæ quatuor digitis supra geniculos. sub talo incidimus duas propter indigestionem testium, uel quando sunt inflati.

In brachio incidimus uenas tres, scilicet, cephalicam, mesen, epaticam. *Ανακατομή* in ambas facimus, aliter in tibijs phlebotomamus, mesen

De semper

semper per *καταέξιν* secamus, hoc est, prementes phlebotomū recte in uisum. Cæphalica est uena quæ habet in capite principium & ponitur super musculum, quam phlebotomantes *ἐν τῷ ἐξιν*, id est, uersus cutem incidētes faciunt *παραστομῶν*, id est, phlebotomū latū, curuū, habēs cacumen.

Quod si uena incisa aut musculus qui est sub uena percussus fuerit, subitō tumorem facit, & si per negligentiam musculus, id est, neruus solutus fuerit, uel afflictus subitanæam mortem inducit.

Mese, id est, mediana à pulmone principium habet, ponitur in medio brachio super altitudinē uacuum ubi non est musculus. Inciditur aut phlebotomo *ἐξ ἀποσταύου*, id est, recta percussione, & habet *καταέξιν*, id est, ut in uisum prematur phlebotomus & leuetur. Si per *ἐνακασίπ* incisa fuerit non conuenit, quoniam aliquando inter duas neruos ponitur, & si male incisa fuerit collectionem in alto facit, & saniem plurimam & spissam mittit, & uulnera saniosa facit & ad perniciem hominem perducit. Epatica uena quæ ab epate habet principium est posita in extrema parte brachij super neruum, inciditur autem phlebotomo anaslomo, uel *παραστομῶν ἐνακασίπ* faciendo sicut in cæphalica exposuimus. Si *καταέξιν* incisa fuerit, non cōuenit, & si per negligentiam neruus incisus fuerit uel percussus mortem facit, glandulas colligit, & humor exit ut lotura carniū, uel mel lis succus, & neruorum contractionem uel digitorum manus facimus, pro quibus causis incidimus uenam cæphalicam: propter causas capitis ut cæphalalgia & epilepsia, uel pro oculorum effusione & impetigine, & seruore graui. Medianam uenam incidimus, propter causas pulmonis, dispnoeam, orthopnoeam, asthma, apoplepsim faciendo plurimum.

Epaticam uenam incidimus, propter epatis dolorem, & stomachi, & pleuresim, & propter multas alias causas secundum caularum qualitatem quæ ex constrictione uel præfocacione uenerit, sicut multi autores scripserunt. Ad mensurationem phlebotomari oportet. Aliquibus auferimus secundum ætatem, aliquibus in ponderere, aliquibus secundum uires & uel secundum lipothomiam. In ponderere, quod secundum tempus uel secundum lipothomiam. In ponderere, quod secundum loca, quæ pondus patiuntur, uel dolore pulsantur propter abundantiam sanguinis. Si leue pondus aut dolorem sustinuerit, aut ructat, aut uomitum habet, sanguis debet emitti usque ad duas libras & mediam, aut tres secundum uires. Senioribus aut pueris minus tollendum, hoc est, lib. i. uel mediam. In

uenibus

uenibus paulopius secundū uires. Si forte quis tardauerit phlebotomia uel in ægritudine, uel nimia solutione uētris & exhaustus fuerit, uel cibos non sumperit, uel de febris etiam nimium delassatus nihil auferimus, sed si necessitas exigerit quatuor uel quinque uncias tantum. Temporibus nimium frigidis aut calidis non phlebotomandum, nisi uernali tempore, aut autumnali, quoniam hæc duo tempora æqualia sunt secundum minutionem caloris sanguinis, qui si exit niger, tollatur usque rubescat. Si spissus & crassus usque ad tenuitatem, si uero aquosus usque ad grossitudinem. Secundum lipothomiam sanguinem auferimus in passionibus factis ex pulmone, uel in podagra, uel artetica, tempore cōpetenti uere, aut autumno. Quare contingit ut superueniat syncope in phlebotomia: quoniam emissio sanguinis in frigidat corpus, spiritus animalis à uicinitate cal. sanguinis destitutus ascensum facit in cerebrum & male sit, hoc enim ex phlegmate fit & cholera clausis in stomacho, & non habentibus exitum, aut cruditate cibi & potus stomachū debilitate, uel ex plurima emissionē sanguinis, quoniam proprius sanguis si tollitur lædit. Alienus sanguis uuat, si auferatur, ilis inde subueniamus, si hyems est, calida aqua faciē foueamus uel plantas. Æstate uero frigida uomitum prouocantes, bonos odores, pulegium, menta, sisimbrium, & locus ex aceto perfundatur. Qualem diligentiam adhibeamus minuto, uel quomodo subuenimus incisioni ne intumescat. In primis oleum uel aqua tepidam in locum tumoris imponimus & tempore hyemis aqua calida, æstate frigida plantas fouemus. Quod si cephalica intumuerit, fouemus cum uino & oleo calido & emplastro diachilon imponentes. Si uero mediana intumuerit, tunc folia trita cataplasmamus & emplastrū diabsinthij adhibemus. Quod si epatica intumuerit, fouemus eam cum aqua in qua cocta sit althea, & emplastro utimur quod: Recip. mellilotum, sinapi, deinde ceram colophoniam, oleum, mirrhā, uel albumen oui cum stappa imponimus, hæc omnia sanant tumorem. Notandum quod in inflatione post phlebotomiam, ualet stercus bouinum, caninum superpositum, uel pariter cyminum, malua pistata & superposita ualet. Phlebotomia cum cautela semper facere debes, quoniam si uena aliqua incisa fuerit non conglutinatur neque sanatur & ideo cum cautela fiat, testante Hippocrate. Si uis perfectus medicus esse quando ad phlebotomiam ueneris, semper time, quia inde multi mei

D d 2 dici

dici ad malam opinionem deueniunt. Ideoque consideranda est uisus, tolerancia sani hominis, infirmi & neutri, de quibus sanguis deduci oportet, & unde multus sanguis exurgat, & unde mutatio in homine fiat, quia augmentatus, magis melancholicus fit & lepra generatur. Ille uero melancholicus humor magis descendit in sanguinē cholerae praesinae. Hic sanguis pertinet ad iecur, & est de coloribus nigris. Alij uero sanguinem habent croceum ex abundantia phlegmatis, incursum ille discernitur & ad cholera rubra pertinet. Hic humor iteritiam facit, & lapidem in renibus. De splene fit sanguis similis purpure spissus & melancholicus, unde artetica fit passio, & omnis disfunctionio neruorum. Alij habent sanguinem quasi uermiculus, qui abundantiam phlegmatis significat. Sanguis habens colorem nigrum & aquosum sedens una hora. Si est coloris uiridis & nigri, abundantiam fellis nigri significat, uel praunitatem, & noxium humorem qui à capite descendit. Sanguis croceum habens colorem sciaticam passionem significat, & nephritum, quia ipse sanguis omnes uenas & uescicam complectitur, & compatitur fel. Consideranda est hominis uena in phlebotomia, quorum enim magna sunt uenae albescentes, neque flauas, neque molles habent carnes, uel delicatas, hos securus euacuabis amplius, qui autem e contrario sunt, eos euacuabis parcendo, sanguinē enim habent modicum & nimium euacuati deficiunt. Phlebotomadi quoque non sunt ante annos quatuordecim, sed postea si fuerit aggregatio, multitudo sanguinis: tepus, quia fuerit uer temperatum, puer album sanguinem dans, & natura expolcit, phlebotomari debet, & maxime si spaciū superuenerit uehemens, tunc euacua ipsos usque ad heminā unam. Et si fortis est uirtute adages per apophoresin medianam & sunt consueti phlebotomari phlebotomari debent. Attendere uero oportet, sanguis qualem colorem habeat, uel quali constitutione sit, si pinguis aut tenuis est, maxime quando post inflationem detrahitur sanguis.

De dietā.

Dieta talis sit, dentur eis oua forbilis, caro porcina, caro pullina, & gallina, panis fermentatus, uinum album & leue qui stomachū non laedat, pauca poma, si tunc reperiantur, quia pectus & stomachum infrigunt.

dant. Caeum & lac non comedat, olera fugiant ex quibus phlegma in stomacho colligitur, & uomitum facit, & cerebrum occupat. Somnum uident primo die, quia in somno sanguis solet ad oculos ascendere, & lipothomiam generare.

Phlebotomie utilitas.

Phlebotomia mentem syncerat, memoriam praebet, uescicam purgat, cerebrum temperat, medullam calefacit, auditum aperit, lachrymas stringit, stomachum purgat, digestionem mutat, leniorem uocem producit, sensum acuit, uentrem coërcet, somnum minuit, ebrietatem tollit, tristitiam aufert, obliuionem coërcet, sanguinem parum nutrit, alienum eicit, longioris uitae sanitatem ministrat. Cum homo sanguinē minuit, & si habuerit sanguinē rubicundum & in medio guttam albam, periculum proximum mortis significat. Si sanguis fuerit niger & habuerit fecem aliquam in medio, periculum significat. Si sanguis uulnerosus fuerit, & albus, & guttas habuerit rubeas, uitae longitadinem significat.

Sanguinis discretio.

Distinctionis sanguinis in phlebotomia triplex est consideratio, dum enim fluit notandum est qualis sit, & quando primo coagulatur, & post coagulationem qualis sit in diuisione. Quando fluit est inspiciendus si sit nimis spissus, uel nimis fluidus, uel medio modo se habeat. Quibus manet adeo spissus, quod uena satis amplo uulnere aperta non guttatim exeat, & quandoque nihil signat humiditatem corporis consumptā. Quandoque habent sanguinem adeo aquosum, quod super unguem appositus uix cohaereat & hoc malum, significat enim uel crudos humores praedominari in corpore, uel nimiam humiditatem. Considerandum quoque an sanguis sit calidus, uel frigidus, an mediocris. Si calidus, significat calidos humores praedominari nimis & hoc malū. Si frigidus, frigidus & hoc quoque malū. Mediocritas inter haec est laudanda, si non dignoscitur nisi longæua inspectione & discrimine. Sanguis sanorum hominum attendendus est quoque, si sanguis sit unctuosus ac stridens, quod potest fieri, si inungatur ex eo uola, & si tractetur inter digitos. Si est unctuosus, significat corruptionem suam, & talis solet apparere in leprosis & dispositis ad lepram. Vnctuosus tamen est quandoque pinguium & bene sanorum. Si strideat inter digitos, significat aduersionem & lepram futurā.

Dd 3 Sapor

Sapor quoque est notandus, scilicet ut sit dulcis, parum a cuminis habens, minus amaritudinis, nimium ponticitatis, du' cedinem debet habere ex naturali sanguine, acumen, amaritudinem ex cholera, ponticitatem ex melancholia. Si nimis amarus uel acutus, uel ponticus malum est, est enim melancholicus uel cholericus, si insipidus, phlegma prædominatur. Odor quoque attendendus, si enim foetet, significat corruptas humores esse in corpore, hoc faciendum digito intincto & adplicato ad nares, si est boni & grati scilicet odoris, laudabilis est. Si postquam coagulatus fuerit, cito super nate' humiditas non nimis magna, non nimis parua, laudabilis est. Magna enim significat nimiam humiditatem esse in corpore, parua siccitatem. Humiditas illa in sano homine debet esse eiusdem coloris & facti, cum urina eius cuius est sanguis quæ effusa in uenalia penitus sunt similia, & caueatur in infusionibus ne aliqua pars sanguinis commisceatur, quæ cunque uero alium emissum habeat humiditas illa colorem, malum est, liquor iste est superfluitas secundæ digestionis, & transfunditur per omnes uenas cum sanguine ut sit eius uehiculum & acuminis suo uiam sanguini præparet, sanguis propter spissitudinem suam sine adiutorio per corpus non potest transire. Humiditas ista post redit ad epar & exit per uescicam. Si in uase recipiente cito coaguletur uel nimis tarde, malum, nisi attractio aeris festinetur uel tardetur. Hoc quæ cito debeat fieri, per sanorum sanguinem potest sciri. Humiditas dominans primo resoluitur in sudorem, deinde in phlegma, tandem humiditas sanguinis consumitur, & tunc regnat cholera. Si sanguis sit spissus & non ex impetu cadendi, significat ipsum esse uentosum & indigestum. Superficies boni sanguinis debet esse plana & ruffa claritati participans, si uero fuerit inæqualis uel nõ sit ex modo tenendi uas & inclinandi, malum, significat enim grossitatem partium. Si uero color superficiei sit liuidus, uel uiridis, uel cinericius, uel quasi sepi iuncti cum cæra, omnes tales colores significant corruptionem, quod si uno modo tentus color quidem præterit, alio modo tentus diuersum à priore corruptionem similem significat aequalitate proiecta, si sanguis nimis facilis cum liquo scindatur, significat sanguinem crudum esse, sicut est in panemilia, ceo, & alijs facile frangibilibus. Qui uero nimis est tenax, uiscosus humores significat in corpore esse, siue ex frigiditate, siue ex caliditate.

Quibusdam

Quibusdam adeo est tenax, quod si lignum superponatur superficiei poterit ferre diu sine fractura, & hoc ualde malum. In fissura sanguis debet habere spissitudinem in supremo, ruffus multa claritate participans, & in quantum est spissitudo scarlate, uel circiter talem, mihi non est neque uero assignari exacte licet, qualis debeat esse proportio, si tamen maior sit debito, choleram prædominari significat, sanguis enim est de ipsa cholera. Subtilius uero debet in medio esse sanguis qui sit laudabilis & ruber, us parum declinans in nigredinem, & quanto magis est prope fundum tanto magis debet uergere in nigredinem, in loco uero infimo debet esse niger, quia infimus locus propter ponderositatem suam obtinet melancholiam. Si uero in medio fuerit alterius coloris, scilicet cinericius, uel similis sepi, uel sepi iuncti cum cinere malum est. Quidam habent sanguinem tale qualis est massa ptisanaria & loco sanguinis in uenis est massa ptisanaria, & hoc est pessimum. Huiusmodi abluendus est sanguis in panis lineo in aqua corrente melius & sæpe contorqueatur, cum diutissime ita ablutus fuerit inspicendus est, si aliquid quasi caro alba supersit in panno, & de illo cum teratur inter digitos strideat an non, si strideat significat adustionem humorum in corpore, & dispositum est corpus ad lepram. Si uero non strideat & multum sit carnis significat ut corpus pinguescat. Si alba sit hæc prænotata caro, bonum signum est sine stridore. Si uero nigra est, abluenda est sæpe & contorqueendo, si tandem dealbetur bonum, si non significat melancholiam superabundare in corpore quod malum est. Caro uero si alba sit & detur * spinerio optime & cito impingat eum.

Phlegma uero nullum locum habet specialem, sed miscetur cum alijs tribus humoribus. Potest inde separari per opera Alchimia, hoc est, per uasa duplicia & est instrumentum quale est id in quo fit aqua rosata.

Si enim sanguis sit dispositus bullire, primo exibat per uasale spuma alba, illud est phlegma. Secundo exibat quædam substantia spissa non spumosa, & illud est sanguis dealbatus per decoctionem. Tertio, quædam citrina, & hæc est cholera. Quarto, quædam nigra, & hæc est melanchoolia. Vel in ipso uase & circa reperietur in fundo. Ver, calidum & humidum. Aestas calida & sicca. Autumnus frigidus & siccus.

Hæc sunt frigida & humidum. Luna in prima hebdomada suæ ascensionis calida & humidum. Secunda hebdomada calida & sicca. Tertia hebdomada frigida & sicca. Quarta hebdomada frigida & humidum. Prima

Prima pars diei, calida & humida, Secunda calida & sicca. Prima dicitur hora sanguinis. Secunda à tertia diei hora usque ad nonam est calida & sicca, & est hora cholerae. Tertia pars diei à nona usque ad tertiam partem noctis frigida & sicca, & est hora melancholiae. Quarta pars, id est, à tertia hora noctis usque ad nonam eiusdem est frigida & humida, & est hora phlegmatis. Vnde in uere quia sanguis abundat in prima hebdomada lunationis & in prima parte diei sanguinem minuere expedit & maxime pueris. In aestate, quia cholera abundat sanguinē minuere bonum est in secunda hebdomada lunae, & in secunda parte diei, & maxime iuuenibus. In autumno autem quia melancholia abundat, & in tertia parte diei & tertia hebdomada lunae sanguinē minuere bonum est senibus, quia est melancholia. In hyeme quia phlegma abundat & in quarta hebdomada, & ultima parte diei sanguinem minuere bonum est ualde senibus quia phlegmaticus est.

Est haec à peritissimis medicis uera esse

cōproban-
sur.

R I M I S.

CONSTANTINI

AFRICANI MEDICI DE HVMA-

na natura, uel de membris principalibus
corporis humani, Liber I.

De cerebro.



Erebrum natura frigidum & humidum est, ideo ut & facile ad susceptionem diuersorum conuerteret, & ut motibus membris mobilitatem præstaret, & ut calido & sicco spiritui ad caput exhalanti temperiem inferat. Cuius miringa frigida est & sicca & tensa. Infra quam sunt diuisiones tres. Prima dicitur phantastica. Secunda rationalis. Tertia memorialis. Inter phantasticam & rationalem est pannus quidam frigidus & siccus, & depressior eo qui diuidit inter memoriam & rationem, habens in se modicum tenuissimæ carnis. Ex memoriali uero procedunt duo canales tenues & humidi, ut medulla spinalis quæ penetrauit compaginē totam, & ueniunt usque ad phantasticam cellam, per quos possit phantasticus spiritus & rationalis commendari memoriæ, & iterum memorialis duci ad rationem & phantasticam.

De auribus.

Visus auri supra ponitur unum os frigidum & siccum, & sine spiritu quæ inferius adherent illi tenui panno qui diuidit inter phantasticam & rationem. Quibus sunt singula foramina, in obliquum facta, habentia tenue initium ab ipso panno. Quæ intrinsecus habent incrementum tenuissimum frigidum & siccum, per quod ducitur spiritus ab ipso interiore panno, præstans auribus uirtutem audiendi. Et est audibilis qualitas calida & humida, ut qualiscumque sonus infertur auri ab humiditate suscipiatur, à calore attrahatur ad cerebrum, ut sciat qualis sit. Sic itas uero ossium ad hoc est, ut tinnitus in eis per se que obseruetur, secundum exteriorem euentum.

De oculis.

Oculorum autem tres sunt tunice interiores frigida & humida. Prima est ut aqua coagulata lucidissima in qua uirtus uisibilis est. Secunda est ut tenue oui album. Tertia ut uitrum modicum

Ee habens

habens citrini coloris. Ab ipsa sunt alix septem tunice, quorum nomina ad præsens tacemus. Dicendum est autem quomodo uisibilis qualitas euerniat oculis & unde, ab ipso scilicet tenuissimo panno qui diuidit inter phasiam & rationem, procedunt duo tenuissimi cannales frigidi & sicci, per quos spiritus fertur ab eodem panno, ad humiditas tunicas oculorum, calidus, siccus, & tenuis, quod penetrans omnes copagnes oculorum, præstat eis uisibilem qualitatem. Quæ progrediens ample longius tenuitur, unde quæ prope sunt largius uidetur, quæ uero longe tenuius. Quæ statim cum egreditur si sit uisibilis rei, rursus reuertitur ad eodẽm oculos, & præscriptis humidis tunicis imprimat agnitã in se rei similitudinẽ, unde productum cerebro & à cerebro cordi præstat notitiã. Est aut uisibilis qualitas calida & sicca. Calida, ut per eam aperiat & exeat. Sicca, ut per eã ad præscripta loca proprios habeat redditus.

De naribus.

Naribus uirtus odorabilis præstat. Quarum positio sic se habet. Superius osseæ sunt & foratae, intrinsecus inuolutæ tenuibus tunicis frigidis tamen & siccis. Quæ principium è phantastico panno habentes ferunt ab eodem spiritum odorabilem qualitatem naribus præstantes. Inferius autem ab osse carthilaginosæ sunt & mobiles. Quarum omnis natura frigida & sicca. Frigidum enim, ut prædicta uirtutem intra eas obseruet. Sicca, ut aerium odorem naribus applicitum intus attrahat & cerebro ad discretionẽ ministraret. Sunt etiã alia duo foramina infra carthilaginosas cõcauitates sita, principium à palato, & sinem infra ipsas nares habentia. Quibus duæ uirtutes sunt attractiua & redditua. Quarum unam, id est, attractiuam à superioribus habent partibus, & ideo cum attrahunt, nares deponunt. Alteram uero redditiuam ab inferioribus palato adhærentibus, & ideo cum reddunt quasi replendo eleuantur.

De gustu.

Uisibilis qualitas in toto ore præstat. Solis gingiuus, palato, & capiti gurgulionis, & linguae, sed magis omnibus linguae, quia tenuissimæ carnis & spongiosæ est, habens intra se tenuissimum humorem, qui saporitis rebus intra os positus admiscens eidem ad se tracto inserit sibi uarios sapes. Quorum species sunt octo, scilicet, dulce, amarum, acre, salsum, conditum, acidum, linguam obtinens formicans, & insapidum. Alios uero inuoluntariæ. Gustabilis qualitas frigida est & humida.

Frigida

Frigida, ut obtineat: humida, ut diuersitatem saporum excipiat.

De tactu.

Tactabilis qualitas uel uirtus toto attribuitur corpori. Sed maxime manibus, & harum magis interioribus partibus, eo quod singuli nerui lati & tenues spiritum tractabilem à cerebro ferentes per medias plantas usque ad digitos transeunt, ibique manentes naturaliter ea loca cæteris sensibilia reddunt. Natura enim tractabilis uirtutis pene æqua est, media scilicet, inter calidum & frigidum, siccum & humidum, unde calidum & frigidum, durum & molle, asperum & leue, siccum & humidum, & cætera æqualiter sentit.

De operationibus cerebri.

Operationes autem cerebri alias habet accidentales, alias naturales. Accidentales uero amittit cum ab alicuius uicini membri passione compatitur, ut in epilepsia, sensus, intellectus, & memoria perduntur. Alia uero humidum quod per spinam medullam dorso, & cæteris membris, & per uiam tonsillis, & linguae naturaliter ab eodem conceditur cerebro, inter ipsas etiam angustias præstare non cessat.

De uia fixa palato.

Via propterea palato suspensa est, ut tenuiter tonsillis, & linguae humectationem attribuat, eamque flexibiliorẽ præstet, ut cibi ori applicitum dentibus ad molendum subdat, & œsophago ad inglutiendum concedat, etenim aliter inglutiri non posset.

De canaliculis.

Annales ad interiora ferentes duo sunt: Vnus pneumaticos quæ Latini spiritualẽ dicunt. Alter œsophagus cui nomen Latini gurgulionem attribuunt. Spirituales autem gurgulioni subponitur. Quorum capita quadam carthilagine tenuissima neantur, ut cum aperto ore aliquid gurgulioni inferatur, ipsa carthilagine spiritualis porus constrictus quicquid ex eo suscipere non permittatur, cum uero os clauditur, eodem œsophago constricto, spiritualis porus inspirando apertus redditur, cuius constitutio non ut arteria, uel uena continuatur, sed partibus quibusdam lacertosis & tenuibus unitus carnibus conuertitur. Quia factus ad hæc asseritur ut cum pulmo dextra, leuacque sequatur.

Ee 2 ad suscipi

ad suscipiendum exteriorem aërem, valeat ad superiora ascendere. Cum vero ad expellendas superfluitates innatus spiritus conducatur, facillimo motu ad inferiora descendat. Cuius inferior pars pulmonem insigitur, qui diuiditur in duos cannales, quorum unus per dextram pennam pulmonis, alter per sinistram deriuatur. Quorum dexter dextrae auri cordis, sinister uero sinistrae suppositus adhæret, qui suscipientes frigidum & humidum aërem, aliquantulum excoquunt, & excoctum cordis auribus ministrant, ibi paulisper detentus iterum coquitur, & sic interiori cordis cellae ad temperiem & extra & circa cor intra marsupium quo circundatur ad delectationem faciendam præstatur.

De corde.

Cor in summo grossum est, in sine acutum. Est autem cor spirituum membrorum principalissimum, & naturalis calor fundamentum, & omnibus corporis membris calidus, quia inde calor naturalis ad alia omnia membra uiuificanda procedit, calidum enim est & siccum. De cuius interiori parte procedit arteria quæ sine epatis cõiungitur, per quam atrahit sibi nutribilem sanguinem, & spiritum cerebro præstat, per alium uero, in multis subdiuisum cannalibus naturalem calorem simul cum sanguine per omne corpus ad ministerium naturale infundit. Marsupium quo ipsum cor tegitur, duabus constat membranulis. Vno interiori, & altero exteriori, mediante tenui carne qua nutriuntur. Et propterea ita natura factum aëritur, ut sit obstaculum contra ea quæ exterius cordi nocere possunt, & obseruet frigidum & humidum aëra qui cordi ad temperiem faciendam tribuit, ut superius memoratum est. Cuius natura similitudinem epicozoti membrani quod diuidit spirituum alia membra, id est, pulmonis & cordis in superiori cella manentia, à nutrimentalibus membris in inferiori digerentibus, de quorum natura in consequenti tractabimus.

De esophago.

Oesophagus per quem potus & cibus stomacho at tribuitur, frigidus est, & siccus, & ex illa parte qua pneumatico canali superponitur, latus est & ex illa uero qua ceruici quibusdam tenuibus muscularibus innectitur, in similitudinem spinosæ camerae subleuatur, qui ad epicozota

cozota membranum producit, quod penetrans, ori stomachi completetur, quod ipsi epicozoti suspensum est.

De stomacho.

Stomachus autem ipse constat ex neruis tenuibus & longis, qui linales & extrinsecis, qui textibiles, & ex obliquis qui uertentes dicuntur. Quorum lineares elasticam textentem craticam, obliqui allioticam, & aporrheticam, sibi uindicant potestatem. Qui intrinsicus quibusdam obtegatur membranis, trino seminate consistens, breui scilicet medio & proluxiori. Quibus potum & cibum calore naturali in lactem succum conuersum, quasi rebus quibus impellentibus ad portam impingit stomachi. Quæ ideo porta dicitur, quod muscularis in ea positus ministrius naturalis, usque ad perfectam decoctionem nutribilis materiae confertur clauditur. Quæ decocta mollescit aperta redditur, quo usque præscriptum succum duodeno intestino infundat. Quod propterea duo tenus dicitur, eo quod uncijs duodecim spaciatur. Indeque ieiunum succum illum suscipiens, aliquantulum decoquit, quod uidelicet in duo diuiditur. Alterum quod tenue est meseraicis uenis sibi spongiosis capitibus inhærentibus ab ipsa subtrahitur. Alter uero, id est, grossum longo & in circulo cuiusdam auxungie innexo intestino conceditur. A quo monomatum suscipiens aliquantulum decoquit, & sic grosso concedit intestino quod manica dicitur. Deinde in extrale diffusus, & ibidem a colico decoctus, coloratur. Cuius titillatione per pudicum circulum foras dimittitur. Monomatum etenim ideo dicitur quod uno aperitur foramine quod insitum est ori tunicæ ut sibi quicquid à longo accipit sine contrarietate reddere possit. Nam manica eo quod magis curtis longior est nominatur. Subtilis uero pars per meseraicas de ieiuno subtrahitur, quæ in obliquum posita subtrahitur à se succum decoquunt, & excoctum epaticæ simæ ministrant. Quo ibidem moram faciente adminiculo naturalis uirtutis uertatur in sanguinem. Qui in duas diuisas partes, quæ harum tenuior est & uirtus dicitur arte conceditur epati, quæ etiam per duos urtides cannales renibus deriuatur, ibique manens decoquitur. De qua sibi renes quod

utilius est ad nutrimentum obseruant. Cæterum uero

per eosdem poros uesicæ dimittitur. Qui cum

ad collum uesicæ ueniunt, uniuntur.

De

De collo

De collo uesicæ.

Collum autem uesicæ diuiditur quodam panno mediante, cui uiridis porus ex una parte, ex alia, superiori membrano sumatico scemate conglutinatur, unde urina & quicquid ex renibus effluit fundo destinatur uesicæ. Per aliam uero, id est, inferiorem, quadam contiguitate coniungitur, & secundum naturam & extra naturam uesicæ ipsa urinam existentem foras transmittit. Altera uero pars quæ additialis dicitur colericum rubeo felli, melancholicum spleni attribuit. Sanguinis uero quod uilius est, ipse uel ipsum epar ad nutrimentum sui reseruat. De quo quod tenuius est, cordi, ipsumque cor cerebro, ut prædictum est ministrat. Cæterum autem diuisis corporis partibus per quasdam uenas unicuique proprie destinatas, ad diuinitem largitur diurnam. Quod bene coquentes ipse partes, & ad similitudinem suæ naturæ à proprio esse mutantes, quod nutritibile est, sibi retinent, inuile, aut cum fortes sunt, extrinsecus expellunt per hæc decem. Per capillos scilicet, per ungulas, per aurium cæratas gūmas, per lachrymas, per mucos, per sputa, per egestionem, per urinas, per sudores, & per cutis sorbitiones.

De quinque sensibus corporis.

Per quinque animales scientias perficitur cor nouem uoluptatibus à cerebro sibi illatis, scilicet dilectione, odio, gaudio, tristitia, auidia, timore, uerecundia, ira, furore. Nam per usum, auditum, odoratum, gustum, & tactum, diligit, uel odit, gaudet uel tristatur, audet uel timet, uerecundatur, irascitur, aut furit. Cum autem aliquis per quodlibet horum quinque ad alicuius amorem & concupiscentiam erigitur, concutitur cor, ex cuius concussione duo quidem procedunt spiritus calidi & fieri. Quorum unus qui tenuior est, cerebrum adit. Alter uero qui depressior est, subito per neruos diffusus, ad uirgam ducitur, quod inter neruos quibus constituitur, & membranulis quibus inuoluitur insultus, eam erigit, & tentione quadam inflexibilem reddit. Alter uero quam cerebro adesse diximus, humidum quoddam ab ipso suscipiens per spinalem medullam ad mensam renum deducit. Per cuius duo foramina immixtus, sibi substatum attingit membranum quod calefaciens penetrat, & sic uenarum retinaculum membranulo innexum, aggreditur, ex quo tenuissimum sanguinem secum à cerebro delatum humido admiscet, & per duos canales inde procedentes ad testiculos funditur, ibique paulisper manens, excoquitur & in lacteum

& in lacteum & tenacem succum conuertitur, inde per geminos cannales uirgæ applicantes completo communi opere, secum foras educit. Nam tengomatibus suggestibus, ad collum matricis subtrahitur, & sic ad interiores cellas eiusdem destinatur.

De coitu.

Saporigitur communis huiusmodi uiris in tota uirga. Sed maxime in præputio est. Mulieribus uero circa pectinem in confinio uulvæ. Mulieribus testiculi sunt duo. Quorum unus sub dextro rene. Alter sub sinistro tenetur. Qui fundo matricis coniuncti, per singulos procedentes, irritata uenere ad cellas eiuſdem sperma ministrat. Quod si cum uirili simul conueniat, uel modicum ante, uel post, priusquam prælatum frigeſcat, unitur. Si uero in sinistra cella matricis spermata conueniant, femininum embrión. Si autem in dextra masculinum procreantur. Si uero in media quadam secundum calidum & frigidum æque est, secundum plus uel minus utriusque spermatis, aut masculinum, aut femininum procreatur.

De disputatione embriónis in utero matris.

Oportet autem in embriónis disputatione aliquantisper immorari, & dicere quod in uno quoque mense, à primo usque ad nonum, sibi naturaliter fiat, & quare à primo usque ad septimum, & à septimo usque ad nonum, si genitum fuerit, pereat, & in ipso septimo uel nono si editum fuerit, saluberrime periret. Cum ergo ut utriusque sperma uiri, scilicet cet & mulieris in matricem conuenierit, si frigidum fuerit, omnino dissoluitur. Si uero calidum & persiccum, consumptionem incurrit. Si autem æquitate perficitur, in illa impediende concipit qualitate. Spermate igitur utriusque coniuncto, in speciem crustulæ spanditur, & ex radice producta, sibi su perficietenus illigatur. Ex cuius calore præfati spermatis summitatibus decoctis, ab ipsa diuiditur, & ex radice postquam nutrimentum accipit cum ipsa tenetur. Medium autem quod intra decoctas summitates in modum nucis eminet, intra eadem spacia sanguineam glebulam quadam frigiditate cōstrictam, primo in se obseruat nulla alicuius similitudinis imagine in ea impressa. Secundo mense in uermiculi longi, scilicet & rotundi pro ducitur specie. Tertio in eo crura diuiduntur, & à lateribus brachia & collum. Quarto cor & epar formatur, & animam illud ingreditur, & uiuificatum

uiuificatū naturaliter mouetur. Quinto, omnis interior completur compositio, intestina, scilicet, quina dispositione formatur, digiti manuum pedumque finduntur, aures, nares, os, uertrum, & ipse pudicus perforatur circulus. Sexto oculi scinduntur, supercilia formantur, palpebre crescunt, capilli & unguis producantur. Septimo sunt auxungiae & cutis perficitur, & omnis humiditas secundum diuersas uasculorum compositiones constituitur, & completis secundum naturalem dispositionem omnibus, elaborat ut exeat. Mater autem nititur ut retineat, & ut suo calore quae completa sunt, confirmet & munit. Si uero debilis est, permittit ut exeat, & dicitur eo quod naturaliter completum est. Si autem natura matrix fortis est, ut illud retineat in octauo, embrio ex pugna exitus fatigatum quiescit. In nono materno calore confirmatum, & aeternitate confertum, natura condescende, patet ei exitus & ei exire permittitur.

De septem planetis.

HAbent etiam septem planetae aliquid in compositione embrii specie. Saturnus quidem frigidus & siccus, sua frigiditate primo mense spermati grauitudine, & sua siccitate compaginatione praestat & ideo non adolecit, sed a suo calore in sanguineum commutatū sine augmento permanet. Secundo Iupiter calidus & humidus calefaciendo replens in longi & rotundi uermiculi speciem, sperma producit. Tertio Mars calidus & siccus calore corroborans & siccitate incidens, crura diuidit & a lateribus brachia separat, collum etiam & caput informat.

Quarto uero Sol minus a Marte calidus & siccus cor & epar creat, & creatis animam ingerens, naturaliter embrio motum praestat. Quinto Venus frigida & humida omnia interiora format, aures, nares, os, uirgam, & pudicum circulum forat, manuum & pedum digitos diuidit. Sexto Mercurius secundum calidum & siccum, frigidum & humidum equus, in quo manualis habetur scientia, componit supercilia, oculos scindit, palpebras crescere facit, capillos & unguis producit. Septimo Luna frigida & humida, replens auxungias, carnem & superficiem complet, uenis & arterijs humiditatem attribuens, toti corpori nutrimentum praestat. Et quae omnia perfecta sunt, si praegnans pariat salubre perdurat. Sed quoniam adhuc quae in eo perfecta sunt membra non bene firmata sunt, indiget alio tempore, ad id operis explendum. In octauo Saturnus reiterato uice, similiter infrigidando, embrio, & matrem grauitate infert, suamque siccitate humores

humores extenuas, & embrio nutrimentum partius attribuit, & propterea aegra in hoc tempore existunt. Nono Iupiter calefaciendo infrigidata & replendo tenuia, embrio corroborat, & maternos aperit, & sic exitus omnis naturaliter perfectis conceditur.

De uita embriionis.

APrimo autem mense usque ad septimum si genitum fuerit, non durat, eo quod naturalitate imperfectum habetur. A septimo usque ad perfectum nonum, quamuis natura perfectum sit, tamen si generetur, non subsistit, quia Saturnina infrigidatione stupidum, & eius siccitate minorato nutrimento afflictum, corrupta matrix naturalitate calore materno exultum, si excussum fuerit, dissoluitur.

De perfectione.

SOlet autem natura omnibus membris perfectum ut pluribus embrio apparere generari, plurimumque uero grosso capite, & tenui collo, uel magnis pedibus, & subtilibus cruribus & brachijs perditis, manibus humeris affixis, aut sublati cruribus, pedibus, genibus applicis, aut manuum, & pedum singulis, uel duobus digitis perditis hac luce perfrui. Sed duobus modis in embrii compositione contingit. Aut enim natura aequam habens materiam & redarguentem spiritum secundum horum duum aequitatem moderate, & perfecte informat, aut abundanti materia & spiritu minorato, eiusdem materiei abundantiam alicui addit membro, ex qua uastius ceteris efficitur, uel ampliato spiritu & materia minorata. Aut ex parte extenuat, aut ex toto non dimittit procreari. Et haec omnia autem aequitate utriusque materiei, scilicet & spiritus natura perfectit. Aut augmento uel minoratione horum unius fiunt.

De impeditioe.

SOlet etiam in generatione quibusdam uiris illud muliebrem, & quibusdam feminis illud uirile membrum quo luxuriantur adijci, sed impedita uel oblata natura fit. Nam cum aliquo euentu impeditur, uel obliuiscitur, illud materiei humidum superfluum, quod ad uastitatem uel ad numerum alicuius membri solet disponere, ad alterius naturam membrum sine ratione immittat.

CONSTANTINI

AFRICANI MEDICI DE ELEPHANTIA,
Liber I.



Voniam conuenit nobis cognoscere curare morbum qui durus est & prolixus. Igitur oportet medicum inuestigare chimorum putredines, quæ ex quatuor nascuntur humoribus, cum naturam suam, siue simplices siue compositæ, egrediuntur. Putredinum autem causa, aut ex corruptio ne spermatis est masculi siue feminæ, seu utriusq; aut ex corruptione aeris, aut cibi & potus. Ex hijs enim humoribus corruptis nascitur infirmitas quæ lepra solet nuncupari. Cuius morbi inuestigatio difficilis est & laboriosa in sui initio. Postquam uero exit in proculum, durior est hic morbus ad curandum. Cum ergo dixerimus ex quatuor hunc humoribus sanguinis corruptione, quæ quasi dignior uidetur esse incipiamus. Si igitur causa lepræ ex sanguinis est corruptione, designatur ex rubore & calido apostemate, & sanguinis cõminuatur putredine. Si autem est ex cholere ruber corruptione, siccitas & asperitas, macies quoq; & hæc notatur in pectore. Pustulæ etiam siccæ in corpore, fissuræ in manibus siue in pedibus cutis color citrinus. Si uero ex cholere nigra putredine, similiter succedit siccitas, & manuum & pedum fissuræ, & uenarum extensio, spasmus & digitorum contractio, & totius corporis titillatio, cutis quoq; nigredo. Si de phlegmatis uitio, corpus glandinosum efficitur, & nimia humiditas per totum corpus, caro quoq; emollitur, cutis alba uidetur.

Si humores autem hij ad se inuicem componuntur, & huius morbi causa ex capite oriatur, si inquam sanguinis cum cholera rubea commixtio fuerit apostema calidum, erit purgatio nimia, & incensio. Vnde cum scalpatur putredo subsequitur. Quorum duorum caloribus augmentatis uenæ inciduntur & nervi caro quoq; cõsumitur, & membrorum iuncturæ, & separantur. Siccitate uero crescente, putredinis fluxus minuitur. Si autem non, contrarium comitatur. Sanguinis & phlegmatis commixtio glandes & apostemata facit in toto corpore. Si uero calor humiditatem superauerit, putredo exiens albecit, quasi si cocta sit. Si autem frigiditas phlegmatis ardorem superauerit, sanguinis apostema inde nascens in longo tempore non maturefcit. Cum autem maturauerit, sanies albecit. Si uero cholera rubea

rubea cum cholera nigra commixta fuerit, asperitas denotat hoc pectore, & siccitas uocis, & fissuræ pedum, & spasmi digitorum. Et si calor cholere rubæ frigiditatem excelluerit, cholere nigra incedum manus erit, & membra citius fissuras patiuntur, & membrorum concatenatio dissoluitur. Si autem e contrario commutatur. Et si cholera nigra commiscetur phlegmati, siccitas glandinosa, pustulæ siccæ sunt & albæ. Mutationes cutis liuidæ sunt aut nigrae, aut etiam albæ, aut uirides. Et si humiditas auginetur, glandes etiam multiplicantur. Si autem non, e contrario contingit. Morbus ergo nascens ex sanguine, allopetia uocatur. Quem uero cholera rubea procreatur, leonina nuncupatur. Ex cholera autem nigra elephanta appellatur. De phlegmate tiria dicitur. Qui morbi cum in corpore eminuerint, maximum periculum necesse est faciant. Quidam tamen eorum maxime in cerebro dominatur. Quidam uero in corpore solo. Et qui dam in utroque. Sunt & alij in quibusdam membris sicut in manu & pedibus quoque & similibus, quidam pilos deponunt, quidam uero non, alij carnem consumunt, alij pruriginem & scabiem parturiunt, & arsurâ, alij morpheas rubear siue nigras, seu albas, alij impetiginem latam gignunt, nigram quoque & pessimam. Quidam & cutem crepant, & eam reddunt fluidam, alij autem quidam & ungulas deponunt, & quidam corpus desiccant totum, alij pustulas emittunt fluentes, qui ex quantitate contingit putredinis. Peior autem hijs omnibus ubi sanguis augmentatur propter putredinis eius uelocitatem, cui est secundus qui de cholera rubea gignitur, quia hic ex nimia sui incensione peioratur maxime si sanguini admisceatur. Cholera autem nigra atq; phlegma paulatim sibi putrefaciunt subiecta.

Cura.

Expletis & significatiõe huius morbi & causa oportet etiam ut subiiciatur cura. Conuenit igitur chimu certficari unde oriatur. Si enim est ex sanguine qui in suprema corporis sit parte, & hoc explet atq; aras phlebotomandus est æger de cephalica, aut ea uena quæ est in fronte, aut in occipito ponenda est uentosa, & dādum est catharticum quod iam dicturus sum. Si uero sanguis in pectore dominetur, siue cubitis, seu etiam in manibus de basilica sinistra manus est minuendus, aut inter ea quæ est inter medicum & auricularem, aut de ea quæ inter medium & dextra manu. Ventosandus quoque est scapula utriusque manus. Si autem

Ff 2 tem

tem de sanguine inferioris corporis, phlebotomādus est super calcaneum utriusque pedis, & uentosa in utroque crure cum pleno palmo adhibēda. Si autem ex cholera rubra fuerit causa morbi, incipiendum erit à cathartico ante phlebotomum. Sed si toto corpore infirmitas iam aspergatur ante catharticum à mediana uena erit minuendus. Quod similiter in ceteris obseruatur humoribus. Si quidem post catharticum sanguinis corrupti remanebit aliquantulum cum phlebotomia, aut uentosa erit laborandum, & postea adhibendum erit hoc catharticum: Recipe mirabol. citrin. drach. 10. bellirici, emblicici, cuscute ana drach. 5. fumiterre drac. 7. oxifenicie drac. 20. Quæ omnia in duabus libris excocta usque ad unc. redigantur, & colentur, & media drach. aloë minutissimi pulueris admisceatur, & adhibendum ægro detur. Post uero dies septem cum siptica diæta nutriendus est, sicut perdice, phasiano, & similib. Deinde puluis iste est dādus: Recipe mirabol. citrin. drach. 10. fumiterre, eupatori, maratri seminis, lachoe ana drach. 2. sacchari quantum omnes alię species habebunt, & de hijs facto puluere drach. 4. da quottidie cum aqua calida. Et similiter aliud catharticum adhibendum est, quod calorem sanguinis extinguet: Recipe absinthij, cuscute ana drach. 5. mirabol. citrin. drach. 1. & s. oxifenicie drach. 15. rose drach. 2. aquæ lib. 2. quæ usque ad 7. redigantur, & hæc colentur, & de marioribus potionibus addatur drach. 1. & s. quas dicturi sumus & detur ad bibendum. Sed si cholera rubra corruptio perpendatur, contracta in primis phlebotomia, catharticū tribuatur, & postea phlebotometur, tecum dum quod in sanguinis corruptione diximus: Recipe mirabol. citrin. drach. 1. quæ ponantur & coquantur in lib. 1. syrupi prunorum, & ibi per diem & noctē teneantur integram quibus drach. 7. cassiæ fistulæ adhibe, & post colas adiunge drach. 2. uiolæ & s. aloë & da bibere. De hinc quinque diebus nutrita eum humida diæta, sicut carne agnina, cucurbita, criv solocanan, gallina, bliti, potulaca, malua, carne ericij & eius pinguedine, porcell. & hœdulis ambobus lactibus, & similibus. Postea uero phlebotometur secundum quod diximus. Quæ uero cholera iuuant, similiter contra sanguinem corruptum adiuuant, & econuerso. Catharticum:

Recipe cuscute, absinthij ana drach. 5. maratri, capillorum ueneris ana drach. 2. mirabolani, citrini, drach. 10. cassiæ fistulæ drach. 5. aquæ lib. 1. & s. adhibe quæ ad 7. unc. redigant, & colatis adiunge unc. 4. radici, drac. 5. uiolæ & mediam puluerizatę aloës, & da sibi bibere. Aliud catharticum cum

cum similiter ualens contra cholera rubra incensionem: Recipe absinthij, cuscute ana drach. 5. mirabolani, citrin. uiolę ana drach. 10. cassiæ fistulæ drach. 7. oxifenicie drach. 15. fumiterre, maratri ana drach. 1. & s. aquæ lib. ad 7. unc. redactas, quibus colatis adhibe drach. s. agarici, aloës drach. s. & facto puluere dabis bibere. Aliud catharticum: Recipe folij prassij, cuscute, capillorum ueneris, maratri, absinthij ana drach. 5. uiolę drach. 5. cassiæ fistulę drach. 7. oxifenicie drac. 20. rose drach. 2. lactis drach. 1. & s. fumiterre drach. 5. mirabolani. drach. 10. duas adhibe lib. a quæ ad 7. unc. redigantur, colatis drach. 1. & s. de maiori adiunge potiorne. Puluis hic tantundem uidelicet: Recipe mirabol. citrin. drach. 20. maratri drach. 5. mastichis drach. 7. psyllij drach. 10. sacchari drach. 30. & de hijs omnibus præter psyllium puluis efficiatur, & bibere detur circiter drach. 2. aut 3. Corpore autem mundificato, detur esfernutatio cum oleo uiolarū & oui albumine, oculi lauentur cum aqua sumach, aut aqua rosata, aut succo malignati dulci & calido. Si autem in corpore aliquæ habeantur pustulæ, & hæc sint fluidæ, cum sipticis sunt medicandę, sicut acatia, rosa, gummi arabico, carabæ, balaustra, lithargiria, cerusa, alumine, mirrha, bolo, cupressi, pil. galla, & similibus. Vngētum hoc mundi ficat totum corpus putredine: Recipe lithargirij unc. 3. aluminis, argenti uiui añ. unc. 2. rosę, cerusę ana drach. 2. sauinæ, sigiæ, cathmie añ. drach. 3. & s. cineris lentisci, calchantis ana unc. 1. hæc omnia cum succo mirti fructus dissemperta sint, quæ coquantur usque ad tertiã, & cum oleo roseo quod sufficit. Deinde unguatur totum corpus inde diebus septem, octauo die cum oleo rosato. Nono cum aceto agreffis uua, decimo balneo utat.

Aliud similiter ualet: Recipe cerusæ, lithargirij ana unc. 2. sigiæ, fenugræci, hipochistidis, acatię, sauinæ ana unc. 1. olei rosarum unc. 4. De hijs omnibus unguentum cõficiatur cū aceto & lapa mirtea. Si autem pustulę siccæ fuerint, & asperę, & cum prurigne propter cholera rubram factum gentium istud: Recipe lithargirij unc. 2. cerusę unc. 1. uiolæ, capillorum ueneris añ. unc. 1. cæræ albę, auxungię, gallinę, & ericij, sigiæ añ. unc. 1. & s.

Aliud quod ad digitorū contractionem ualet: Recip. maluæ, capillorū ueneris, sauinæ, rosę, uiolæ, aristoloch. longæ ana unc. 1. niri, gummi arab. acatię, dragaganti ana unc. s. colophonie, cæræ albæ ana unc. duas, argenti uiui añ. unc. 1. s. lithargirij unc. 3. auxungię gallinæ, & uitelli, & ericij, medullæ uaccinæ, olei sesamini, & uiolati añ. unc. 3. calchiteos unc. 2.

Ff 3 aluminis

aluminis, sarcocollæ añ. unc. 5. butyri drach. 2. sigiæ unc. 2. De hijs omnibus unguentum fiat. Aliud: butyri lib. 1. cæræ albæ unc. 3. argenti uiui, dragaganti, gummi arabici, mastichis, colophonæ, sarcocollæ, aluminis añ. unc. 1. cerusæ, uiolæ añ. unc. 3. olei sesamini unc. 2. & inde fiat unguentum. Aliud: butyri lib. 1. cæræ albæ unc. 4. argenti uiui drach. 2. dragaganti unc. 3. capillorum ueneris, cerusæ añ. unc. 2. olei sesamini unc. 2. & fac unguentum. Sufficit enim dixisse de morbo hoc à sanguine & chole

ra nascente.

Alia cura elephantiae.

Incipiamus ab illo qui à cholera nigra, & phlegmate nascitur, contra quem optimum & perfectissimum est hoc antidotum quod nominatur hiera russini, & hiera pusiidi, theodoricon, hipiston, hiera logodis ou, memphicum, & aliud maius antidotum, quod dicturus sum cum hoc cathartico, quod Recip. hic chebuli nigri drach. 7. epithimi drach. 5. polipodij, ameos ana drach. 3. poleos drach. 2. aquæ lib. 2. usque ad unc. 8. redactæ, hæc colata da bibere cum qualicumque uolueris superiorum hiera drach. 1. & s. Aliud: Recipe chebuli, nitri, chamedæos ana drach. 5. ameos, epithimi ana drach. 5. polij drach. 2. fac catharticum simile superiori, & ægro cum aliqua hiera da bibere. Aliud: Recipe chebuli drach. 20. nitri drach. 10. fumi terræ, sene ana drach. 10. epithimi, ameos ana drach. 5. polipodij, turbith ana drach. 5. uux passæ mundatæ drach. 20. quæ excocta in septem libris aquæ redactis usque ad unam cola, & in duas partes diuide & in una parte illarum puluerem hieræ picræ, & agarici, ameos, epithimi ana drach. 1. quæ apposita ægro bibere da. Pilulæ stomachicæ ad hunc multum ualent morbum. Recipe hieræ picræ drach. 10. epithimi drach. 7. turbith drach. 5. salis indici, polipodij, ellebori nigri, bdellij ana. drach. 6. anisi, ameos, apij feminis, marathri ana drach. 2. scamo neæ assatæ drach. 5. factū puluerē distempera cum marathri succo, & fac pilulas in modū piperis, & da bibere inde drach. 5. uel 5. quod tamen facias post catharticum hiera superiori. Deinceps dabis de antidoto quod dictum sumus, & bibat cum aqua quam dicemus: Recipe epithimi drach. 5. chebuli drach. 7. polipodij drach. 3. chamepiteos drach. 4. uux passæ mundatæ drach. 10. aquæ lib. 4. in unam redactis & cum issa da bibere.

Potio maior ad lepram ualens, omnem chimatorum corruptionem & complexionem corporis moderandam, & mundificandam.

Recipe

Recip. agarici, colocynthide, squillæ coctæ, turbith, scammonæ, polipodij, ellebori nigri, piperis albi & longi, came træos, chamepiteos, centaureæ añ. drach. 40. siseleos, pilij, ameos, epithimi, gentiang, euphorbij, polij, absinthij, cuscuteæ feminis, chamomilæ feminis, aristolochiæ longæ & rotundæ añ. drach. 20. cococnidij, timalli, cuscuteæ, ireos, fumiterræ, petroselini, ammoniaci, opopanaci, spicæ nardi, cassiæ lignæ, asari, cinnamomi alithimi, ammoniaci, calami aromatici, mirrhæ, folij, scordeon, ciperi, hiperici, piperis nigri, croci, phu, spicæ ceiticæ, squinanti, carpobalsami, calamitis, rutæ feminis, radice feminis, apij, castorei añ. drach. 10. sera pini, bdellij añ. drach. 30. canis thiriæ drach. 20. hirundinis coctæ drach. 40. pinguedinis thiriæ drach. 40. aloë drach. 150. facto puluere ex hijs quæ possunt puluerizari, reliqua sapa liquabis puluerem cum pinguedine superiori admisce, & mel quod sufficit appone, & in uase uitreo pone, cuius tertia pars uacua remaneat, quod postea in hordeum mitte à principio calendas lunij usque ad calendas Aprilis, deinde perfecta hac potione dato inde bibere drach. 5. cum aqua hoc modo facienda. Recip. mirrob. chebuli añ. drach. 7. ameos, epithimi, polipodij, absinthij, polei, irei añ. drach. 3. uux passæ enucleatæ drach. 3. aquæ lib. 2. in 7. unc. redactas.

Aliud antidotū ad cholera nigra, & phlegmatis lepra ualens: Recip. thuris drach. 5. mirrhæ drach. 6. opobalsami drach. 3. mulceleon drach. 7. scammonæ, dragaganti drach. 9. musci drach. 1. & s. hæc omnia misceantur & drach. 1. detur inde. Aliud: Recipe ambra drach. 5. musci, balsami, mulceleon añ. drach. 9. scammonæ, agarici, fellis uaccæ nigrae añ. 14. omnia mixta dentur ad bibendum cum calida aqua, circiter drach. 5. & semis. Unguentum hoc ualet ad pruriginem & pustulas, de cholera nigra & phlegmate nascentes: Recipe medullæ uaccinæ, butyri añ. libram unā, olei de nucibus & lauris añ. uncias tres, cæræ albæ libram semis, sulphuris, auripigmenti, nitri, sanguinis draconis, sarcocollæ, floris æris, mirrhæ, thuris, sigiæ, ammoniaci, opopanaci, bdellij, añ. uncia una, aristolochiæ longæ, lithargirij, cathmiæ añ. uncias duas, colophori nix libram unam, fac inde unguentum.

Potio autem laxatiua superior non frequenter danda est, sed ex interuallo aliquantulo theriaca ciliaciæ maior est danda.

Epithimum. Recip. hæc mirrob. chebuli añ. drach. 20. epithimi drach. 10. polypodij, ameos añ. drach. 5. uux passæ quantum erunt omnes aliæ species

Species. Alius puluis similiter, fumiterre drach. 20. aloë drach. 3. facchari quantum omnes species. Alius puluis mirob. chebuli añ. drach. 20. epithimi, squillæ añ. drach. 10. facchari quantum omnes alie species. Alius puluis chebuli drach. 20. epithimi, maratri, fumiterre, zingib. añ. drach. 10. facchari quantum omnes alie species. Da de hijs tribus cuiusq; uolueris drach. 3. cum aqua frigida. Aliud: Rec. chebuli indi añ. drach. 20. epithimi, ameos drach. 15. factum puluerem distempera cum amygdaleo drach. 20. deinde accip. croci, uix passæ enucleatæ, quæ pistetur sic, ut medullæ fiant, & cum hijs distemperetur omnes alie species, & fac rotunda ut unūquodq; habeat drach. 5. uel 7. alij huic addunt drach. 11. powderij. Aliud similiter: Recip. chebuli, origani, epithimi añ. drach. 10. mirobol. citrin. drach. 6. facchari, mastich. añ. drach. 8. factū puluerē distempera cum uua passa. Alius puluis: Recip. chebuli indi, emblici, citri corticū añ. drach. 3. turbith drach. 12. facchari quantum omnes alie species. Pululæ ualēt similiter: Recip. colocynthide drach. 18. aloë drach. 12. scāmoneæ, fellis uacçe nigræ, epithimi, agarici añ. drach. 8. turbith, chebuli añ. drach. 6. ammoniaci serapini, opopanax, siseleos añ. drach. 5. euphorbij, castorei añ. drach. 5. piperis nigri, & longi, spice, cinnamomi, croci, costi, cassiæ, mastich. rheumbarbari, alari, squinanti, carpobalsami, xilobalsami, calami aromatici añ. drach. 1. & s. distempera cum succo porri, & fac pilulas in modum piperis, & inde da drach. 3. Aliud similiter, chebuli, bellisici, emblici, sinapis albi, salis indici, & salis gemmæ, acori, costi, chinulæ, piperis nigri, & longi, zingiberis, ameos, apij seminis, siseleos, nigellæ, cicuta, seminis taphiæ, sauinæ añ. drach. 2. scammonæ, serapini, mastichis añ. drach. 4. opopanax drach. 14. pinguedinis ericij, quantum medietas omnium specierum, quæ omnia fricata, species cum selle nigre uacæ exiccetur in umbra, & deinde tempera cum succo porri, & fac pilulas in modum piperis, & da drach. 2. Aliud: Recip. agarici, epithimi, powderij, zedoariæ, doronicæ añ. drach. 5. aristolochiæ longe & rotundæ, ellebori nigri añ. drach. 3. colocynthide, aloës añ. drach. 15. turbith, titimalli, auellanæ purgatæ, salis indi, hyssoji, chebuli, gentianæ, cicute, seminis añ. drach. 4. ammoniaci, opopanax, serapini, bdellij añ. drach. 5. fac puluerem & distempera cum succo solatri, & facito pilulas in modum piperis da drach. 3.

Constantini

CONSTANTINI

AFRICANI MEDICIDIANI
malibus, Liber I.



REgi Ægyptiorum Octauiano Augusto salutem. Plurimis exemplis expertus sum uictoriam tuam, & prudentiam tuam, hijs tamen arbitror nunquam incidisse in manus tuas tantę utilitatis uirtutē quę ab Æsculapio acceptas &c. De stiolam quadrupedem quam nos taxonē appellamus, quidam autem melon uocant, ut tutus sis per eam ab hostibus sic facto de ea, & cætera superfluitosa. Naturalia uero quę hic autor scripsit, hæc sunt: Adipem taxonis inunge febricitantibus & sanantur. Cerebrum eius cum oleo bene coctum, omnes dolores sedat inunctum. Testiculi eius cum melle cocti, & cum aqua fontis bibiti, ieiuno per triduum libidinem indeficientem dant. Sanguis eius cum sale cornibus bouini instillatum per triduum aperte mortalitate liberat. Notum est hoc omnibus.

De ceruo.

Cerui cornu humores exiccat, & in collisjs ponitur combustum, dentes confirmat ex eo fricatos. Puluerizatum cum uino bibitū, caducos sanat. Menstrua & fluxum uentris restringit. Lūbricos uero perimit, & serpentes fugiunt etiam odorem eius, si in domo uratur. Quicquid corio eius inuoluitur, serpentes non timet. Testiculorum eius pars bibita, coitum incitat. Lapis qui in uulua, aut in uentriculo eius, aut in corde inuenitur facit mulieres concipere. Idem os in brachio deportatum suspensum non sinit concipere. Medulla cerui remissa in pitiana & infusa torminosus succurrit, uncta sola omnes dolores sedat.

De lepore.

LEporis pulmo super oculos positus omnes dolores tollit. Cor eius recens collo suspensum quartanas curat. Siccatum tritum & bibitum, muliebres dolores tollit. Caducis conuenit. Fel eius clarofacit oculos. Renes eius siccati & triti & bibiti, calculos pellūt. Sanguis eius cum aqua calida bibitus, idem facit. Vulua eius siccata & cum uino bibita a uiro & uxore concipiet masculum. Si sola mulier biberit, nec uirilis nec femineus erit. Testiculos uero si biberit mulier post menstruum, concipiet et masculum. Item sanguinē eius cum coagulo eiusdem bibat, & concipiet

Gg masculum

mafculum uel feminâ. Item coaguli eius uir bibit obolū unum, uel duos; Femina quadruplum & cōcipit. Sed coagulum fit leporis masculi. Valet etiam auribus, dentibus, moribus uenenosis, fluxui infantium, mamma rum tumoribus, strumis, & lentigini uultus.

De uulpe.

Vlpi articuli in oleo ueteri cum bitumine coacti per pessarium suppositum mulieribus matricem suffocatam sedat. Valet ita & auribus, & spleni, & allopeticæ. Pulmo eius affatus in prunis & bi bitus, splenem, suspiriosos sanat. Testiculi podagra sepe fricata fugatur, & inguina fricata panniculos dissoluit. Renes eius cum melle cocti & comesti, faucium tollit dolorem, sel aures sanat & oculos. Adeps auribus & podagræ prodest. Pellis eius circumuoluta pedi podagram sanat. Cum aqua calida salsa fumigatura, & lori iecore, oculi qui uespere obscurantur, sanantur. Cor eius ualet fluxui sanguinis. lecur similiter, sel eius oculis & sinanchi, & uitijs faucium cum melle ualet, & ad maculas faciei, & auribus simul, & infirmis ex putredine cum lacte mulieris. Cerebrum eius sæpe infanti datum nunquam caducus erit. Seuum eius omni dolori ualet, & torminosis. Splen quoq; bibitum, torminosos curat.

De capra.

Apræ pili uisi omnes fluxus sedat. Caseus eius impositus, omnes punctiones & dolores reprimit. Lac eius bibitū, liberat à cantharidis. Si quis eam bibit, uermes occidit, pruriginem sanat, & morbus uentrem soluit, bibitum cum coagulo, hidropicum sanat. Sanguis eius eadem facit, & uenena bibita extinguit. Seuum omni morui & lacturę subuenit. Locum bibitum, hydropicos liberat. Aures purgat à dolore. Stercus eius omni dolori ualet, & cholici, & paratidis, & moribus, & tumoribus, & allopeticæ illinitum. Vngulæ eius usitæ, & cum pice liquida tritæ, & illinitæ allopeticam sanat.

De apro.

Pri uel ueris testiculi cum uino bibiti, caducos sanant, & uenentos morfus, cerebrum cum melle, carbunculus in ueretro sanat, lecur coctum & cum uino sumptū stringit. Fel eius auribus prodest in cortice maligranati tepefactum. Auxungia eius ex rosa remissa epuniætiadiaz, id est, pustulas que in nocte ingruescunt tollit, lotium apri tepidū auribus instillatum, sanat surdos.

De urso

De uerso.

VRsi adeps, curat fluxus capillorum, sel eius caducos liberat si biberint, & suspiriosos cum aqua calida.

De lupo.

VLpi caro cocta & esa phantasticos curat. Adeps & feleius ualet tantum, quantum & canis.

De leone.

LEonis caro, phantasticos curat, & omnibus alijs doloribus ualet.

De iauo.

TAuri cornu serpentes fugit. Sanguis eius eos interficit, & maculas faciei delet. Fel eius cum melle & balsamo, ocolorum uitia curat. Clisterizatu, cito soluit. Cum lana uel penna aures sanat. Seuum eius cum resina & cera, omnes durities soluit. Medulla cum uino macerata & imposita, torminosos curat. Fimum eius tumores & durities soluit. Cum aceto, sanguinem resringit, & faciem limpida reddit inunctū, Sanguis eius idem facit.

De elephante.

ELephantis dentes & ebur, caducum facit, maculas faciei tollit, hemopthoicis tumoribus, capitis doloribus prodest.

De canulo canis.

CAtulus canis ante nouem dies occulus, mundificatus coctus, intestinorum dolorem in æternum curat. Canis sanguis potatus, liberat. Caput eius usum tritum, puluerizatum, uulnera cancro sa, & canciromata curat, & ficus, & canis morfus si bibatur, & rhagadias. Dentium eius puluis dolorem sanat & gingiuas. Cor eius potatum, canes à latratu abstinere, uel eius sub pollice pedis posita. Fel eius cum melle oculos curat. Splen eius spleneticos. Lac inunctum pilos & capillos euulsos non sinit crescere. Bibitum, eicit fetum mortuum, & datur cum melle & uino. Dens eo tactus, cito emittitur. Lotio canis ueteris caput lotum non fiet canutū. Sanguine canis parietes illine, omne maleficium aberit. Lac eius cicatrices ocolorum extenuat. Adeps eius podagram sanat, & aurium dolorem.

De asino.

ASinae sanguis cum uino, febres quotidianas tollit, etiā si tres, uel quinque tantum guttæ illius sanguinis sint, lac eius ualet laxis dentibus, suspiriosis, torminosis, disentericis, oculis tenebrosis, ulcero

Gg 2

sis, maculis uultus. Caeus eius ciliacis. Adeps eius & anferis simul ad anũ appositus coitus mouet. Splen tritum in aqua mãm̃is appositum lac atra hit. Offulũ quod in uulua alinq̃ est, si mulier tulerit, super se non cõcipiet.

De mulã.

MViã auricula & burdonis, testiculi si ferantur à muliere, non cõcipit uel si bibantur. Cor etiam facit. Sunt etiam in hoc loco huius actionis multa supersticiofa quã nihil sunt spernẽda, scilicet de equi spuma, & dentibus, & alijs pluribus.

De eq̃uo.

FQui lac bibitum, matricis dolores sedat, & caducos. Fel eius potatum, uomitum facit, stranguriam sanat. Auxungia eius suffumigata, partum mortuum eijcit. Stercus equi, siccum & asperum sanquinem sistit, ubiq; cum aqua colatum & bibitum, uentrem soluit & edicit. Auribus instillatum, dolorem tollit. Caeus eius, uentrem reprimitt, tiones tollit. Coagulum eius cum uino, omnes dolores sanat.

De arietẽ.

Arietis liquor qui à pulmone cocto distillat, tertianas & regium morbum, illinitus sanat & caducos. Et pulmo & testiculi bibiti.

De oue.

OVinum lac datur infirmis & sanis ante & post à uino cessent. Pue ri & puellæ uirginis lotiũ curat, albugin. oculorum, & leucomata, & lachrymas, & cetera uitia, & elephantiãcos sanat bibitum, de humana persona, multa hic supersticiofa & horrenda prætereo, lotium hominis cum uitro ulcera, & furfures, & maculas tollit, & canis morfus curat. Stercus hominis combustum, tam ceromata sanat, & cancerosa ulcera uel uulnera, & omnes putredines corrodit.

De cattis.

CAtti & cattæ stercus cum sinapi & aceto, alopetiã sanat. Cum resina & rosa suppositum profluuium mulierum reprimitt. Anili adeps paralyti ualet. Mustelæ cinis & sanguis eius elephantiãcos sanat. Mures paruuli cum uino pilos euulsos non sinunt crescere.

Aquilæ fel cum melle oculos suffusos sanat. Lapis uentris eius uel nididam suspensus mulieris, non cõcipit. Nomen eius est hemathides, sed quidam dicunt Echitem esse de flumine India, quod dicitur Echos. Vulturis

Vulturis pennis uisus fugiunt à domo serpentes. Iecur eius cum sanguine tritum & per dies nouem bibitum, caducos liberat. Fel eius cum succo marrubij, caliginem oculorum sanat. Adeps eius neruorum & omnes dolores sanat. Accipitre in oleo succino cocto, unctione eius caligo oculorum discuitur. Gruis adeps remissus, durities omnes soluit.

Anferis adeps similiter.

De perdicibus.

Perdicis cerebrum cum uino bibitum, morbum regium curat. Audi quid in Vere probauimus sæpe. Fel otum cum sciato, id est, opobalis, & citro sidoniẽ ciatho dimidio tritum bene & mixtum reponatur in pixide stagna, uel argentea, inde unge oculos, miraberis. Nam & si non uideat quis pupillam, tamen integram habeat, curabitur, & caligo, & suffusio, & leucomata. Corui ouo capillos sic nigrabis, defunditur in uasculum cuprinum, & tam diu mouetur donec mutet colorem, inde ungetur caput rasum prius, donec ouum consummatur, & ot leum tam diu in ore teneat, donec siccescat, ne dentes nigrescant, caput mox ligetur, & post dies quatuor soluitur, & hoc efficit ut cani nanquam fiant. Cerebrum corui cum pane da serophæ, sequitur te ubique.

Item cauo denti insulum rumpit eum & tollit dolorem.

Galli cerebrum bibitum cum uino omnes morfus destruit. Miraberis etiam multa alia. Sanguis eius leucomata oculorum & cicatrices cum aqua iniunctus. Testiculi eius bibiti cum aqua caducos liberat.

Auino abstineant diebus decem. Siccantur bene & seruantur ad opus. Cum adipe anferis in pelle arietis brachio suspensi, coitum mouent.

Item cum sanguine lecto suppositum coitum uetat. Pellis interi-

or uentriculi eius trita cum uino auribus prodest. Bibita uentrem stringit, sputum mouet, calculos fran-

git, & per urinam eijcit. Stercus eius

rusum cum aceto surunculos & canis morfus

curat.

Gg 3 Degallinis

De gallinis.

Gallinæ ouum, notissimum est omnibus ad omnium oculorum dolore, Cuius album infusum oculis, sedat punções, & alibi omnes feruores & pruriginēs, & albumen, & totum combustum ouum cum uino bibitum, uel impositū, omnes fluxus stringit, uel cum aceto. Vitella ouorum cruda quinq; cum uini tribus ciathis, hemophthoicis, cum uino uel oleo cocta, adiecta polenta mane sumpta ualet, hijs qui cibos non cōtinent. Cū balsamitis rebus mixta oua, uel confecta, multis subueniunt: & gritudinibus, quæ uel quas tædet nos scribere. Adeps gallinæ pustulas oculorum reprimat. Tibiæ cum pedibus cocta, & cum sale, & oleo commestæ, & aceto coli sedat dolorem. Stercus gallinæ perniones quæ nascuntur in manibus impositum sanat, & omnes morsus.

De columbis.

Colūba occisa calida superposita omni morsui, & ueneno subuenit. Sanguis eius infusus, oculos sanat, præcipue tractus de subalcelis. Stercus eius, omnes durities mollit, & humores exiccat, & ideo etiam oleum adhibetur ad fomenta idem facienda.

De anseribus.

Anseris adeps cum cepe succo auri infusus, aquam illapsam eijciet, & purgat. Fel eius cum melle penna illinitum, agene succurrit cito.

De hirundinibus.

Hirundinum pullorum combustorum puluis faucium curat morbos, & linguæ & labiorum uulnera. Hirundo in mulla cocta optime sanat.

FINIS.

Quibus

QVIBVS ET QVA-

LIBVS MEDICINIS PURGATIO,
nes fieri solent, autore Antonio Gazio Lib.

*Purgationem non esse cum fortibus medicinis faciendam propter gradum
dia & plurima eorum nocentia.*



Quia plures sanorum hominum uidimus qui cognoscere se repletos esse in stomacho, capite uel alio humilcemodi suorum membrorum sine aliquo medicorum consilio, sed ex sola sua scientia, quæ potius imprudētia dici meretur, fortissima acceperunt solutua, uolentes semel expellerere, quod pluribus erat euacuandū, quorū aliqui ad febres, alij uero eorum ad dissenteria inde perueniunt, & hoc quia nesciebant quantū laboriosa pharmaca corpori humano inimicarentur, quod ne alijs cōtingat hoc in loco decreuimus ostendere quantū huiusmodi fortes medicinæ soleant nocere sanitati & uitæ periodo, quātumq; afferant nocuenti principali bus mēbris & toti corpori cōtrarietatis naturæ & suæ uenenositatis ratione. Sed ne quis hæc dicere nos gratis existimet audiet Principē in tertia primi, doctrina secūda, cap. 1. sic dicentē. Nobis necesse est, pculdubio superfluitates euacuare. Quarū euacuatio secundū plurimū non cōpletur, neq; est cōueniens nisi cum medicinis fiat uenenosis quæ proculdubio naturā frāgant quæ etiam si uenenosæ non essent, non possent esse quin eas bibere naturæ laboriosum esset, quæ admodum dicit Hippoc. quod medicina purgat & inueterat. Et post aliquā causam huius adduxit cum ait: Medicing solutua cum humore superfluo euacuat ex humiditatib. naturalib. & spiritui qui est substantia uitæ, partē magnam & cum hoc uirtutē membrorum principalium debilitat. Et in 4. primi, cap. 9. dixit in plurib. uolentiarū medicinarū existit aliqua uenenositas, & solutionē uētris efficiunt secundū modum quo naturæ uolentia infertur, quod etiam sensit Auerrois in 5. colligit dices: Nulla medicinarū purgatiarū est sine ueneno aliquo in aliqua parte sui &c. & Rasis in 4. Almanforis, cap. 15. inquit: Medicinas quoque uentris solutias sæpe sumere corpus debilitat, & ad ethicam atque ptisim adducit. Et præcipue si fuerit habens corpus siccum. Auicenna iterum in undec. tertij, tractatu primo, cap. sexto sic ait: Plures medicinæ euacuatua

cuatiua sunt contraria corpori, quare oportet ut in eis asscientur medicinae cordiales, quae sunt sententia & serè uerba Gal. in secundo regiminis auctorum commento 12. dicentis: Natura medicinarum solutiuarum, est contraria naturae corporum quae ipse soluunt, & sunt uiuerfaliter perueniantes & interimentes ea. Et in quarto aphorismorum commento 41. Purgatione augmentat deflectionem uirtutis. Et in primo de regimine sanitatis similiter inquit: Pharmaciae calidae sunt & siccae, & ex quibus exiccant carnes & attenuantur corpora. Et in libro 3. de simplici medicina distinctio ne 4. cap. 4. Inter unquamque medicinarum solutiuarum & unumquaque humorum proculdubio est assimilatio, sed non consequitur eam necessario, ut non sit ei permixtum aliquid de uirtute interficiente. Et propterea illud fit quod non est consequens ei, ut noceat proculdubio. Nocent propterea rea exoluentes medicinae stomacho & cordi non modicum, cum dicitur Primiceps in 13. tertij tractatu primo, cap. ultimo. Scias quod omnes medicinae solutiuae, & omnia quae abominationem faciunt sunt mala stomacho. Et in libro de uiribus cordis tractatu secundo, cap. 2. Similiter medicina laxatiua nocet cordi, quoniam omnis euacuatio naturam duobus modis committit. Primo quidem cum eo quod nociuum est euacuatur aliquid de conueniente natura. Secundo quoniam afferit supra naturam ad membra quod trahit &c. Et infra subiunxit autoritate Ruffi: Laxatio dimminuit materiam spiritus & debilitat cordis complexionem. Et propterea concludamus cum Rasi in libro 6. suorum aphorismorum sic dicente: Omnis medicina laxatiua omnino purgat cholera, 1. est, humorem, cum caliditas innata & humiditas expelluntur, & cum Auenzoar in sui textu libro primo tractatu septimo, cap. 1. sic scribente: Omnia laxatiua quae habent uolenter & impetuosa laxare, trahunt humores à toto corpore ad stomachum, & purgant corpus totum stomacho repleto manente, & cum hoc etiam talis medicina habet totum corpus desiccare, quare humor malus in substantia stomachi imbibitus habet remanere. Et in tractatu nono, cap. 8. Cauere debes omnino ne medicinam laxatiuam exhibeas, eo quod laxatiuum quamuis fuerit rectificatum & temperatum quantum plus possibile fuerit, impossibile tamen est quin propter acuitatem & motum ipsius non commoueat, & generet grossitiam, & duritiem similem apostematam &c. Ecce igitur quae male sunt huiusmodi fortes medicinae. Et propterea sani quantumcumque fortissimi debent illas euitare cum se purgare uoluerint, & bene animi

mauertant

mauertant quod scientificus sit earum ordinator peritusque in correctione compositor &c.

Quibus et quilibet purgatiuis medicinis sint corpora in uere per maxime euacuanda.

Non possumus profecto particulariter dicere cum quibus medicinis purganda sint hominum corpora cum tanta sit in complexionibus, aetatibus, regionibus, temporibus, & consuetudinibus diuersitas, tantaque ex parte materiei disparitas ratione qualitatis, quantitate, preparationis, loci, & huiusmodi, quae omnia habent medicinas diuersificare prout sapiens & electus medicus, quae praesupponimus, satis equidem intelligit. Propterea non intendimus in praesentiarum uelle de purgatiuis medicinis longum, ut earum materia expeteret, sermonem facere, sed tamen hoc in loco decreuimus purgari uolentes admonere quod pro eorum posse laboriosa pharmaca superius dicta non assumant, sed cum leuibus & benedictis medicinis superfluitates sui corporis, cum opportunum fuerit, euacuent, quae non habeant uirtutem & membra principalia debilitare, sed potius eis conferre qualis est aloës, qui, secundum quod inquit Me sue, est de melioribus & sublimioribus medicinis habens praerogatiuam supra alias medicinas, & quamquam intentio solutiui secundum plurimum sit debilitare uirtutes & membra quae sunt minerę uirtutum, & asserre eis nocuum, sicuti nos in superiori capitulo declarauimus. Cadit tamen haec intentio ab aloë, non solum enim non nocet, sed inuenitur ad conformationem membrorum debiliorem addere & ad redditionem eorum in proprias uirtutes conferre, neque ad aliud nisi ad unum uidetur esse nociuum, quia aperit orificia uenarum a pertione sanguinem emanare faciem nisi cum dragaganto, aut mastiche, uel aliquo simili rectificetur, quod quantum pro sanorum & infirmorum mundificatione conueniat, ipse postea expressit cum inquit: Solutione enim educit cholera & phlegma, & mundificat caput ab eis, & stomachum, & confert iuuamentum magnum doloribus eorum. Et post aliqua subiunxit. Et qui assiduam acceptionem eius diebus continuis non uidebit in corpore suo, neque in instrumentis sensuum suorum aegritudinem quae non sit habilis sanari, & praeseruat à putrefactione, ita quod etiam cadauera. Quod similiter uoluerunt Gal. Diaforides, Serapio, Kasis, Auicenna, & reliqui omnes. Ipso itaque utendum est cum in stomacho uel capite aliqua repletio à sanis percepta fuerit. Similiter ualent ad mundificandum repletiones humorum, species omnes mirobolanorum

Hh & ualde

& ualde conueniunt, ut cum colligitur ex dictis præallegatorū sapientum, non debilitent cum solutione sua, imò confortant stomachū & proprie uiscera, & præparent, & coadunent partes eorū, & confortant cor, & epar, & corpus totum, neq; enim nisi ad unum uident nocui, quoniā faciunt cade re præparatos in oppilationes nisi rectificetur cum diureticis, absinthio, spica, & similibus, sunt enim, ut dixit Meue, ex rebus quæ faciunt utentes se inuenescere & acquirunt eis colorem bonum, & bonitatem odoris oris & sudoris, & generant gaudium & hilaritatem, & confortant stomachū, cor, & epar, & conferunt tremori cordis, confortant & præparant, & mundificant stomachū, cōferunt hæmorrhoidibus, & extingunt cholere ruberæ inflationē, & citrinorū præcipue operatio in hoc est præexcellens cum ipsi solutione educant eam & conferunt cōplexiones habentibus calidas. Chebuli autem, qui sunt species eorum secunda, educunt phlegma & addunt in ratione, & clarificat uisum, & mundificant stomachū & confortant ipsum. Nigri autem, & sunt tertia species ipsorū, dissolutione educunt melancholiam & cholera aduulsa, & clarificant colorem, & remouēt tristitiam conferendo quartanarijs, leprosis & huiuscemodi. Emblici quoq; species quarta ipsorū non minus alijs utiles existunt, eo quod, teste eodem Meue, sunt ex medicinis confortantibus stomachū, cor, & epar, & uiscera solutione educentes phlegma, & sunt ex rebus ualde confortantibus cerebrum & neruos, & augent intellectum, & confortant cor, mundificant stomachū à phlegmate & putrefactione, & confortant ipsum & præparat, & sedant feruorem in eo, & auferunt sitim, & addunt appetitum, & sedant uomitum. Bellirici quoq; postrema mirabolanorū species sunt ex medicinis benedictis & eadem cum emblicis habent proprietates, ideo sani, sicut infirmi non debent alias his medicinas fortiores eligere cum poterit huiuscemodi iam dictis sua corpora à superfluitatibus sufficienter mundificare, quod si aliqua ratione uel causa quis præfata accipere non possit, euacuantia ea saltem quæ in sequenti capitulo reponentur, assumat quæ delectabilia sunt & præhabitis non minus utilia, adeoq; sicut & hæc quæ diximus secura quod in quocunq; tempore anni sine aliqua recipi possunt hæsitatione, attamen ratione euacuandorum humorum, in Vere magis uidentur conuenire, cum dicat Auenzoar in secundo libro sui Thestr tractatu 3. cap. 2. hæc uerba: Dico quod medici non laudat purgationem, uel phlebotomiam, nisi in tempore temperato eo quod quandoq; tempus elongatur multum

tur multum à tēperie uersus frigiditatem, humores generaliter sunt coagulati & compacti, & difficulter purgantur & mouentur &c. Si uero aer ad caliditatem superfluum declinauerit, humores tunc uelocissime euacuantur & mouentur, quia humores sunt dissoluti propter caliditatem. Et ideo ad talem euacuationem subsequitur debilitas magna inquit ipse. Propterea non eligatur tempus, supra tempus Veris magis conueniens pro purgationibus faciendis, etiam cum laudabilissimis euacuantibus qualia sunt quæ dicta & quæ iam sequuntur.

Medicine euacuatue sanis utiles & corpus abiq; nocumento parantes.

Confuerunt uulgares exsulfumare, quod rheumbarbarum sit fortissima medicinarum omnium infirmis nequaquam propinanda, nisi in eorum uitæ parte postrema, cum nulla spes amplius uel fiducia de ipsorum salute habeatur. Non intelligentes quod si medici tunc medicina rheumbarbari utantur non id faciunt, quia ipsum fortissima sit medicinarum, sed quia securissima & optima nullam ingerens molestiam patienti, sicut alie medicinarū quamplures facere consueuerunt. Et quod ita sit apparet per Meue dicentem: Rheumbarbarum est ex medicinis benedictis & solēnibus, in quo aggregatur multæ ex intentionibus quæ que runtur in re faciente mundificationem &c. Et infra dixit: Non est in eo nocuum apparet, & datur in omni tempore, & in omni ætate, ita quod etiam pueris & prægnatibus. Et de elegantioribus & melioribus quæ iungeta cum eo magnificant operationem eius, est aqua lactis sumpta ex capris &c. Et eius declarans utilitates ait: Solutione educit choleram & phlegma, & maior eius proprietates est mundificare & confortare epar, & stomachum & conferre doloribus pungitiuis eorum, & uiscerum, & clarificare sanguinem, & auferre oppilationes & morbos, quorum mater est oppilatio, sicut hydropsim, icteritiam, & grossitatem splenis, & febres oppilationum, & similia. Cassia quoque fistula gustui satis delectabilis est pro tali corporis mundificatione multum utilis et secura, cum dicant autores de ipsa quod sit de medicinis in quibus est fiducia iuuamentorum & est sine nocumento carens acuitate & mordicatione & omni excessu lædente, super cuius exhibitione præsumitur omni ætate. Ita quod pueris & prægnantibus eo quod est æqualis complexionis humida, in primo lenitiua, resolutiua, clarificatiua sanguinis, sedatiua acuitatis eius & cholerae

Hh 2 ruberæ, &

rubeæ, & non est in ea nocumentum apprens præter quod nocet debilia habentibus uiscera, & lubrica quod ab ea remouetur nocumentum in permixtione mirobolanorum, & rheubarbarici & cætera.

Cuius posse est, quia mundificat sanguinem, & compefcit omnem a cui tatem, sedat sitim & proprie cum succo endiuæ, aut solatri depurati & clarificati secundum artem. Et ipsa quidem mundificat stomachum, & educit choleram & phlegma, & operatur illud sine nocumento & excessu, caret enim mordicatione. Et ipsa quidem lenit pectus & guttur, & soluit apostemata acuta in eis, & confert calefactioni renum sumpta cum diureticis & infusione liquoritæ, & prohibet generationem lapidis in eis, & confert febribus calidis. Hæc Mesue, quod & alij medicinæ doctores uoluerunt, quorum uerba breuitatis gratia relinquamus. Manna similiter & tamarindi medicinæ faciles non minuscule delectabiles existunt pro tali purgatione humorum, & præcipue cholericorum ualde utiles esse approbantur, cum easdem fermè uirtutes habeant, & operationes cum cassia, & reliquis antescruptis. Et ideo sanis non minus quam agris quibusdam uidentur conuenire, & si tamarindi lædant stomachum frigidum & debilitent, ut inquit Mesue: tamen & illud facile potest remoueri permiscendo eos cum spica, succo feniculi, & huiusmodi stomachum confortantibus. His igitur & similibus benedictis euacuantibus est utendum cum corporis aut membrorum repletionem, ex malis humoribus congregatam, uoluerimus euacuare, postponendo scamnoneam, turbitum, colocynthidam, hermodactylos, & talia laboriose soluentia, in quibus uenenositas existit. Ex qua stomachus & membra principalia in eorum operationibus plurimum, ut supra uisum est impediuntur & debilitantur. Et sicut de simplicibus actum est, pariter & de compositis intelligatur. Nam composita pharmaca quæcunque sint illa, siue pilulæ, siue electuaria, aut confectiones &c. Benedicta & secura dicentur, si ex simplicibus laudatis & facilibus fuerint constituta. Si uero conficiantur ex uenenosis erunt proculdubio laboriosa. Et ideo sani bene debent ad

uertere cum se purgare uoluerint ne aliquod illorum uenenosorum accipiant cum pro eadem intentione susceperint benedicta, quare &c.

Quomodo

Quomodo, quomodo & que laboriose sint accipiende medicinæ.

Atis quidem apparuit ex dictis in capit. præcedentibus quantum exoluentes & laboriosæ medicinæ fugiendæ sint ex numerositate & suorum magnitudine nocumentorum, quare id mihi uidetur minime replicandum, sed potius declarandum, quod & si noceant quandoque tamen eis uti necesse est, ut cum oportuerit materias grossas & difficiles in membris longinquis existententes purgare, easque ab illis eradicare, quod nequaquam benedictis cum medicinis fieri posset, eo quod ipse ad loca tam remota sua cum uirtute minime possent peruenire, ut de podagricis, scabiosis, & huiusmodi est uidere, quibus aut nihil aut parum profecto rheubarbarum, cassia, manna, & his similia conferent, sed hermodactylis, turbitum, & talibus fortioribus indigent quæ suis cum iuuamentis non habent modicum nocere ut declarauimus, ideo in præsentiarum dicimus quod si ab eis excusari non possumus, quia non solum in stomacho, et parte, & similibus sit repletio, uerum etiam in capite, aut iuncturis &c. huiusmodi mali chimii fuerint eradicatione indigentes. Tūceas accipiamus & non nisi postquam sufficienter fuerint consolata, rectificata, & correctæ, quoniam Ioannes Mesue in cap. 1. & canone sic ait: Communis medicinarum secundum plurimum malicia, est facere senescere corpus, & frequentantibus illas læsionem asserre principalibus membris, & quæ sunt mineræ uirtutum & earum motores debilitare qui sunt spiritus & calor naturalis indicitur, ergo necessitas admiscere medicinis solutionem facientibus res, quarum proprietas est confortare cor, & membra principalia, & asserre eis dispositiones laudabiles. Et cum hoc auxilio acquiratur corpori reuiuensentia & incolumitas. Res autem quarum auxilio factus hoc, sunt medicinæ cordiales, & stomachicæ, & cerebrales.

Et alie aliorum principiorum confortatiuæ notæ, uerum super omnibus his canon est, ut confortetur cor in omni euacuatione, & hæc debet esse intentio prima. Primus enim occurfus omnium accidentium occurrentium corpori est ad cor tanquam ad basim uitæ. Secunda intentio debet esse confortare stomachum tanquam susceptorem, aliorum autem confortatione profecti debere non est principalis intentionis, nisi proprie quando oportet ex aliquo eorum materiam euacuare, que fuit etiã principis sententia in quarta primi pluribus in locis. Et Galenus in secundo regiminis acutorum

Hh 5

commentu

commento undecimo dicentis: Omnes medicinae solutiuae sunt nociuae stomacho, & proprie ori eius cum sit plurius sensus propter nervos qui oriuntur in eo, & ideo oportet ut permisceantur cum medicina quaedam medicinae odoriferæ, ut non occurrat uirtus medicinarum solutiuarum ori stomachi nuda simplex &c. Et in libro de experimentis, capituloultimo similiter inquit: Medici ingeniati sunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua quæ stomachum confortant. Et propterea qui purgari uoluerint cum pilulis aut alijs medicinis, quarum receptas & descriptiones habet etiam à famosis medicantibus traditas, debent si medicinalem intelligant scientiã omnia eas ingredientia cõsiderare, & doses, & quãtitates solutiuiorum & corrigentium bene perpendere, & uidere si soluentia illa correcta sint sufficienter & consolata pro corde stomacho, & cæteris cum cordialibus stomachicis, & similibus. Et si omnia bene perpõderate cognouerit, studeat deinceps perscrutari si siue cõplexioni & repletioni & materię qualitati & quãtitati, atq; loco sint cõuenientia & sufficienter directa, sic poterit ea solutiua sumere indebita, tamẽ dosi & non superflua, quod si aliquid prædictorum eis defuerit non accipiat aliqua ratione uel causa. Sed si hæc omnia æquilibrare nescierit melius est ei ne aliquid tale accipere præsumat, imò cum sapienti medico consulat, & ab eius

consilio non discedat, quod si aliter fecerit sciat sua cum præsumptione seipsum interire, uel saltem imprudenter ægritudinibus exponere, quare &c.

F I N I S.



SS
VJ
5K 3
1K 6

53 54 55 56